





BIBLIOTECA CENTRALA
UNIVERSITARA
BUCURESTI

Cota IV 09/121

Inventar br 1354

Jo. Bessarion, *In calumniatorem Platonis libri quator*. Veniice: [Aldus Manutius], 1503.

Top. o.k.
Bessarion

Lb. 543.014



Biblioteca Centrală Universitară
 BUCUREȘTI
 Cota IV 0/121
 Inventar 01 1357

QVAE HOC IN VOLVMINE TRACTANTVR.

- ¶ Beſſationis Cardinalis Niceni, & Patriarchæ Conſtātinopolitani in ca-
 lumniatorē Platonis libri quatuor: opus uarium, ac doctiſſ. in quo præ-
 clariffima quæq; & digna lectu: quæ a Platone ſcripta ſunt ad homines
 tam moribus, q̄ diſciplinis inſtruendos breuiter, clare q; & placido ſtilo
 narrantur.
- ¶ Eiuſdem correctio librorum Platonis de legibus Georgio Trapezuntio
 interprete: ubi paſſim uerba græca ipſius Platonis recitantur & emenda-
 ta, & cum ſuis accentibus: nam in libris Romæ olim impreſſis deſunt.
 Deinde a Beſſatione ſæpe argumento præmiſſo in latinum uertuntur.
 Poſtremo Trapezuntii tralatio ſubiungitur quod eſt perq̄ utile iis: qui
 græcis literis iſtituuntur: q; ex græcis bonis, bona latina facere uolūt.
- ¶ Eiuſdem de natura & arte aduerſus eundem Trapezuntii tractatus ad-
 modumq; acutus, ac doctus.
- ¶ Index eorum omnium, quæ ſingulis libris pertractantur.



BESSARIONIS Cardinalis græci hominis, q̄ doctiss. libros aduersus Calumniato-
rem Platonis in ædibus nostris summa cura nuper informatos tibi viro doctiss. & doctrinæ
Platonis per studiose nuncupamus: dono q̄ mittimus. placituros enim tibi summopere cer-
to scimus tum quia Platonem tuentur: tum etiam q̄ tanti uiri aurea documenta ingenio feti
& breuiter complectuntur. nam præter doctiss. disputationes: & cætera quæ ad doctrinam fa-
ciunt toto hoc libro dispersa: operæpretiū inibi est legere: quo nā modo se ipsum quisquet
tum domū, & familiam: hinc resp. sapiētē regere, & gubernare possit. nihil enim ferē a Pla-
tone tractatum est uitæ hominum conducibile: quod hoc uolumine adductum breuissime
non habeatur. Quare inter summas occupationes tuas christianissimi Regis Legatus, dum
remittere: relaxateq̄ animum uoles: has Bessarionis utilissimas lucubrationes legendas da-
mus: simulq̄, ut sint Aldi tui apud te assiduū monumentū: & pignus amoris. **V A L E.**

Ex cusa iam parte libri tertii, allatum ad me est hoc Bessarionis opus manu scriptum: per quā
diligenter & emendate: ubi etiam græcum inierat totum manu ipsius Bessarionis:
quo multa correximus: quæ perperam Romæ impressa fuerat: accen-
tur q̄ addidimus. In eo opere est argumentum libro ter-
tio præponendum: quod in libris Romæ im-
pressis non haberi demitor. id ne
petiret: hic ego imprimē-
dum curauit.

ADVERSARIVS ostendere cupiens Aristotelem ubiq̄ fidei nostræ cōuenire: quædā
argumēta a theologis nostris, etiam ad uerbum sumpta usurpauit: ex quibus opiniones quasdā
cōcludit ueras: atq̄ catholicas: utputa Deum esse creatorem uniuersū: & immediatum creatorē:
qui ex nihilo omnia fecerit: qui non necessitate naturæ: sed libera uoluntate: & contingenter,
mundum hunc: quem cernimus: produxerit: potentia quadam infinita non modo extensua.
(Necesse est enim Theologorum nostrorum uerbis uti.) Sed etiam intensua: atq̄ omnimoda
omnipotentia: & has quidem opiniones, quæ christianorum sunt: dicit Aristotelis fuisse: q̄
per ea argumenta, tanq̄ argumenta Aristotelis: q̄ a Theologis nostris ea ad uerbum sumptis
nititur propositum suum probare. Falso tamen eas opiniones: aut alioquin maximam earū
partem tribuit Aristoteli etiam expositorum illius: & doctorum nostrorum sententia. Nā præ-
terq̄, q̄ nonnulli Aristotelem conantur ueri: & longe quidem sapientius: q̄ aduersarius: quasi
Deum rerum omnium opificem posuerit: in aliis omnibus eum passim accusant: neq̄ eū dun-
taxat: sed pariter gentiles omnes philosophos. neq̄ enim immediate neq̄ ex nihilo: neq̄ libera
uoluntate: neq̄ contingenter: neq̄ omnimoda omnipotentia Deū fatentur creare uoluisse: sed
planē contrarium sentiunt. Intentio igitur autoris in hoc tertio libro est: aduersarium Aristote-
licæ disciplinæ ignarum arguere: & argumenta eius ostendere a mente illius esse prorsus alie-
na: nec philosophiæ eius conuenire: q̄ propositis fundamentis: ac principiis Aristotelis nō se-
qui: quod imprudenter aduersarius colligit: nec ex argumentis illis conclusiones catholicas eli-
ci: quin ex ipsius philosophi principiis facile dissoluit: ac refutati posse: quod perinde est: ac si phi-
losophus aduersario contradicens: opinionum suarum rationem redderet: & ineptum illius de
se iudicium irideret. Pari modo q̄ ad trinitatis sacrū mysterium, & imaginem seu uestigium
& animæ naturam: atq̄ immortalitatem attinet: multa aduersarius, tanq̄ ex opinione Aristote-
lis adducit: quæ ab autore reselluntur: partim ut fidei nostræ contraria: quale est illud: q̄ per ue-
stigium Aristoteles expresse trinitatem intellexerit: quod sententiæ sanctorum omnium repu-
gnat: partim ut a sententiâ philosophi aliena: quale est illud: q̄ ex opinione Aristotelis anima
simul cum corpore per creationem inceperit: nunq̄ tamē defutura: & cætera his similia: quæ oīa
ostenduntur in hoc libro ex principiis Aristotelis nō sequi: nec id eum sensisse: Neq̄ id tamen
fecit autor: ut Aristoteles impugnetur: siquidem a multis doctoribus sanctis: & quibusdam
expositoribus in nōnullis ex prædictis opinionibus defenditur ipse philosophus: quiq̄ hoc sus-
ciperet officium a prædictis adiutus, multo melius: q̄ aduersarius fecerat: eū defendere posse:
sed ut manifestum sit aduersarium uel Aristotelem non intellexisse: uel sponte in maximis re-
bus fuisse mentitum.

BESSARIONIS CARDINALIS
SABINI, ET PATRIARCHÆ
CONSTANTINOPOLITANÆ
NICAPITA LIBRI PRI-
MI ADVERSVS
CALVMNIATO-
REM PLATO-
NIS.

Quare causa autorem ad scribendum impulerit.
Confutatio de tribus uitiis obiectis Platonis:
imperitia: discrepantia: christiana religio-
ne: & uitæ turpitudine.
Reprehensio Platonis fidei orthodoxæ ma-
gnū detrimentum afferre.
Cura nostris doctoribus in primis Platonis
testimonia citentur.
Detrahentes Platonem infidelium impietatem
adiuare.
Nostræ ætatis Latinos pauca habere Platonis
opera: & raro ea legere.
Maiores nostros Platonē omnibus philoso-
phis præposuisse.
Qui sit ordo: & series totius operis. Caput. I.
Quā ob causam Plato de summis rebus:
aut nihil scripserit: aut per enigmata scripse-
rit.
Non esse argumentum ignorantiæ nihil man-
dare literis.
De more Pythagoreorum: & silentio.
Pythagoreorum morem in nō diuulgandis
mysteriis cum præcepto euangelico conue-
nire.
Thami sententiā non memoriæ: sed remini-
scentiæ literas opitulari.
Nullum Pythagoræ librum reperiri: & illum
quædam a se scripta Damæ filix minime
edenda reliquisse.
Pulcherrima Lydis epistola ad Hipparchum.
Morem Pythagoreorum usq̄ ad Platonem
etiam ab eo ipso seruatum.
Platonem per nuntium de quæstionibus ma-
ximis potius, quam per scripta loqui con-
suesse.
Particula epistolæ Platonis ad Dionysium: cur
scribi diuina non debeant.
De similitudine Diuidum cum Pythagoreis.
Præcepta artium melius memoriæ, quam lite-
ris commendari.
Quid inter sermonē interiorem: exterioremq̄
inter sit.
Non modo eos, qui scripserunt colēdos esse:
sed etiam eos, qui censuerunt non esse scri-
bendum.
Confutatio aduersarii, quod Platonem ideo
ignarum: disciplinarum probet: quia illarū
præcepta non tradidit.

Theophrastum Aristotelis discipulum de re-
bus omnibus: & copiosius: & ornatus, quā
illum scripsisse. **Caput. II.**
Nō modo academicos: sed etiā peripateti-
cos summam doctrinæ Platonis tribuisse.
Etiam in naturalibus magis aliquando Pla-
toni creditur: aut peripateticis, quā Aristoteli.
Platonem diuinum: Aristotelem dæmonium
nuncupari.
Platonem omnia sapientiæ postposuisse.
Ciceronis testimonia de Platone.
Augustini testimonia de Platone.
Quintilianii sententiā de Platone.
Plinii: & Apulei sententiæ de Platone.
Græcorum de Platone testimonia.
Melius esse supra modum uituperari, quā fr-
gide laudari.
Non fuisse Aristotelem tandiu auditorū Pla-
tonem nisi continue profecisset.
Aristotelis domum lectoris studiosissimi se-
dem a Platone appellatam.
Theophrastum citra Aristotelem: Aristotele
laudandum esse citra Platonē. **Caput. III.**
Platonem ex dialogis suis omnem doctri-
nam: eruditionemq̄ exprimere.
Quam rethoricæ artis doctus fuerit Plato.
Qui fuerint ante Platonē rethoricæ artis scri-
ptores.
Qui oratores Platonis discipuli fuerint.
Quod partes orationis non sint præcipue ad
persuadendum: sed adiutrices.
Quid præcipuum sit ad bene dicendum.
Qua in re Aristoteles rethoricis præceptis ex-
celluerit.
Phædri Platonis pars ex græco traducta i qua
excellētissima rethoricæ artis præcepta tra-
duntur.
Inter Platonis: atq̄ Aristotelis traditionē de
arte rethorica magnum esse discrimen.
Non esse reprehendendam uel prolixitatem:
uel breuitatem orationis: quæ ratione nō
careat.
Peripateticorum necessario prolixas esse di-
sputationes.
De artificio mirabili Platonice orationis.
Aristotelem: quæ didicit a Platone latius tra-
didisse.
Quare in dicendo semper sui similis fuerit
Plato.
Quid potissimum attineat ad uerum philoso-
phum.
Qualis sit philosophorum oratio.
Quid de Platonis oratiōe clari uiri senserint.
De modo dicendi Aristotelis.
Quare Aristoteles aliquando obscurior uidea-
tur.
Quibus in libris eloquentior sit Plato.

Ciceronis : & Aristidis de Platonis eloquentia testimonia.
 Aristotelis sententia nobilissimum genus rhetoricæ cum dialectica conuerti.
 Qui non profecerit in philosophia eum recte loqui non posse.
 In genere demonstratio orationem Platoniam excellentissimam esse.
 Quid proprium sit oratoriam perfectissimam.
 De tribus dicendi generibus sublimi: tenui & moderato. Cap. III.
 Platonem differendi ratione excelluisse.
 Eundem post grammaticam: poeticamq. xx. annos Socratem audiuisse.
 Eundem magos impediens Asiæ bellis adire nequiuisset.
 De triplici genere syllogismi demonstratio: dialectico: & sophistico.
 Platonem omni genere syllogismi usum fuisse.
 Totum Platonis Timæum ex syllogismis demonstratiuis constare.
 Quo argumento ostendat: cælum generatum esse.
 Aristotelem in libro de principiis rerum naturalium Platonem sequi.
 Cælum esse ingeneratum demonstrari ab Aristotele: Platonem uero generatum.
 Quare animi immortalitas probet in Phædone.
 Quare animus non sit harmonia.
 In Phædone animi immortalitatem ex motus ratione probari.
 Quare animus sit ingeneratus.
 Duobus modis corrumpi omne corruptibile.
 Per deductionem ad impossibile animi immortalitatem probari.
 Supposita Platonis tanquam oracula delphica accipi.
 Platonem in Euthydemo captio so uti syllogismo: quo modo Aristoteles in elenchis.
 De artificio rependiendarum propositionum: cuius Plato inuentor fuit. Cap. V.
 Naturalium rerum scientiam calluisse Platonem: & Aristotelis scripta ab illius scriptis minime dissentire.
 Animi generationem ab his solis percipi posse, qui Pythagorei: Platoniciq. sint: & mathematicas calleant disciplinas.
 Quibus nominibus Aristoteles uocet principia naturalia: quibus Plato.
 De triplici genere intelligendi.
 Platonem plecti Aristotele de cælo scripsisse.
 Quibus figuris Plato quatuor corpora dicat esse formata.
 Quare ex igne: & terra Plato cælum dicat constare: stellas autem ex quatuor elementis.
 Quare ab Aristotele dicta de elementis fuerunt eadem Platonem ante dixisse.
 Parum consyderantes frustra irridet Platonem de corporum figuris. Cap. VI.

Theologiæ rationes neminem Platone subtilius attigisse.
 Dionysium Areopagitam non modo sententias: sed etiam uerba Platonis usurpasse.
 De actiua philosophia perfectissime in dialogis locutum fuisse Platonem.
 De uoluptatis duplici ratione. Cap. VII.
 Mathematicarum disciplinarum studiosissimum fuisse Platonem.
 Platonis libros intelligi non posse absque mathematicis disciplinis.
 Theonem composuisse compendium mathematicarum disciplinarum ad Platonis libros.
 Neminem geometriæ experte scholam Platoniam ingredi aptum.
 De oraculo delphico liberari Athenas pestilentia possessi aram cubicam duplicarent.
 Platonem primū cubi duplicatione inuenisse.
 Quod sit difficillimum problema geometriæ.
 Sine geometriæ cognitione nec esse quædam doctum: nec appellari posse.
 Qua uia leges possint custodiri.
 Virtutes esse: & quatuor: & unum.
 Cæteras artes a sapientiæ nomine excludi. Quatuor mathematicas disciplinas adhiberi.
 Particula libri legum traductam in qua apparet quid tenere debeat, qui recte uult discere.
 Duobus maxime argumentis cuiusq. doctrinam probari. Cap. VIII.
 Peroratio siue epilogus primi libri. Ca. ix.

LIBER SECVNDVS.

Christianæ religioni Platonis libros magis, quam Aristotelis conuenire.
 Fidem christianis doctoribus minui: & estimationem eorum ab his tolli, qui Platonem detrahunt: cuius testimonio supra omnes gentes christiani maxime utuntur.
 Aristotelis testimonio doctores ecclesiæ nunquam usos.
 Docto potius in arte sua, quam rudi sancto credi oportere. Caput. I.
 Autoris excusatio, quod Aristotelem impugnare nolit.
 Platonem & Aristoteli plurimum laudis tribuendum.
 Aristotelis sententia non modo doctissimis: sed etiam, qui leuiter scripserunt gratias esse habendas.
 Timotheum musicum posterioribus profuisset Phrynem uero Timotheo.
 Sapientes omnes latinos secta peripateticos esse.
 Interpretationem librorum Platonis non esse sinceram.
 Autoris mentem non esse omnia Platonis dicta

dicta probare. Caput. ii.
 Quid in Parmenide Plato differat de omnium entium principio.
 De supersubstantiali dei diuinitate.
 Quibus potissimum libris Plato de deo loquitur.
 Quæ nomina deo a Platone indita.
 Non modo sententiis: sed etiam uerbis Platonis uti doctissimos christianorum.
 De sententia quadam Platonis in libro de legibus christianæ fidei, quam simillima.
 De consonantia Platonicozum uerborum cum diuina scriptura.
 Mentis cæli, ac terræ regem esse.
 Aristotelem semper in diuinis adhaerisse Platoni. Cap. iii.
 Quam inepte interpretetur aduersarius uerba Aristotelis in principio de cælo: & mundo.
 Pythagoreos cuncta uoluisse ternario numero terminari.
 Quid sit corporis proprium.
 Lineam in unum distendi: superficiem in duos: corpus in tria.
 Cur cuncta sint tria: & præterea nihil.
 Testimonium Aristotelis ex Pythagoreis de ternario.
 Aristotelem ad sensibilia Pythagoreorum intelligibilia traduxisse.
 Neque Platonem: neque Aristotelem laudandos esse, quod prædicarint: aut coluerint ueritatem: quia neuter eorum ita de trinitate sensit ut ad christianorum accesserit ueritatem.
 De gradibus diuinitatis quo statuit Plato.
 Quid Plato libro. vi. de republica, de secunda trinitatis persona locutus sit.
 Solem non esse uisum: sed uisus causam: & uisu uideri.
 De summi boni filio.
 Platonem in epinomide uerbum Deum uocare.
 De epistola Platonis ad Hermiam: & Heraclitum: & Coriscum.
 De libro Plutini de tribus personis.
 Quid opinetur Plato opificem causam esse: neminem scilicet: quæ creator sit.
 Porphyrii teste Cyullo ex Platonis sententia asseruisse diuinitatem ad tres personas processisse.
 De Numenii sententia de deo.
 Amelium Platonium Ioannis euangelistæ theologiæ probare: quæ barbarum appellat.
 Origenem: & Arium non lectione Platonis: ut falso aduersarius scribit: se praua scripturarum interpretatione in hæresim lapsos.
 Præuos interpretes errorum materiam etiam ex euangelio uenari.
 Contra eos, qui baptizatum putauerunt non posse peccare.
 Speciem quandam nostræ religionis in Platonem

tone fuisse.
 Quid Platonis lectio possit homini christiano.
 Platonem ob id maxime posse laudari: quod quæ proximè ad christianam ueritatem accedat.
 Causam cur Aristoteles de diuinis non tractauerit eam esse, quod non uiderit illa posse demonstrari.
 Fidem a Platone inter uirtutes primo loco positam esse.
 Qui in seditione fidus sit: eum omni uirtute præditum esse: eundemq. posse perfectam iustitiam appellari.
 Non scientia: & ingenio ad summum bonum: sed fide perueniri.
 Non magis Platonem, quam Aristotelem deorum posuisse multitudinem.
 Aristotelem in libro de cælo plures deos expresse ponere.
 Secundum Aristotelem cælum: & stellas uiuere: & intelligere: & deos esse.
 Aristotelem substantiam dicere intelligibilem sempiternamq.
 De substantiarum numero.
 Motus cælestium corporum censeri ab astronomicis quinq. & quinquaginta.
 Platonem: Aristotelemq. longe a uulgari opinione colendorum deorum abfuisse.
 Discretionem rerum naturalium ab intelligentiarum distinctione prouenisse. Cap. liii.
 Quid de entium productione Platonem: & Aristoteles scripserint.
 De causis: & earum numero: & de causa exemplari Platonis.
 Ex decimo legum libro reprehensione dignos esse, qui uel natura: uel fortuna res fieri asserunt. Deiq. & mentem omnium causam esse.
 Secundum Platonis sententiam, qui bonus est: eum inuidia minime tangi.
 Quam ob causam Deus condiderit uniuersum.
 Homines licet non immortales: aut indissolubiles sint: nunquam tamen dissolutionis: aut mortis conditionem esse passuros.
 Voluntatem dei: & bonitatem omnium rerum causam esse.
 Conditorum in opificio mundi exemplat respexisse sempiternum.
 Cur mundus sit animal.
 Platonem multa non coniecturis: sed fidei ueritate asserere.
 Aristotelem de fabrica mundi: & similibus hoc solum dixisse Deum: & naturam nihil frustra agere.
 Platonem Aristotelemq. ut de formata etiam de materia tradidisse.
 Aristotelem materiam: ut mundum æternam posuisse.
 Principia re: Platonica materia forma: & de.

Nusquam posuisse Platonem materiam: & formam materialem rerum principia.
 Informem materiam: ac primam a Deo productam.
 Quicquid ab immobili sit: immutabile essentiam habere.
 Primam materiam esse mediam inter generatum: & ingeneratum.
 In Parmenide ostendi materiam unum esse: & nihil omnino actu esse: & dissimilem similitudinem cum prima causa habere.
 Deum nihil rerum omnium esse ratione excellentia: utpote unum supersubstantiale.
 Materiam nihil omnium rerum esse ratione priuationis: & ideo omnibus rebus deterior esse.
 Materiam sententia Platonis: non ens potius, quam ens esse: & aliquo modo unius esse participem: unius uero participatione omnia substantiam habere.
 Formam inuisibilem: & informem omnium rerum capacem: ac recepticem: & quasi matrem esse.
 Falli eos, qui dicere Platonem existimant materiam: & formam corpora animata: prius, quam mundus fieret temere solita moueri.
 Qualis fuerit prima materia secundum Philonem.
 Cur Plato distinxerit informem materiam a generatione & forma.
 De origine mundi secundum Orpheum.
 Secundum Hesiodum infinitudinem primam omnium fuisse.
 Librum geneleos de prima materia idem sentire, quod uetustissimi philosophi: & poete senserunt.
 Principium entium: nec ab uno ente: nec a multitudinem esse sumendum: sed ab ipso uno.
 Materiam: & ideas a primo creatore datas secundum creatori ad rerum sensibilem productionem.
 Materiam ideo esse concausam, quia potentia ens sit eorum: quae sunt.
 Deum ita materiae impartiri esse: ut inseparabilis sit a forma.
 Materiam: & si secundum Platonem sit aeterna: deo tamen ab eo minime coaeternam poni. Cap. v.
 Non uerum esse, quod aduersarius dixit sentire Aristotelem, quod scilicet mundus ex non ente simpliciter sit productus sola dei uoluntate.
 Aristotelem negare omnino ex non ente simpliciter aliquid generari.
 Generationem: & corruptionem ex contrario in contrarium fieri.
 Omnia: quae in tempore generantur ex ente quodammodo non ex omnino non ente produci.

Materiam hoc aliquid a Platone nominari.
 Aristotelem praebuisse hominibus suspensionem quod creationem rerum deo non tribuerit.
 De aeternis substantiis: atque imaterialibus, quid Plato: & Aristoteles senserint.
 Non conuenire secundum Platonem bonitati dei: quae optime constituit: & probauit destruere licet id in sua potestate sit: In quo Plato maxime cum nostra religione consentit.
 Aeternae rerum nullam agentem causam ab Aristotele positam esse.
 Aristotelem secundum quorundam opinionem, ideo Parmenidem: & Platonem reprehendere, quod tres aeternas ex non ente simpliciter productas opinentur. Cap. vi.
 De anima quid senserit Plato.
 Quae: & qualia sint de anima inuestiganda.
 De motuum diuersitate: & quatuor eorum generibus.
 De differentia essentiarum incorporearum, quae sit Platonis uia ad inquirendum de anima.
 Aristotelem ex motu ad dei cognitionem ferri: & in motus ratione aliquando a Platone discrepare.
 Quales motus animae tribuat Plato: & quae sint eorum nomina.
 Aristotelem improprie dicere sensum: aut intelligentiam moueri, & pati.
 Alexandrum Aphrodisium: & Auerroem unicum intellectum omnium posuisse.
 Participatione idearum esse omnia: atque appellari.
 Probatio immortalitatis animae per diuersa argumenta Platonis.
 Aristotelem in secundo de anima rationibus uti Platonis.
 Vniuscuiusque rei tum bonum esse: tum malum: & tum quaque proprio malo interire.
 Quae mala habeat anima, quibus deprauetur.
 Animam uitio corporis perire non posse, quae corporis mala ipsum corpus interimant.
 Non modo Platonem: sed etiam Aristotelem mundum animatum: & uniuersum animal esse opinari.
 Animam: ut sensibilibus: ac materialibus superiores: ita intelligibilibus & imaterialibus inferiorem esse.
 Mentem hominis cum incorruptibilis sit: etiam ingeneratam esse.
 Prius animam esse, quam corpus generetur: & Platonis: & Aristotelis sententia.
 Quae Plato de numeris: proportionibus: medietatibus: circularibus: & rectis lineis locutus animae tribuit: non ita reprehendi ab Aristotele leui quidam putant.
 Aristotelem uerba quaedam Platonis arguisset quorum

quorum profundam sententiam probabat.
 Substantiarum caelestium: ut nullum sermonem: ita nullam uocabulorum rationem propriam haberi.
 Ut Pythagoreos sic Platonem uelaminibus quibusdam de diuinis locutum fuisse.
 Non absurde a Platone circulum: aut rectam lineam animae tribui.
 De duplici uiuendi animae ratione.
 Sententia Thomae aquinatis in laudem Platonis.
 Male gestorum culpa hominem habere non deum.
 Quanta sit mathematicarum disciplinarum utilitas.
 Quibus fabulis Plato interdum utatur.
 Naturam diuinam bonarum omnium causam esse.
 De animarum transitu in bruta animalia.
 Quae animae in quae corpora transeant.
 Confutatio aduersarii putantis Platonem sentire animas brutorum esse immortales.
 Brutorum non animas dici: sed uitas quasdam & simulachra animarum.
 De triplici animarum genere: & earum differentia. Cap. vii.
 Platonem dei prouidentiam non negasse.
 Platonem sacrificasse diis: & munera obtulisse.
 A deo initium esse semper sumendum.
 Platonem sensisse post mortem praemia bonis: & poenas malis paratas.
 Socratem malignitate naturae uirtute & philosophia superasse.
 Difficile esse explicare, quid Aristoteles de diuina prouidentia scripserit.
 Quo modo Alexander Aphrodisiensis de prouidentia deus Aristotelis sententia locutus sit.
 Quid responderit Alexander interroganti: an prouidentia per se sit: uel per accidens.
 Alienam a diuina natura esse propter hominum salutem aliquid agere.
 Quid Plato de dei prouidentia scripserit.
 Cur multi de dei prouidentia dubitauerint.
 Quo modo Plato eos consolatur, qui agere ferunt bonis male esse: malis uero bene.
 Naturam diuinam omnia perfectissime nosse: uelle optime omnia a se producere.
 Deum qui uniuersum mundum regit: partes quoque necessario procurare.
 Nullam re bene agere, qui negligit minima.
 De arbitrii libertate.
 Platonem cum Dauid propheta: quibusdam in locis conuenire.
 Singula ad uniuersum salutem ordinata esse.
 Iacturam partium: quae toti conferat non esse iacturam.
 Neminem sibi soli esse natum: sed uniuerso.
 Platonicos hoc maxime obicere Aristoteli, quod de prouidentia male senserit. Cap. viii.

Quo modo Plato de fato locutus sit.
 Voluntatem humanam liberam esse: & necessitati fati minime subiaccere.
 Chaldaeos omnia stellarum motibus tribuere.
 Libertatem arbitrii nostri potius esse seruitutem.
 Quam potestatem habeant superiora in corpora humana.
 Pulcherrima sententia Iamblichi Platonici de duabus animis.
 Platonem duobus modis accipere prouidentiam.
 Pulcherrima Procli sententia, quo modo Deus intelligat: & quod diuina cognitio necessaria non tollit rebus contingentiam: & propriam naturam.
 Aristotelem nomine quidem fati usum: sed quid ipsum sit non dicere.
 Concordiam partium mundi causam esse: quae & locis: & temporibus diuersis eadem saepe contingant. Cap. ix.
 Quae sit de principijs rerum naturalium Platonis sententia.
 Parmenidem: & Melissum licet de ente intelligibili non physice: sed theologice locuti sint: tamen tanquam de naturalibus differentes ab Aristotele reprehendi.
 Cur Aristoteles contra animi sententiam aduersus antiquos scripserit.
 Quo modo intelligatur, quod Plato naturalium rerum principia in figuris planis resoluebat: & lineas.
 Argumentum Aristotelis non ualere contra ponentes figuras naturales non mathematicas.
 Secundum Platonem principium principiorum Deum nosse: & eum hominem, qui deo carissimus sit.
 Aristotelem de principiorum dubitatione cum Platone consentire.
 Philosophos ueteres non ita audaces fuisse: ut rege omnium tenere se causas existimarent.
 Tandiu seruanda doctorum inuenta donec inueniantur meliora. Cap. x.
 De Parmenidis & Melissi ente intelligibili: non physice: sed theologice disputato.
 Versus Parmenidis de uno ente infinito.
 Eiusdem uersus de ente finito.
 In ente intelligibili ueritatem esse. In rebus naturalibus homines falli.
 Res naturales opinabiles potius appellandas esse quam scibiles.
 Versus Parmenidis de elementis rerum.
 Melissi uerba de entis immobilitate.
 Disputationem immaterialis & simplicis entis ad physicum non pertinere.
 Aristotelem undecimo diuinarum rerum cum Parmenide & Melisso sentire. Cap. xi.
 Epilogus libri secundi. Cap. xii.

LIBER TERTIVS.

- Argumentis, quibus tanquam ex opinione Aristotelis usus est aduersarius separatim respondendum esse: idque scholastico: & dialectico more faciendum: seposito omni ornatu: & artificio orationis. **Cap. i.**
- Plures a Platone constitui deos eo ordine: ut secundus a primo: tertius a secundo: & reliqui deinceps procedant: non modo consentaneam esse naturam: sed etiam Aristotelis: & aliorum nobilium philosophorum sententia constare.
- Auicennam affirmare a prima intelligentia secundam duntaxat produci: illam uero producere tertiam.
- Creaturam creare duplici modo intelligi posse. Omnia secundum Proclum a prima causa produci: & primam causam ipsam bonum esse: & quicquid a secundis producitur causis magis a prima produci. **Cap. ii.**
- Positionem Platonis de primo deo non uerbis tantum contineri: ut aduersarius ait: sed re ipsa constare: confirmarique ratione: & sanctorum autoritate. **Cap. iii.**
- Cultum latræ, quem Plato statuisse uidetur suis diis: etiam ab Aristotele probari, quantum neuter sua opinione id fecerit: sed usu communi.
- Latræ nomen in usum speciale diuini cultus fideles transulisse, cum apud gentiles non religionem: sed durius quoddam seruitutis genus significaret.
- Multa uocabula alioquin communia: a nostris ad aliquem specialem usum esse translata. Ideo morti addictum Socratem, quia communem religionem negligere putabatur.
- Aristotelem mortuo Socrate in Macedoniam migrasse: ne illis bis in philosophiam peccandi occasionem preberet. **Cap. iiii.**
- Platonem sub nomine Iouis unum: & primum Deum coluisse.
- Iouem enim Optimum Maximum: & patrem deorum omnium ueteres dixerunt.
- Autoritate Pythagoræ: & Varronis illum Iouem colere, qui unum Deum solum sine simulachro colit. **Cap. v.**
- Falsum esse: & sane impium, quod aduersarius asserit Platoni, quia secundos: & tertios coluit deos: serpentes etiam: & alia monstra colere debuisse: cum quæuis creatura in infinitum distet a creatore.
- Creaturatum ad creatoris respectus bifariam intelligi posse.
- Deum non quatenus infinitæ simpliciter potentia est creatus: sed quatenus sua potentia commensuratur rei creandæ.

- Non ratione simpliciter infiniti: sed termini sui creaturam unam ab altera magis: aut minus a suo creatore distare. **Cap. vi.**
- Non modo Platonem: sed etiam Aristotelem demones coluisse: non quales nunc diabolos dicimus: ut aduersarius putat: sed naturas quasdam aereas diis ignobiliores: hominibus uero nobiliores.
- Homerum siue beneficio naturæ: siue a Moyse propheta edoctum lapsum luciferi: quem Adam appellat descripsisse. **Cap. vii.**
- Non modo Platonem: sed etiam Aristotelem quodam sumpsisse a poetis: nec id uitio dandum esse. Quæ recte: honesteque a poetis dicta sunt: hæc obseruari Platonem iubere: quæ uero turpiter facta sunt: ueluti pestem uitari.
- Censuisse Platonem poetas ciuitate pellendos esse. Homerum etiam aliquando reprehendisse.
- Omnem fere theologiam Platoniam ex sacris literis Ambrosii: Augustini: Cyrilli: & Eusebii sententia sumpsisse. **Cap. viii.**
- Minime reprehendum esse Platonem: si uel fingit aliqua se accepisse a muliere, quod in dialogis licet: uel uera refert: cum mulieres etiam constet multa diuinitus posse referre. **Cap. ix.**
- Falso argumentari aduersarium: cœlestia corpora: ideo coli ab homine non debere, quia secundum Aristotelem corpora cœlestia ad finem sunt: homo uero sit finis. cum constet Aristotelem in sexto ethicorum: cœlestia corpora longe hominibus anteferre. Eundem in libro de mundo ad regem Alexandrum dispositionem totius orbis ad primam causam referre.
- Aristotelis sententia id corpus, quod prope Deum est: dei uirtute maxime frui.
- Re alteram duobus modis ad alteram ordinari. Cœlum secundum Aristotelem esse animal immortale: atque diuinum.
- Alterum altero nobiliter esse: aut sua forma: aut suo inuicem respectu.
- Finem bifariam accipi: aut perfectiue pro bono: & appetibili, quo perficitur id a quo appetitur: aut effectiue pro effectu, quo homo aut equus: aut arbor: aut tale quid est, quod effectum est.
- Finem item in rebus naturalibus accipi: aut per se ratione effecti operis: aut ad aliud ad quod scilicet refertur.
- Non esse inconueniens finem duplicem: aut multiplicem esse eiusdem numero: ratione diuersa.
- Cœlum ordinatum, quidem ad hominem esse: sed ut superius: non ut inferius.
- Hominem cœlo nobiliorem esse: nihil aliud est dicere, quam id postquam hominem generauit nobiliter

- bilius esse se ipso non dum homine generato. Cum duplex sit finis, quem: & cui: hominem quem dem finem esse cui: nam finis quem cœlestium homo est. **Cap. x.**
- Falsum esse, quod aduersarius asserit uelle Aristotelem: ut primus motor nullo modo sit motor appropriatus primo mobili: neque moueat primum mobile immediate effectiue. Idque probari Auerois: & aliorum expostitorum sententia.
- Solutio septem argumentorum aduersarii. **Ca. xi.**
- Confutatio & solutio alterius argumenti: quo aduersarius arguit primum mouentem esse uitam optimam: & uitam eius esse totam simul: ceterarum uero intelligentiarum minime totam simul esse: secundum Aristotelem, quod falsissimum est: & ideo ipsas intelligentias non esse æternas.
- Intelligentias omnes secundum Aristotelis sententiam æternas esse: nec successionem ullam pati. **Cap. xii.**
- Falsum esse, quod Aristoteles sicut aduersarius refert, dixerit omnia ex nihilo a Deo producta. At qui Platonem uere sensisse primum principium: non per se ipsum: sed per alterum creasse mundum, quod religioni nostræ consentaneum est: quæ uult omnia per filium a patre creata esse. **Cap. xiii.**
- Qui interpretati sunt apud Aristotelem Deum non uitam: sed animal esse: haud male interpretatos esse: ut aduersarius putat: sed bene: excusandumque potius esse in ea parte Aristotelem: ut Thomas existimat: quam damnandum: ut censet Albertus. **Cap. xiiii.**
- Mysterium trinitatis neque ad Platonem: neque ad Aristotelem referendum esse: si qua ratio apud hos philosophos eius rei significatio esse potius apud Platonem.
- Impossibile esse trinitatem naturali ratione cognosci: sed duntaxat sacris autoritatibus probari posse.
- De uestigio quo modo a theologis accipiat, & quid sit.
- Quæ sit iter uestigii: atque imaginem differentia. Probari aliquid per effectum bifariam posse.
- Cum Paulus dicit inuisibilia dei cognosci ex rebus creatis: unitatem Dei intelligere non trinitatem. **Cap. xv.**
- Platonem teste Augustino patrem & uerbum in unitate essentia statuisse. Eundem secundum Thomam appropriata diuinis personis intellexisse: sacris literis in ægypto edoctum: Tres etiam substantias realiter distinctas ad eum referri: quæ Porphyrius est secutus. **Ca. xvi.**
- Falsum esse, quod aduersarius inquit, uestigium satis esse ad trinitatis cognitionem. idque & ratione: & sanctorum autoritate ostendi.
- Aduersarium manifeste sibi contradicere: cum hominem post peccatum per fidem potius, quam per uestigiorum cognitionem intelligere trinitatem uelit: & tamen Aristotelem, qui fide caruit dicat per uestigia trinitatem cognouisse. **Cap. xvii.**
- Falsum esse, quod ait aduersarius tres dimensiones corporis realiter distinctas facere unum sine compositione: & dimensiones corporis certius nos ad trinitatis cognitionem ducere, quam animæ distinctæ: eademque unita ratio, quod & rationi: & sanctissimorum uirorum autoritate repugnat. **Cap. xviii.**
- Confutatio ac solutio multorumque aduersarii collegit: ut ostenderet Aristotelem trinitatis diuinæ cognitionem habuisse: cum id principii eius sit plane contrarium.
- Formam: quæ non nisi in materia esse potest secundum Aristotelem: communicari pluribus eiusdem speciei indiuiduis posse: formam autem: quæ in materia non est: communicari non posse. Item plures fore motores si plures essent mundum: autem posse distinguere numero nisi materiam habeant.
- Secundum Aristotelem causam multiplicationis indiuiduorum duntaxat esse: ut species conseruetur.
- Principium primum: & unum esse plene perfectum: & sua ipsum ratione sufficiens.
- De triplici usu articuli apud grecos.
- Terminus in principio moralium Aristotelis ipsum bonum potius, quam summum bonum interpretandum esse.
- Falso dici non aliud esse naturam, quam deum. **Ca. xix.**
- Confutatio & solutio octo argumentorum aduersarii, quibus demonstrare se putat Aristotelem uoluisse mundum ex nihilo esse productum.
- Sententia Aristotelis non modo ex nihilo productum esse mundum: sed nullo modo esse productum.
- Apud Aristotelem pro principio haberi nihil fieri ex nihilo.
- Mundum esse ingenitum: sempiternum: & necessarium secundum Aristotelem.
- Auerois aperte tenere, quod ex nihilo nihil fiat: & contrarium tenentes reprehendere.
- Auicennam ab Auerois reprehendi, quod ex nihilo aliquid fieri posse contra philosophorum sententiam existimauerit.
- Alberti sententia non posse a principii Aristotelicæ disciplinæ accipi productionem rege ex nihilo, quod etiam Ericis, & diuini Thome sententia confirmatur. **Cap. xx.**
- Confutatio & solutio argumentorum aduersarii: quibus ostendere nititur secundum opinionem Aristotelis mundum productum

& dependere ex prima causa: nō natura, aut
 ulla necessitate: sed libera Dei uoluntate.
 Aduersarium nec uerbis Aristotelis: nec ullo
 dicendi modo illius uti.
 Aristotelem & Auicennam secundum senten-
 tiam Scoti statuisse Deum necessario se ha-
 bere ad omnia exteriora.
 Rationes philosophorum, quas adducit Sco-
 tus ad probandum Deum agere ex naturæ
 necessitate, quod etiam Ericis candauensis
 autoritate probatur: & Alberti magni.
 Sententia diui Thomæ noluisse Platonē mun-
 dum a Deo creatum: ex materia præexisten-
 te ut aduersarius putat. Caput. xxi.
 Platonē optime diseruisse de animæ immor-
 talitate: ut secundum Albertum rationes
 eius paucis mutatis: demonstrationes uide-
 ri possint. Aristotelem uero secundum The-
 mistium: Alexandrum: Auertorem: & alios:
 aut unicam esse animam omnibus ingene-
 rabilem, & incorruptibilem sensisse: aut pri-
 mum Deum esse intellectum agentem, qui
 illuceat omnibus: & separabilis, atq; incor-
 ruptibilis sit animam uero humanam gene-
 rari, atq; corrupti.
 De uehiculo animæ quid Plato senserit.
 Solutio argumentorum aduersarii, quibus pro-
 bare nititur Aristotelem animæ immorta-
 litatem posuisse.
 Incorruptibilem intellectum trifariam acci-
 pi posse.
 Quo modo intelligatur illud Aristotelis se-
 parari hoc ab hoc tanq; perpetuum a corru-
 ptibili.
 Reprehensio aduersarii, q̄ neminem dicat Ari-
 stotelis sententiā intellexisse se uno excepto.
 Quæ de compositione animi ex intellectu pos-
 sibili: & agente essentialiter: & de composi-
 tione intelligentiarum similiter scribit ad-
 uersarius tanquam primus eorum rerum in-
 uentor: hæc ab Auertore primo scripta esse.
 Argumenta, quibus hæc probare nititur aduer-
 sarius: & eorum confutatio, ac solutio.
 Vnquanq; substantiam abstractam esse sine
 materia: actionemq; esse putam sine ulla po-
 tentia adesse contra aduersarii sententiam.
 Nullam formam abstractam esse compositā.
 Nullam esse distinctionem in substantiis sepa-
 ratis nisi intellectum: & proinde nullam esse
 diuersitatem partium essentialium compo-
 nentium.
 Licet diuus Thomas intelligentias citra primā
 dicat compositas esse ex essentia: & esse, aut
 ex potentia & actu: nō tamen intelligendū
 componi eas ex materia & forma. Ca. xxii.
 Confutatio aduersarii dicentis plura eiusdē
 speciei indiuidua esse posse in substantiis in-

telligibilibus: & in mundo intelligibili se-
 cundum Aristotelem. Cap. xxiii.
 Confutatio alterius partis: in qua aduersa-
 rius dicit, q̄si ex Aristotelis opinione: quæ-
 admodum in substantiis corporeis: quædā
 formæ totam materiam perficiūt: ita, ut nō
 nisi unum indiuiduum sit in specie: quædā
 autem nō totam perficiunt: ideoq; plura in
 eadem specie indiuidua sunt: sic in mundo
 quoq; esse intelligibili. Cap. xxiiii.
 De tribus erroribus aduersarii, q̄ animas
 dicat indiuiduari per materiam, quam intel-
 lectum possibilem esse dicit, q̄ animas indi-
 uiduari per inclinationem ad corpora diuo
 Thomæ autore, q̄ eandem esse dicat cōpo-
 sitionem ex esse: & essentia: quæ est ex mate-
 ria & forma.
 Quid eēntia sit secundum Thomā. Cap. xxv.
 Non esse culpandum Platonem: ut aduersa-
 rius censet, q̄ animum cōstitui dicat ex ele-
 mētis: & linea recta in circulum flexa: ex eo
 demq; circulo duos produci: quorum ex al-
 tero septem productos circulos naturæ ani-
 mæ tribui. Cap. xxvi.
 Confutatio, ac solutio trium argumentorū
 aduersarii: in quibus probare nititur: quasi
 ex Aristotelis sententiā animam esse immor-
 talem, atq; æternam parte post: Item eandē
 cum corpore esse incipere: & tamen non in-
 cipere esse per generationē: sed per creatio-
 nem a Deo ex nihilo.
 Aduersarium sensum Aristotelis in libro de
 anima conuertendo peruertere. non enim
 intellectum innasci in corpore ab Aristote-
 le scribit: sed contingere: aut superuenire, qd̄
 in libro de generatione animalū dixit de
 foris ingredi. Cap. xxvii.
 Non esse reprehendendum Platonem: ut ad-
 uersarius facit, q̄ uel animā dixerit corpo-
 ribus præexistere, quod etiam Aristoteles ui-
 detur sentire: uel scire hoīs esse reminisci.
 Quo modo intelligendū sit illud Aristotelis: In-
 tellectū eē ueluti tabulā rasā. Cap. xxviii.
 Falsum esse, quod aduersarius affirmat pro-
 uidentiam secundum Aristotelem: nō mo-
 do usq; ad lunam: sed etiam ad ea, quæ infe-
 riora sunt se extendere: etiam minima: atq;
 terrestria.
 Prouidentia quid sit. Cap. xxix.
 Metiri aduersarium de Platone, q̄ nullam
 esse prouidentiam putauerit: sed omnia fieri
 necessitate stellarum.
 Non ideo res necessario fieri, quia a Deo præ-
 scitæ fuerint. Cap. xxx.
 Impie dici aduersario res nō ideo esse fu-
 turas, quia Deus præuidit: sed ideo Deum
 præuidere, quia futuræ sint. Cap. xxxi.

LIBER QVARTVS.

Platonem ab omni uoluptate mundum: in
 temeratumq; fuisse.
 Platonis uitam fuisse continentissimam.
 Platonē copiosius omnibus: & melius de uir-
 tute disputare.
 Poetas & legumlatores a Platone reprehēdi,
 q̄ aditum patefecerint uoluptati.
 Libros turpes a pueris minime legendos.
 Platonem tertio de repub. ad cōtinentiam iu-
 uenes excitare.
 In quibus Plato Homerum arguat: ubi cum
 commendat.
 Quales esse debeant ciuitatis custodes.
 Quæ fingenda sint in pueritia: quæ non.
 Cognoscere uitia oportet: non æmulari.
 Quare Marti sit adiuncta in fabulis Venus: &
 plus licentiæ militibus, q̄ cæteris homini-
 bus dari.
 Qualem Plato principem uelit constitui.
 Inplicem esse uoluptatem secundum Plato-
 nem: & uoluptatem eruditionis esse amœ-
 nissimam.
 Platonem naturalem coniunctionem admi-
 ttere: turpem detestari, & eam duntaxat ma-
 ris & foeminae cōiunctionem probare: quæ
 procreandæ sobolis gratia fiat.
 Quo modo ueneris utendum sit.
 Singulis hoibus duos comites amētes esse.
 Spei nomen communem esse ad timorem, &
 fiduciam.
 De duplici genere uitæ: & iustos quidem esse
 felicissimos: uoluptati uero deditos esse mi-
 serimos.
 Quibus officiis animus colitur: quibus uitis
 corrumpitur.
 Plus esse uoluptatis in temperantia: plus dolo-
 ris in luxuria.
 Homines uoluptatū uictores esse felices: mol-
 les esse miseros.
 Non a maribus solum: uerum etiam ab innu-
 ptis foeminis abstinendum.
 Concupitores masculorum: & innuptarū ca-
 pite damnandos.
 Adulterum impare a uiro posse occidi.
 Quales esse debeant obstetrices.
 Hominem luxuriæ deditum pecudi simi-
 lem esse.
 Expetendam esse temperantiam: si quis optet se-
 licitatem.
 Omnes Platonis libros ad uirtutem hortari:
 a uitis retrahere.
 De ortu, & incunabulis Platonis.
 Socratis somnium de Platone.
 Cur Plato in academiam locum insalubrem,
 ac pestilentem se receperit.

Quo modo sit intelligendum mortem a phi-
 losopho expetendam esse.
 De duplici mortis genere.
 Augustini de Platone præclarū testimoniū.
 Platonem cœlibem, ac castum semper uixisse.
 Platonem naturæ sacrificasse, quasi piaculum
 commisisset, q̄ liberos non procreauerat.
 De modestia & grauitate Platonis: etiam ab
 incunabulis.
 Raro subridere: ridere nunquā uisum esse Pla-
 tonem.
 Sine mercede Platonem docuisse.
 Quam iræ pepercerit Plato.
 De somno, & uigiis Platonis.
 Noctē surgendum ad res agendas.
 Immodicum somnum & corpori: & animo
 obesse. Caput. I.
 De amore: & eius differentia.
 Amorem castum in sacris literis celebrari.
 Bonos rectes: sinceretq; interpretari: malos ne-
 quiter.
 Socratem reprobare Lysiæ oratoris de turpi
 amore sermonem.
 Quo modo Phædrum amauerit Plato.
 Qui sit animus uere felix.
 Qui non sint beati, q̄ infelices, ac miseri non
 sint.
 Animos post. x. milia annorum eodem un-
 de uenerint redire.
 Qualis sit dialogorum forma.
 Quibus personis solet Plato sententiam suā
 in dialogis explicandam committere.
 Quem amorem Plato laudet.
 A definitione semper incipiendum esse.
 De partu quodam amoris.
 Labores & pericula propter gloriam suscipi.
 Quæ sit optima ratio amoris.
 Epigramma Platonis. Cap. II.
 De communi usu mulierum.
 Usus communem mulierum perdifficilem
 esse non ignorasse Platonem.
 Quid optimum in republica. quid pessimū.
 Quo modo conducat reipub. communicatio
 uxorum.
 Aristotelis argumenta contra hanc Platonis
 opinionem.
 Responso ad argumenta Aristotelis.
 Unde labefactentur sapenumero respub.
 Platonem non multum in hac parte dissentire
 ab Aristotele.
 Aristotelem magis sequi: quæ sensibus exposi-
 ta sunt: Platonem, quæ intellectui.
 Quo modo res: quæ aliena est: propria fiat.
 Ciuitates nō posse felices esse: nisi philosophi
 dominantur.
 Quo meliori natura sit: eo priorē fieri homi-
 nem nisi recte instituat.

Cur magnæ labe accidere soleat ciuitatibus.
Platonem nõ in omnibus libris communem
mulierum usum probare.
Eundem non qualitatibus sed quantitatis ratio-
ne unum accipere.
Quæ animalia unum habeant commune ne-
gocium.
Apud multas nationes rem uxoriæ comu-
nem fuisse.
Massagetæ comunibus usos fuisse uxori-
bus.
Nasamones usos communiter matrimoniis.
Thracum uirgines fuisse communes.
Brachmanes perfarum sapientes uxores com-
munes habuisse.
Aethiopes nõ ducere uxores sed mulieres ha-
bere communes.
Trogoditarum & mulieres & liberos com-
munes esse.
Apud romanos & græcos usum mulierũ ali-
quando communem fuisse.
De uaria hominum consuetudine.
Massagetæ & indos patres occidere & esse.
Nouerças apud Perlas priuignis nubere.
Apud aethiopes ifamem esse: siq; capitis reus
e patria fugiat.
Quale præceptum dabant Lacenæ matres fi-
liis in aciem proficiscentibus.
Nonnullas gentes propalam coire.
Apud græcos turpe & irreligiosum haberi: si-
quis matrem & filiam patri & filio: uel duas
sorores: duobus fratribus matrimonio iun-
xerit. Cap. iii.
Iniuste obiici Platoni q; ad uoluptatem: lu-
xuriamq; iuuentutem hortetur.
Platonem fortitudinem ponere nõ modo in
rebus horrendis: sed etiam in uoluptatibus
superandis.
Oportere uisq; etiã in uoluptatibus exerceri.
De duplici genere timoris.
Malorum etiã notitiam haberi debere: ut ui-
tari possint.
De liberis educandis.
Animos iuuenum facile quoscũq; mores im-
bibere & pertinacias retinere. Cap. iiii.
Quo modo Plato mares: ac foeminas nu-
dos exerceri uoluerit.
Minoem & Lycurgum non minus mulieres
q; uiros palastra exercuisse.
Cur uirgines debeant nudæ exerceri.
Quid recta educatio iuuenum boni afferat.
Gorgonis uxoris Leonidæ perpulchrum re-
sponsum.
De saltatione multa: & q; saltatio ad matrimo-
nia concilianda non parum conferat.
Rerum omnium ortum plurimum ualere ad
frugentiac finem commodum afferendum.
Qualis debeat esse iuuetutis custos. Cap. v.

Falso obiectam esse Platoni abrogationẽ
legis Laicæ.
Platonis sententiam de amore cum Lycurgi
lege conuenire.
Quibus mulieribus: & quo modo Plato com-
misceri uelit.
Quibus remediis Venus coerceat. Cap. vi.
De breuitate matrimoniorum: paucitate li-
berorum: & patrimoniorum tenuitate.
Qualem rempublicam Plato describat.
Non minus q; duos liberos procreandos esse.
An nouerca liberis superducenda sit.
Ante trigessimũ annum non esse ducendam
uxorem: & ante decimum octauum annũ
minime nubendum.
Ex connubio iuuenum debilem: atq; imbecil-
lam prolem creati.
Interpretatio sententiæ Aristotelis de matri-
monio.
Cur opes improbet Plato.
Bonam non opulentã oportere esse ciuitatẽ.
Non posse eundem & ditissimum esse & opti-
mum.
Quantam deceat esse magnitudinẽ ciuitatis.
Aristotelis sententia de magnitudine ciuita-
tis in repub. uitanda.
Nimium numerũ ordinem seruare nõ posse.
Immẽsum oportere esse agrum, qui militum
quinq; milia alat.
Non minus ab Aristotele q; a Platone aduer-
sarium dissentire. Cap. vii.
De Milciade: Cimone: Themistocle & Pe-
ricle atheniensium oratoribus.
Non modo bona agenda pro patria: sed etiã
bene agenda.
Qualem scẽdum Platonem esse oporteat gu-
bernatores ciuitatis.
De duplici opera animo adhibenda.
Quibus uitis athenienses periere.
Milchiadem: Cimone: Themistoclem: & Pe-
riclem nauali tãtum industria athenienses
exercuisse: terrestres pugnas contem-
pisse. Cap. viii.
De ebrietate quam concessisse Plato uide-
tur: & q; nihil dignum effici posse existima-
uerit sine mathematicis disciplinis.
Falso calumniari aduersariũ q; Plato se Deũ
fecerit.
Lycurgum de conuiuili legem tollisse.
Sodalitates Catone quaesore Romæ insti-
tutas.
Platonem Eudemi testimonio primũ distin-
guendi rationem comperisse.
Non statim laudandum: aut carpendum esse
quẽlibet morem.
De eruditione liberali atq; illiberali.
De duobus malis comitibus hominum.

Duo esse ex quibus uisoria comparetur.
Vini auxilio facile animos perspici.
Primum sensum puerorum esse uoluptatem
& dolorem.
Prudentiam uix in senectute percipi.
Quid prosint seriæ & dies solennes.
Iuuentatẽ nõ posse corpore & lingua qescere.
Cætera animantia sensu ordinis: inordinatio-
nisq; carere.
Cur Apollo & Liber pater comites sint cele-
britatum.
Chorus unde dicatur.
De cantus & saltationis utilitate.
Plurimum interesse inter bona: beneq; agen-
tem: & cum, qui bona amet: exercere tamen
nesciat.
Non esse permittendum poetis omnibus mo-
dulis uti.
Quid senibus conferant certaminũ exercitia.
Diuersos ludos diuersis ætatib; magis placeat.
Quales ludorum iudices esse debeant.
Quare ludi & modulæ sint iuuenibus adhi-
bendi.
Non licere poetis ipsorum arbitrio doceres
sed iudicium.
Quæ uulgo appellantur bona non esse bona:
nisi coniuncta cum iustitia.
Felicitatem cum iniquitate: & contumelia es-
se non posse.
Bonum omne iucũdum esse. Malũ anxium.
Hominem solum iter animantes ordinis sen-
sum habere.
Iuuenes usq; ad. xviii. annum abstemios esse
oportere.
A decimo octauo anno ad trigessimũ modi-
co uino utendam.
Ætati seniori plusculum uini concedendum.
Quæ musa sit pulcherrima.
Rei naturam in omnibus perdiscendam ei q;
recte uelit iudicare.
Cur seniores musicæ peritos esse oporteat.
Nihil bonum uideri posse absq; bono guber-
natore.
Qualem esse conuiuili magistrum oporteat.
Quibus deneganda sint uina.
Quo modo ueteres in musica iuuenes exerce-
re sint soliti.
Medicos aliquando uinum usq; ad ebrietatẽ
commendare.
Vsum uini militibus omnibus a Platone in-
terdictum fuisse.
In procreatione liberorum uino abstinendũ.
Platonem uinum Deum furentem appellare.
Apud ueteres inereditos habitos esse, qui mu-
sicam ignorarent.
Cerimonias olim cũ saltatione institutas esse.
Indos saltando solem salutare.

Aethiopes cum saltatione præliari.
Pythagoram plurimum musicæ indulgisse.
Alexandrum Macedonem ex Timothei tibis
uarie incitatum. Cap. ix.
Platonem nequaquã tyrãnidem probasse:
ut aduersarius calumniatur.
Regis imperium a Platone probari.
Optimates labi in factiosos quorum imperiũ
ἐλαττωσθαι dicitur.
Imperium in tyrannum lapsum ad regem ar-
bitrio reuocari.
Qualis esse debeat bonus artifex ciuitatis.
Quid tyranni nomen significet.
Quanto odio apud ueteres fuerit unius impe-
rium.
Cur Plato unum principem uelit.
Summum imperium cum prudentia: mode-
stiaq; cõiunctum optimum reipublicæ sta-
tum constituere.
Qualem tyrannum expetat Plato.
Platonem recusasse cyrenensibus leges
ferre. Cap. x.
Iniuste criminari Platorem, q; suas tãtum
leges iuuentutem doceri uoluerit.
Quo modo Plato uoluerit iuuenes literis eru-
diri.
Tardos ingenio ad eloquentiã aptos nõ esse.
Lyre triennio uacandum esse.
Quo spectent Platonis leges.
Omnia bona legẽda esse siue carmine scripta
sint: siue soluta oratione: siue etiam illitera-
ta uoce tradita. Cap. xi.
Inepte reprehẽdi ab aduersario Platonem,
q; scripserit mathematicis erudiendos esse,
qui diuini esse uoluerint.
Naturam ducem sequẽntibus nihil magis opi-
tulari ad cognitionẽ diuinorum, q; mathe-
maticas disciplinas.
A contrario ad contrarium uiam sine medio
difficillimam esse.
Quales oporteat esse legum custodes.
De arithmetice necessitate. Cap. xii.
Confutatio aduersarii Platonem damnan-
tis: quia peregrinos e ciuitate pellẽdos cen-
suerit.
Quo temperamento utatur Plato circa pere-
grinos.
Concedit Plato peregrinis. xx. annorum ha-
bitationem in ciuitate, quam constituit.
Peregrinos omni immunitate donandos Pla-
to existimat.
Talem uoluit Plato ciuitatem, qualem roma-
ni senatum. Cap. xiii.
Perperam damnari ab aduersario Platonẽ
super censuram æstimatione.
Quid sit iustum inæquale secundu Aristotelẽ.
De duplici æquali eiusdẽ Aristotelis sententiã.

Aequum in rerum inaequalium proportionem consistere.

Quae inaequalitas sit causa discordiae.

De pecuniis quid Plato sentiat.

Quod sit optimum patrimonium.

Disciplinas, & honesta certamina diuitiarum cupiditate destitui.

Cupiditatem errorum omnium causam esse.

Pecunias tertium in bonis locum tenere.

Lacedaemonios tum defecisse: cum spernere Lycurgi leges coeperunt.

Continentiam esse fontem fortitudinis.

Solonis uersus contra diuitias.

M. Curi praclara sententia de diuitiis.

Aristotelis sententia de diuitiis. Cap. xiiii.

Falsum esse, quod aduersarius scribit ideo graecos periisse, quia Platonis usi sint legibus.

Circulum quemdam esse rerum humanarum.

Vt singulorum hominum: ita etiam nationum certam aetatem esse. Caput. xv.

Aduersarii magnam esse incostantiam, quod Platonem uituperet, quem aliquando summis laudibus extulerit. Cap. xvi.

LIBER QVINTVS.

Procemium, in quo pollicetur autor se ex infinitis pene erroribus: quos aduersarius in libris legum Platonis interpretandis commisit: se quosdam magis insignes notaturum. Cap. i.

Reprehensio, & emendatio unius, & quadraginta errorum aduersarii, quos in primi libri interpretatione maximos commisit.

Praclara Platonis sententia: quod in rebus bonis se gibus potius reconciliandi sint mali, quam seculi ferendi.

Bellum pacis gratia fieri: pacem per se ipsam expeti, atque optari.

Fortitudinem non modo aduersis: sed etiam secundis rebus resistere.

Cum maiori dedecore uinci, qui a uoluptate superatur, quam qui a dolore. Cap. ii.

Reprehensio, & emendatio uigintinouem insignium errorum in interpretatione secundi libri legum. Cap. iii.

Reprehensio, & emendatio undecim magis insignium errorum in interpretatione tertii libri legum. Cap. iiii.

Reprehensio, & emendatio quatuordecim magis insignium errorum in interpretatione quarti libri legum. Cap. v.

Reprehensio, & emendatio uigintinouem magis insignium errorum, quos in quinti libri legum interpretatione aduersarius magis insignes commisit.

Quo modo amicitiae, & gratiae, & firmatae Platonis sententia constituentur. Cap. vi.

Reprehensio, & emendatio duodeuiginti magis insignium errorum: quos idem in sexti libri legum interpretatione commisit.

Dieta quid sit: & quo modo ab aduersario interpretetur. Cap. vii.

Reprehensio, & emendatio unius, & triginta magis insignium errorum, quos idem in septimi libri legum interpretatione commisit. Cap. viii.

Reprehensio, & emendatio duodeuiginti magis insignium errorum, quos aduersarius in octauo libri legum interpretatione commisit.

Qui fructus rustici a Platone nuncupentur. Cap. ix.

Reprehensio, & emendatio tredecim magis insignium errorum, quos aduersarius in nono libri interpretatione commisit. Cap. x.

Reprehensio, & emendatio trium magis insignium errorum, quos aduersarius in decimo libri interpretatione commisit. Cap. xi.

Reprehensio, & emendatio septendecim magis insignium errorum, quos aduersarius in undecimo libri interpretatione commisit.

Perquam pia Platonis sententia de cultu parentum. Cap. xii.

Reprehensio, & emendatio tredecim magis insignium errorum, quos aduersarius in duodecimo libri legum interpretatione commisit. Cap. xiii.

Reprehensio, & emendatio uigintiquatuor magis insignium errorum, quos aduersarius in tertio decimo libri legum interpretatione commisit. Cap. xiiii.

LIBER SEXTVS.

Procemium libri, in quo continetur, quod Plethon Constantinopolitanus contra Aristotelis sententiam: naturam & artem asseruerit omnia consilio agere: & argumenta Theodori Thessalonicensis aduersus ipsum Plethonem. Cap. i.

Licet de natura & arte utrum consilio agant: magna inter Platonem, atque Aristotelem esse dissensio uideatur: tamen si quis diligentius animaduertent: eos nihil fere inuicem discrepare cognoscet.

Quod natura alicuius causa agat inter Platonem, atque Aristotelem conuenire.

Naturam non esse primam rerum causam secundum Platonem: sed esse aliam causam naturam priorem, & longe nobiliorem.

Aliquid tendere ad finem duobus modis dici. Naturam causam esse instrumentalem.

Vnde oriatur perdifficilis illa: & perobscura quaestio de ideis: & in quo maxima sit inter

Platonem & Aristotelem differentia.

Non ideo existimandum nullum in arte consilium esse, quia habitus sit factius non actius.

Quae sit inter agere & facere differentia.

Ea quae ad artis finem pertinent: & genere cognita esse posse, & specie. quae autem genere cognita sunt: eadem specie quoque cognita esse posse.

Artem quid sit secundum Aristotelis sententiam.

Non de quibuscumque artibus affirmare Aristotelem, quod non consultant: sed de iis duntaxat, quarum subiecta sunt certiora.

Quo modo intelligendus sit Aristoteles: quando dicit artem non uti consilio.

Ab iis, qui Aristotelem negant uelle artem consilio uti: debilitari argumentum illud ipsius Aristotelis: quo probare nititur naturam alicuius causa agere.

Quod sit naturae consilium.

Consilium duplex esse: alterumque ad theologum: alterum ad moralem philosophum pertinere. Cap. ii.

Quibus rationibus Georgius Trapezuntius ostendere conetur falsum esse, quod supra dictum est: per eos, qui Aristotelem negant uelle artem consilio uti: debilitari argumentum ipsius Aristotelis: quo ostendit naturam alicuius causa agere.

Cur motus fuerit Georgius ad scribendum contra autorem.

Autorem perlibenter audire eos: quibus discere aliquid possit etiam sint pauci amici. Cap. iii.

Confutatio eius rationis: qua aduersarius dicit aliud esse aliquid ratione agi: aliud aliquid cuius causa agi: cum ratio ipsa nihil aliud possit esse, quam causa.

Quod alicuius causa agitur non ratione solum humana: sed etiam naturali agi posse.

Duplicem esse rationem: alteram quae menti tribuitur: alteram quae naturae.

Aristotelem: & si consilium naturae non nominetur: tamen expresse sateri: quia naturaliter omnia perfici existimat.

Sententia ipsius Aristotelis rationem finem esse: cuius causa agitur non materiam: ut aduersarius sentit.

Causas secundum Aristotelem esse quatuor: Rationem uero unam esse causam finalem seu formalem. Cap. iiii.

Confutatio alterius rationis aduersarii: qua

dicit naturam nihil consultare, quoniam alicuius causa agat: cum longius se extendat alicuius causa agere, quam consultare.

Consilium modo ad intellectum humanum: modo ad diuinum sententia doctissimorum uirorum refertur.

Platonicos naturam non sua intima facultate uel agere: uel consultare, asserere: sed haec mentem tribuere siue intellectui exteriori.

Rationem consultandi exteriorem in natura: etiam ab Aristotelicis non tolli.

Impie damnare Georgium eos, qui in deo consilium esse dicunt. cum sanctissimi nostrae religionis uiri contrarium: & sentiant: & praedicent. Cap. v.

Confutatio alterius partis: in qua aduersarius inepte fatetur, Aristotelem consultare artem uoluisse: cum potius Aristoteles exemplo artis non consultare naturam conetur ostendere.

Quod Aristoteles senserit contra aduersarii sententiam artem non consultare: omnium expositorum suorum sententia comprobatur.

Per autorem concordare potius inter se utrumque philosophum, quam ut alteri reprehendere conetur. Cap. vi.

Responsio ad interrogationem Georgii utrum mens: & natura idem sint. Vbi haec longe inter se differre latissime declaratur.

Confutatio eius argumenti, quod asserit Georgius naturam si instat instrumenti moueri: & moueret: necessario prius actu esse oportere. Cap. vii.

Duplicem esse naturam agentem, Themistii, & aliorum peripateticorum autoritate.

Autoritate Symplicii: & Procli probatur naturam causam instrumentalem esse.

Aliis placere simplicia corpora per se moueri: & in se principium motus contineri: aliis non per se: sed ab alio: & extrinsecus moueri.

Formam quamuis non sit principium unde motus: esse tamen principium ut finis: & cuius gratia agitur: quod proprie principium est.

Duobus modis dici rem naturalem. Cap. viii.

Epilogus libri: quo ostenditur non recte dissuadere Georgium a lectione Platonis: quem alioquin omnes Latinae linguae doctissimi uiri longe caeteris omnibus philosophis anteponunt. Caput. ix.

FINIS.

BESSARIONIS CARDINALIS NICENI: ET PATRIARCHAE CONSTAN-
TINOPOLITANI IN CALVMNIATOREM PLA-
TONIS LIBER PRIMVS.

Quae causa autorem ad scribendum impulerit.

Confutatio de tribus vitis obiectis Platonis: impetitia: discrepantia a christiana religione: & uita turpitudine.

Reprehensionem Platonis fidei Orthodoxae magnum detrimentum asserere.

Cur a nostris doctoribus in primis Platonis testimonia citentur.

Detrahentes Platonis infidelium impietatem adiuuare.

Nostrae aetatis latinos pauca habere Platonis opera: & raro ea legere.

Maiores nostros Platonem omnibus philosophis praeposuisse.

Qui sit ordo & series totius operis.

Caput Primum.

INCIDIT NVPER IN MANVS NOSTRAS LI
ber quidam: qui Platonis: atq; Aristotelis comparationem pol-
licebatur. Eum mox libenter auideq; amplexi: post habitis caete-
ris rebus: incredibili desiderio legere orsi sumus. Sperabamus
enim fore: ut utriusq; philosophi: huc de rebus naturalibus: siue
diuinis: siue iis: quae ad mores pertinent: siue ad disserendi ratio-
nem: quae uocantur logicen: expositione aliquam: comparationemq;
inueniremus: quomodo inuicem duo summi uiti: aut conueni-
ant: aut discrepent: quibus id rationibus probetur: & utrum pri-
ma: an secunda substantia potior sit: quid apud Aristotelem ma-
teria: & forma: quid apud Platonem magna: & parua: quo pa-

ro entelechia: motus: quo per se anima mouetur: conueniat: An formae aliquae separatae sint:
an profus inseparatae: q; si separatae sunt: utrum per se subsistant: an in secundis animi concepti-
bus positae sint. Tum quomodo equiuoce: quomodo uniuoce ens de entibus praedicetur: ut ra-
tio illa diuidendi: quam Plato philosophiae sepem appellat: idem cu demonstrandi scientia sit:
ut diuersum. An mundi haec compago ingenita: atq; aeterna: an genita: fluxa: q; sita: uero & ge-
nita simul: & ingenita: atq; aeterna: & quomodo genita: quomodo ingenita: tum haecum ani-
ma dici possit. Vtrum praeterea deus ipsius substantiae: an duntaxat motus naturalium rerum
causa sit: atq; opifex. Quantum ne simplicium corporum dici caelum oporteat: an unum ex qua-
tuor: quis praeterea ultimus hoium finis censeri debeat: uirtus ne: atq; honestas: an scientia co-
templandi. His aliisq; huiusmodi summoq; philosophorum opinionibus: ne i singulis immo-
remur: plenum fore librum existimabam. Hoc enim ueteres pleriq; tum graeci: tum latini fece-
re: Platonis alii: Aristotelis rationibus fauentes: & haec quidem probantes: illa refellentes.
Fuerunt etiam qui conuenite inter sese duos philosophos summo ingenio nixi sunt ostende-
rent apud graecos i plenisq; Simplicius fecit: apud iannos facturum se pollicitus est Boetius: an
impleuerit nescio. Nullum enim tale illius opus aetate nostra uenit in lucem. Existimaba itaq;
autorem huius libri: quo sibi gloriam apud posteros compararet: & doctrina suam: ingeniumq;
ostentaret: hoc idem fecisse: & uel conciliasse inter sese duorum philosophorum opiniones: uel
alteri inhaerentem: quibus ad id rationibus duceretur: explicasse. Quod si praeferebas Aristote-
lis opiniones: Platonis uero contemnendas existimaret: causam eius rei demonstratione ut par-
eratae necessitatis rationibus exposuisse. Laetabar itaq; ea spe miru in modum: & librum singu-
lari quadam auiditate legebam. Quis enim in ipso fere primordio iurgis: ac maledictis ple-
nus occurreret: id tamen aequo animo patiebar: sperans fore: ut quod optabam progressu tempo-
ris appareret. Iam uero ubi perlecto libro pro thesauris quos speraba: Carbones (ut dici solet)
iueni: & desiderio frustratus nihil animaduerti praeter couitia: & contumelias: & iurgia in Plato-
ne. His eni duntaxat erat liber ille referendus: in ista ueteris comedia: immo ut plane: oes quae
unq; fuerunt: comediae excederet: obstupui uehementer tanta rei nouitate attonitus. Neq; eni
fieri posse existimassem: ut tale opus i lucem unq; prodiret: Aut quisq; ex omni hoium genere
tam aperte & ueritati: & communi omnium sententiae contradicens: non modico erubesceret:
sed potius quasi praeclearo quodam inuento gloriaretur: & more galli ignobilis: ut Plato iquit
a disceptandi certamine dissiliens caneret: geitiret: seq; ipsum circumpiceret. Quippe Aristotele
cui Platonem comparat extollit laudibus: quod quidem reprehendi no potest: Dignus est enim
qui maxime laudetur Aristoteles: Platonem uero contumelias afficit: & iurgis: maledictisq; per
b

sequitur: Admiratur Aristotelis uitam: doctrinam: eruditionem: sapientiam: oīam deniq; optimarum artium: disciplinarumq; peritiā: quod iure ab eo fieri non diffiteor. Platonem uero nō modo: quod tolerabile foret: Aristotele inferiore facit: sed indoctum: inereditum: nullā philosophiā: nullā naturalium: aut diuinarum rerum cognitionem habentem: ignarū artis oratorie: mathematicarum disciplinarum inscium: omnium deniq; bonarum artium rudem: atq; inexpertum asseuerat. Improbū prætereā profusum: nepotem: & uitis oībus cōtaminatum: quæ oīa tribus libris complexus: In primo doctrinæ comparisonem facit: nullis prorsus rationibus innixus: Nisi q; Aristoteles artium præcepta conscripserit: Plato minime: propter quod Platonem: eiusq; studiosos inconstantia absurda: inepta: cōtraria: sibi inuicem repugnantia: leuia: ridicula: puerilia scripsisse: ac disseuuisse commemorat: nullis omnino rationibus: nullo rationandi genere usos opinatur. Secundo libro opinioniones Aristotelis nostræ religionis uerisimilis: optimisq; sententiis consentaneas esse conatur ostēdere: ac proinde ueriores: Platonis autem dissentire nostris: ideoq; falsas esse: & a ueritate prorsus alienas. Tertio uero atq; postremo uitam Platonis cōtinentissimam: innocentissimam: integerrimamq; accusat: ac iurgis: & contumeliis infestatur: Proh scelus atq; flagitium: quo mimo: quo parasito: quo lenone: quo cinadō: quo scelerato: flagitioso: pestiferō: infido: fraudulento: nebulone: prorsus nō turpius: scēdus: detestabilius nixisse illum affirmat: O nouum iurgiorum genus: o miq; calūnias: & ante hunc diem inauditas. Profecto si affirmari hæc de aliquo possent: nemo tamē foret usque adeo aut uirtutis expertus: aut doctrinæ: qui res adeo scēdas: turpes: flagitiosas: nefandas: uel proloquendo ora pollueret: uel scribēdo inficeret: ac commaculare manus auderet. Heu quid iste sceleris in Platonem non euomit? Nonne ebrietatem obicit: nōne fornicationes: adulteria: stupra: & nefandos marium concubitus: nonne in gratitudinem: tyrannidem: uim: rapinas: stultitiam: legū iniquitatem: & quicquid deniq; dici: aut cogitari: ditum: tetrumq; potest? Quod si omnes: qui unq; omnibus anteaētis seculis fuerunt: uiros truces: agrestes: efferos: ferus: ac teterrimis moribus simul collegisset: in quos grauissimæ: acerbissimæq; inueheretur: quid obsecro te plus habet retiquod aduersus omnes euomeret hic calumniator: & hostis hominū: & nouus Timon: atq; alter Momus? Hæc igitur cum legissem: non potui tam iniquam hominis mentem non execrari: eius præsertim: qui mecum familiaritate coniunctus aliquando fuisset. Eo autem molestius illius iniuriam tuli: q; non modo Platoni: cuius cura haud me usque adeo sollicitasset: sed etiam sanctissimis nostræ religionis uiris: qui Platonem semper magnificerunt: & cum doctrinam eius & mores: tum eam quā in opinionibus cum nostrā fide habet similitudinem admittenti sunt: non parū de decoris afferre uidentur: talem hominē: qualē hic fingit: uel ignorauerint: uel falso contra animi conscientiam laudare uoluerint: quod certe non est uiri boni & sapientis: & integri præceptoris officium. Auget uero magis atq; magis nobis indignationem: q; fauorem: quem nostrā religio ab exteris accipere potest autoribus: calūniosa hæc Platonis reprehensio infirmitate debilitare uidetur. Quippe doctores nostri sanctissimi uiri aduersus eos: q; recte fidei fundamenta denecere: & religionem christianam prauis rationibus pessundare uoluerunt: eam in primis defensionem rati sunt optimā esse: si uerbis autorum: quos ipsi tanq; sapientes sectabantur: quasi quibusdam telis eorum tela retunderent: fidemq; nostram illorum præsidio roborarent. Itaq; Platonem in primis quasi optimum testem citauerunt: & dictis ipsius: quantum peregrino testimonio fieri potuit: fidem nobis diuinitus traditam cōfirmauerunt: ea ratione in primis illius auctoritatem secuti: q; simul & doctrinæ: & morum ei palmā tribui ab omnibus sentiebant. Siquis igitur tam graue Platonis testimonium contemnit: ac pro nihilo habet: longeq; a nostræ religionis usu alienum esse existimat: dum eum ignarum: improbum: stultū: sceleratum: flagitiosum fuisse contendit: quomodo doctoribus nostris: & uere fidei propugnatoribus nō aduersatur: & quasi acerrimus hostis bellum indicit? Aut qui fieri potest: quin maximā afferat nostræ religioni detrimentū: dum exterorum præsidium nobis aufert: quo maxime aduersariorum uim propellere: ac propulsare possemus? Profecto qui hæc a nobis auxilia tollit hic plane fauere illorum parti uidetur: qui religionem nostram oppugnant: & quasi aditū aperire hostibus: ut impetu facto eam depopulentur: atq; deuastent. Quapropter fauendum in primis censui auctoritati sanctorum uirorum: elaborādumq; mihi summo studio: ut religionem cuius membrum diuina pietas me esse uoluit: pro mea uirili tuear: atq; defendam. Tum etiam Platoni succurrendum: cui tamen propter doctrinam: morumq; præstantiam nō magis obesse linguæ procacitas potest: q; tenuis nubecula radiātem solis splendorem obscurare: per absurdum tamen & periniquum iudicarem legi hæc sine contradictione: ab hominibus præsertim Latinis: qui aut Platonis opera non habent: aut si qua habet in latinam cōuersa: per erro ea legere cōsueuerunt. Atqui Platonis doctrinam uariam: atq; multiplicem: tum diuersis rationibus:

tionibus: & auctoritatem hystoria: cōmuniq; omnium sententiā: tum ipsius operum testimonio demonstrabimus: Morum uero præstantiam & integritatem uitæ: nō solum fama publica: sed eius ipsius sermonibus: atq; præceptis ostendemus: quibus homines hortatur ad bene: beateq; uiuendum. Hæc enim etsi græcis hominibus cognita: atq; explorata sunt: latinis tamen nostræ ætatis ignoratur. Nam licet maiores eorum: tam exteri: q; ecclesiæ doctores: Platonem cæteris omnibus: in quouis genere longe præferendum: anteponendumq; censuerint: obscurauit hæc nihilominus: seu incuria & negligentia hominum: ita ut in paucissimorum notitiam uenerint: Aggrediar igitur institutū opus: & ipsius (ut dixi) Platonis uerbis rem omnibus ante oculos ponam. Dicam autem simpliciter: animo ab omni contentione libero: & ad solam ueritatem spectante. Nec contumeliis cōtumeliosum ulciscar autorem: malo (ut dici solet) malum emendans: quin etiam scriptoris nomen non proloquar. nec a me unquam quis ille fuerit: quisquam intelliget. Dabo hoc necessitudini nostræ: qua simul olim iuneti fuimus: ne fiat nostrā causa præsentibus: posterisq; inuisus: Dabo consuetudini meæ: qui hæc maledicendi licentiam exhorui semper: atq; execrans sum: cum præsertim defendenti Platonem nihil hoc præsidii allaturum sit: nec satis ultionis exigi ab aduersario posse uideatur: si mutuis cum illo conuictis egerimus. Nam cum ea Platoni obiecerit: quæ de omnibus qui unquam fuerunt scelerati: atq; peruersi homines: uix credibilia uiderentur: quid tandem in eum ipsum calumniatorem dici pro merito posset? Respondebo autem nō ad singula: quæ aduersariis obiecit (Longum enim id esset: & poenæ infinitum) Sed tria illa: quæ supra memorauimus summam attingam. Primo sapientiam Platonis: atq; doctrinam: mox scriptorum eius cum nostris similitudinem: & argumentorum contrariorum dissolutionem: Tum probitatem morum: uitamq; integerrimam explicabo.

Quam ob causam Plato de summis rebus aut nihil scripserit: aut per enigmata scripserit.

Non esse argumentum ignorantie nihil mandate literis.

De more Pythagoreorum: & silentio.

Pythagoreorum morem: in non diuulgandis mysteriis cum præcepto euangelico conuenire.

Thami sententia non memoria: sed reminiscentiæ literas opitulari.

Nullum Pythagore librum repetiti: & illum quædam a se scripta Damæ filij minime edenda reliquisse.

Pulcherrima Lysidis epistola ad Hipparchum.

Morem Pythagoreorum usq; ad Platonem: etiam ab eo ipso seruatum.

Platonem per nuntium de questionibus maximis: potiusquā per scripta loqui consueisse.

Particula epistolæ Platonis ad Dionysium: cur scribi diuina non debeant.

De similitudine Druidum cum Pythagoreis.

Præcepta artium melius memoriæ: q; literis commendari.

Quid inter sermonem interiore: exterioriq; intersit.

Non modo eos qui scripserunt colendos esse: sed etiam eos: qui censuerunt nō esse scribendū.

Confutatio aduersarij: q; Platonem ideo ignarum disciplinarum probet: quia illarum præcepta non tradidit.

Theophrastum Aristotelis discipulum de rebus omnibus: & copiosius: & attantius: quam illum scripsisse.

Caput. II.

Ed quoniam ad ostendendum Platonis ignorantiam præcipuum hoc argumentum aduersarius affert: q; nullā artium præcepta: sicut Aristoteles fecit pro communi omnium utilitate cōscripserit: Et hac maxima ratione inuehitur in Platonem: ignarumq; omnium scientiarum conatur ostēdere. Primo causam cur Plato disciplinarum præcepta: præsertim de rebus diuinis: uulgo tradenda non duxerit: afferemus: Deinde aliis quoq; rationibus aduersario respondebimus. Constat profecto inter omnes doctos: præceptum illud Pythagoreorum: quos secutus est Plato: in primis obseruari solitum: nequid ex iis: quæ in eorum schola dicebantur: in uulgum emitteretur. Auditoribus uero quinquennio integro nihil omnino uel interrogare præceptorem: uel de iis: quæ dicebantur: percontari licebat. audiebant duntaxat: quæ a præceptoribus legebantur: & taciti secum uolebant: Peracto uero quinquennio: qui digni iudicabantur: admittebantur in socios: indigni a consortio reiciebantur. Secreta diuinarum rerum per omnē uitam occulta tenebāt: nequid ad exteros: ac minus dignos homines exiret: quæ res similis esse præcepto illi euangelico uidetur: Nolite dare sacra canibus: nec prouidatis margaritas uestros ante porcos. Quinetiam hæc non literis: sed uoce tantum: &

b ii

præceptores discipulis tradere: & discipulos inter se communicare fas erat: quasi tutius custodi
ri altiores illæ de rebus diuinis sententiæ possent: animis non libris continerentur: et studio
earum rerum doctiores euaderent: dum memoriæ potius, quàm literarum præsidio freti in situta phi
losophiæ animo, non codicibus commendarent. Reminiscendi enim non memoriæ remedi
literas esse a Theut inuentas: Thamus ille apud Platonem refert: Sed fieri tamen, inquit, ut obli
uionem animis eorum: qui aliquid didicerint: afferant literas: dum homines per negligentiam
cultum memoriæ deserunt: & extrinsecus fide ab alienis formulis proficiscent: non intrinsecus
suis uiribus reminiscuntur. Idcirco opinionem potius: atque umbram sapientiæ: quàm ueram sapien
tiam auditorum animis recipi: fieri: pro uetis sapientibus umbratiles. Hæc cum ueritas histo
riæ satis comprobatur: tum inde licet intelligeret: quod nulla extant: nec unquam uisa traduntur scripta
Pythagoræ. Nihil enim ille scriptum reliquit: & siquid paucillum scripsit: id Damæ filix mo
riens commendauit: monuitque: ut secretam custodiret. Quod illa quamuis mulier diligentissi
me seruauit: & quamquam prægrandi pecunia uendere opusculum potuisset: noluit. Tenuit id etiam
omnibus præterquam patris discipulis: ac nemini quidem eorum opus unquam credidit. Senten
tias uero eius his duntaxat exposuit: qui uisi sunt patri Pythagoræ doctrinam: & moribus digne
succeedere. Est enim non mediocri argumento epistola Lydis: qua ad Hipparchum scribit: at
guit eum quod præcepta quædam Pythagoræ tradidisset literis: atque aliis edidisset. Hanc ego po
tendam hoc loco totam existimauit: per gratam simul: atque perutilem futuram: hinc qui sine ani
mi commotione pegerint. Lydis Hipparcho Sal. Equidem post mortem Pythagoræ nunquam
futurum existimauit: ut discipulorum eius societas disiongeretur: sed cum præter spem: quasi nau
fragio facto: alii alio disiecti: delati: quæ simus: nihilominus meminisse diuinorum præceptorum
illius pium est: Nec bona philosophiæ cum iis communia facere: qui ne somnare quidem ani
mi purificationem potuerunt: Nec fas est ea omnibus porrigere: quæ nos cum tot laboribus
adepti sumus. Quemadmodum nec profanis hominibus eleusinarum dearam licet arcana pa
refacere. æque enim utriusque ista facientes iniusti: atque impii habentur. Operæpretium est igitur
recensere: quantum temporis in abstergendis maculis: quæ nostris iniustæ peccatoribus erant: coti
sumpsimus: ante quam præcepta illius percipere digne possemus. Ut enim tinctores solent
priusquam telam inficiant: quarundam rerum acrimonia eam purgare: quo facilius color in
bibat: qui aboleri postea non possit: Sic ut ille diuinus studiosos philosophiæ institueret: & qua
si formare solebat: nequando frustrari ea spe posset: quam de alicuius uirtute conceperat. Neque
enim doctrinam mercenariam: atque uenalem habebat: nec iuuenim animis: quod plerique phi
losophiæ professores facere solent: ilaqueos adiecit: sed diuinarum: humanarumque: rerum præ
ceptorum erat. Nunc uero plerique doctrinam illius simulant: mollo ordinem: nec ut decens esset: u
uentutem erudiunt. Itaque proæcæsiæ temerarios faciunt auditores: suos: dum perturbatis: atque
impuris moribus: intemerata philosophiæ præcepta commiscunt. Ut enim si quis in præaltam
puteum cæno plenum aquam puram: atque nitentem effuderit: nihil aliud quàm cæno turbat:
& aquam amittit: ita illis accidit: qui hoc modo docent: atque docentur. Crebri enim: ac densi ue
pres: & syluæ frequentes pestes: & præcordia eorum: qui non rite initiati sunt: occupant: Omnem
animi cultum: omnem mansuetudinem: omnem rationem obumbrant: atque impediunt: Subeunt
hanc syluam permulta: ac uariae beluæ uitiorum: quæ depopulantur: arcem propulsant: nullo
modo sinunt in lucem prodire rationem: Quarum beluarum duæ matres sunt: incontinentia
atque cupiditas. Hæ partu fecundissimæ sunt. Incontinentia enim filias parit: illicitas nuptias:
ebrietates: stupra: uoluptates contra naturam: uehementes: ac rapidos impetus ad mortem usque
atque excidium hominem agitant. Iam enim libidine quidam usque ad deum inflantur: fuerunt
ut ne a parentibus quidem, aut pignobus abstinuerint: quos eadem quæ contra leges: patri
parentes: tyrannos impulerat libido: captiuos reuinctis post terga manibus ad postrema suppli
cia: interitumque pertraxit. Cupiditatis autem filia sunt rapina: pericidia: sacrilegia: ueneficia: &
reliqua eius generis. Quamobrem syluam ipsam: in qua huiusmodi affectus istar beluarum la
titant: ferro: ignique: & omni machinarum genere excidere: ac deuastare primum oportet. Cumque
huiusmodi cultu rationem ab eius affectibus liberatam intellexerimus: tunc serere optimam ali
quam frugem debemus: & optimos atque uberrimos fructus inde prouenturos sperare. Hæc tu
quidem Hipparche: non paruo studio: ac labore didiceras: Sed parum bene uir seruasti: postquam
siculam istam luxuriam cepisti degustare: cuius gratia nihil est: quod postponere debuisses.
Multi etiam te publice philosophari nobis retulerunt: quod Pythagoras uenit: qui dum mo
riens commentarios suos: Damæ filix commedasset: ne cui extra familiam suam traderet to
stamento reliquit. Hæc autem licet prægrandi pecunia uendere illos poterat: noluit: pauper
temque: & uoluntatem patris: quamuis mulier: omni auro pretiosiores existimauit. Ferunt hæc
idem

idem Damam quoque postea morientem Vitaliæ filix suæ mandasse. Nos autem uirilis sanguis:
parum officiosi in præceptorum sumus: Et quæ promissimus: sponte deserimus. Si igitur te emen
dauit: gratum habebimus: sin minus inftar mortui apud nos eris: Vale. Hic idem mos usque
ad Platonis tempora seruatus est: per omnes eius sectæ successores. Plato quoque hoc ipsum sem
per diligentissime custodit. Neque enim libris: sed uoce docuit: nec de iis: quæ docuerat: libros
reliquit. Siquid scripsit: Socratis esse: non suum fatetur. Ita præterea de diuinis rebus breuiter
impliciterque: obscure præcepta tradidit: ut non facile a legentibus possit intelligi. quod ipse
quoque testatur in epistola: quam de natura primi entis ad Dionysium scripsit. Scribendum est,
inquit, per ambages: atque enigmata: ut si forte manus uel terra iactari librum contigerit: qui lege
rit: non intelligat. Res ita se habet. Circa omnium regem cuncta sunt: & illius gratia omnia: il
ludque est causa bonorum omnium. Secundum uero circa secunda: & tertium circa tertia. Post
hæc & alia pari obscuritate ab eo scripta: hortatur Dionysium: ut siquid certius cupit intelli
gere: Archedemum ad se mittat: quem & missum iam laudat: & ut rursus mittat: semel: bis: tertio
suadere conatur: nuntiaturum uidelicet sibi dubia Dionysii: & expositiones suas illi renuntia
turum. quod si ita feceritis, inquit, nullam negotiationem: aut tu inire: aut administrare Archede
mus poterit: uel meliorem: uel deo gratiorē. Quibus uerbis manifeste negat uelle se huiusmo
di sententias literis tradere: & per Archedemum: omnia se illi significaturum pollicetur. quod
tamen ita se facturum dicit: si hæc ille quoque ab inereditorum communicatione intemerata ser
uauerit. Sed caue, inquit, ne hæc ad homines ueniant inereditos: Et rursus. Caue ne te aliquan
do pœniteat eorum: quæ in præsentia minus digne deciderint. Tutum uero in primis est nihil
scribere: sed discere. Nam quæ scribuntur: fieri non potest quin deciant. Ea ratione nihil ego
de iis scripsi unquam: nec est Platonis opus aliquod per scriptum: nec erit. Nam quæ circunse
runtur Socratis sunt: omnia: quem uirum etiam iuuenem uirtute: ac sapientia claruisse comper
tum est. Mox autem quasi eum pœniteret aliquid de iis etiam per enigma scripsisset: addit: Hanc
epistolam cum primum perlegeris: ures: sed hoc solum recte a tyrano factum dici potest: quod Pla
toni non obtemperauit. Post hæc in epistola: quam ad propinquos Dionysii: ac familiares scribit
molestissime uidetur ferre: quod Dionysius: & quidam alii de huiusmodi rebus scripserint. Ita eni
inquit, Sed de iis omnibus: qui uel scripserunt: uel scripturi sunt: quos audio asseuerantes ea se sci
re: quibus nos studemus: ita affirmos: siue mensiue alios audierint: siue ipsi per se inuenerint: nihil
de iis intelligere posse. Neque uero opus meum de iis rebus ullum est: neque erit. nam scribi de iis
ut de aliis disciplinis non potest. Cæterum: ut causam propter quam nihil scripsisset: non in sel
tamineque inuidiam fuisse declararet: addit. Atqui hoc quidem scio: quod hæc si a me: uel scriberē
tur: uel dicerentur: promi optime possent: & male tradita non mediocriter me offenderent. Si
uero uel uoce: uel scriptis proferenda in uulgum mihi uiderentur: quid præclarior a nobis in ui
ta agi posset: quam & maxime prodesse hominibus: & naturam in lucem proferre? Sed nihil pro
futurum hunc nostrum conatum hominibus reor: nisi admodum paucis: qui exigua signifi
catione possent suo ipsi ingenio plura inuenire. Apud reliquos uero cum nefarium pareret con
temptum: tum uanam spem rerum altiorum: quasi grauiora quædam essent cōsecuti. Et paulo
post. Siue igitur Dionysius: siue quis alius Dionysio aut maiora: uel minor de summis: primisque
rebus nature aliquid scripsisset: mea sententia nihil de iis: quæ scripsit: uel audierat recte: uel di
dicerat. Nam si secus esset: pariter, ut ego, res illas coleret: & ueneraretur: usque in peptem decem
terque proferret. Non enim quasi in memoriæ subsidium hæc ille scripsit: siquidem non poterat
obliuisci eorum: quæ breuissima sunt: postquam semel didicerat: sed uel turpi ambitione id fecit:
ut hæc sua esse ostenderet: uel ut tanquam auditor eius disciplinæ: qua dignus non erat: gloriam si
bi cum cæteris sapientibus uendicaret. Iis itaque manifestum est Pythagoram: atque Platonem: ni
hil omnino scribendum censuisse: nec esse res huiusmodi ante oculos multitudinis ponendas.
Simile illud etiam apud. C. Iulium Cæsarem legimus: Druides, inquit, a bello abesse consue
runt: neque tributa una cum reliquis pendunt. militiæ uacationem: omniumque rerum habet im
munitatem. Tantis excitati præmiis: & sua sponte multi in disciplinam conueniunt: & a paren
tibus: propinquisque mittuntur. Magnum ibi numerum uersuum ediscere dicuntur. Itaque non
nulli annos uiginti in disciplina permanent: neque fas esse existimant ea literis mandare: cum in
reliquis fere rebus publicis: priuatisque rationibus: grecis literis utantur. Id mihi duabus de cau
sis instituisse uidentur: neque in uulgum disciplinam efferri uelint: neque eos qui discunt: literis
confisos: minus memoriæ studere: fere plerisque accidit: ut præsidio literarum: diligentiam in
perdiscendo: ac memoriam remittant. Ita non solum iudicio Pythagoreorum: sed etiam Drui
dum: quos doctrina & moribus antiquitas coluit: disciplinam maximam rerum literis tradi
non licebat: ne summa opinionum decreta in uulgum propagarentur. Plato igitur nihil de pri
b iii

misis premisq; rebus: quae paucissima: & ea perobscure hac causa scripsit: quae rem tantam multitudine communem facere non liceret: longeq; sanctius esset haec toto animo colere & venerari. Nam de ceteris quidem rebus: & si more praedagogorum certas regulas non tradiderit: quo pacto scilicet uel orandum sit: uel disputandum: uel huiusmodi aliquid agendum: in dialogis tamen: quos summo artificio: singulariq; doctrina conscripsit: plurima: atq; utilissima omnium se re bonarum artium: ac disciplinae: praecpta inseruit. Quamquam haec quoque tutius memoriae mandari: quam literis possunt praestari: si praecptoris ore percepta assidua meditatione animo reuoluntur: quod Demetrius placitum esse paulo ante memorauimus. Sed de iis satis dictum esse arbitror apud eos: qui inueniendae ueritatis non contentiones cupidi sunt. Nam apud eos: qui temeritate: impudenter uero aduersantur: & quae dicta & non dicta sunt referunt: nulla nobis disputatio est: nec ad exteriorem sermonem loquimur: qui autem Aristotele obicere aduersus oia potest: sed ad interiorem: & apud aequos iudices. Siquidem facile in se quisque experiri potest: quae praestet: quae uel ab aliis discimus: uel ipsi meditamur: memoriae, quam literis mandare: & quanto utilius sit: haec filios a parentibus: & discipulos a magistris: quasi per successionem percipere: & animo custodire: quam si libris seruentur. Hos enim & urbium depopulationes: & ruinae: & incendia: & alii pene infiniti casus delere facilius possunt: quam hominum memoriam abolere. Sed esto uelut ac necessarium sit ea quae aut per nos inuenimus: aut ab aliis accepimus literis mandare: certe Aristoteli: & iis: qui ante eum fuerunt: quique futuri sunt: optimarum artium praecptoribus gratiae sunt habendae: non tamen: qui haec non tradiderunt: tanquam rudes & ignari contemni debent: ac pro nihilo haberi. neque enim sufficiens testimoniū est inscitiae illorum: quod nihil scripserint. Quippe hoc modo complures doctissimi: atq; eruditissimi uiri: quasi de suo statu pulsi pro ineruditis: atq; indoctis haberentur. Causam autem propter quam non scripserint hanc esse credamus: partim quod silentium uenerationemque exhibendam censebat rebus diuinis: & ne in ceteris quidem disciplinis minorem percipi utilitate existimabant: si memoriae quam literis commendarentur: partim quod parum curiosi in scribendo fuerunt: quod tamen praestari a Platone facillime potuisset. Gratias uero agamus utrisque: sed his maiores: a quibus beneficia sumus maiora consecuti. hoc enim & pietas: & ratio exigit. Ceterum aduersarium: qui ita turpiter impetendum esse Platonem existimauit: quod disciplinae praecpta non conscripsisset: interrogemus: an Hermogenes tarsensis: qui praecpta artis rhetoricae perfectissime tradidit: Demosthenes eloquentior: & in dicendi facultate doctior fuit: uel ut Demosthenem praeterea: qui quauis de arte nihil scripserit: multas tamen orationes artificiosissime scriptas reliquit: an Hyperidem superauerit: a quo nihil uel de arte: uel ex arte scriptum habemus: Quippe Hyperidem usque adeo in dicendo excelluisse dicunt: qui de decem orationibus scripsere: ut plerique uisi sint dubitare: an Demosthenes Hyperide fuerit in orando praestantior: Nonnulli etiam Demostheni Hyperidem sine contouersia praeposuerunt. Et Plutarchus autor est hunc oēs in concionando excelluisse: nonnullorum etiam sententia Demosthenem superasse. Propter quod si Hermogenes Hyperide praestantior foret: Demostheni quoque proculdubio anteponebatur. At hoc ne ipse quidem Hermogenes: si ei concederetur acciperet: sed quanta posset uoce clamaret: dic meliora. Magna certe res esset: & summa felicitas: uel mihi: uel cuius alterius uiri illius: aut Hyperidis: aut Eschinis: aut Andocidis: aut Lycurgii: aut alterius similis oratoris: satis digne iudicare oratione possemus: quauis illi nihil de arte: ex arte uero uel parum: uel nihil scriptum reliquerint. neque enim hac una re doctrina describitur: neque hoc tantum eruditionis testimonium est: sed fieri potest: ut & qui tacet doctissimus sit: & qui multa aut loquitur: aut scribit: rudis: atque indoctus. An tu existimas eos: qui nostra aetate permulta quidem sed imperite: inepteq; scripserunt: propterea magnis illis: ac sapientissimis uiris doctiores esse: quia nullum extat illo opus? Magni profecto aestimanda foret impudentia: atque temeritas: si ita esset: sed res longe aliter se habet. neque enim idcirco Hyperide: aut Demosthenes clarior sum orator: quia praecpta artis rhetoricae trado: Absit a nobis tanta temeritas: neque Platonem ignorantiae dandum est: quod disciplinae praecpta literis non mandauerit. Improbi certe & indocti: atque amētis iudiciū de maioribus nostris hoc esset. Et Demosthenem igitur & Hyperidem: & reliquos quorum nomina ueneramus: quamquam nihil de rhetorica arte conscripserint: iis tamen fatendum longe clariores oratores fuisse: qui eius artis praecpta tradiderunt. Eadem ratione Platonem quoque etiam optimas artes: ac disciplinas in libros non redegentiis tamen ut id fecerunt doctior: uel certe non indoctior esse potuit. Quod si operum Aristotelis oium ut iam aliquorum iactura fecissemus: extarentque sola opera Theophrasti: Nam hic etiam & copiosius & ornatus: quam eius praecptor Aristoteles scripsit: plerique etiam memoratu digna sumpsit ingenio addidit: non ideo praeposendum esse Aristoteli Theophrastum existimares: neque alteri: maledictis prosequeris: alteri: laudibus extolleris. Quamquam pari ratione arguere tum posses: ubi nunc de diuisione

ubi de

ubi de dialectica: ubi de rerum natura Aristotelis libri sunt: quemadmodum Theophrasti: Nec M. Tullius: qui iudicio omnium dono quodam prouidentiae genitus dicitur: in quo omnes uirtutes suas eloquentia experiret: ubi familiaribus: publicis uel negociis impeditus: rhetoricos ad Herennium non scripsisset: idcirco Quintiliano: qui multa scripsit inferior haberetur.

Non modo academicos: sed etiam peripateticos summam doctrinam Platoni tribuisse. Etiam in naturalibus magis aliquando Platoni creditur: aut peripateticis: quam Aristoteli. Platonem diuinum: Aristotelem daemoneum nuncupari. Platonem omnia sapientiae postposuisse. Ciceronis testimonia de Platone. Augustini testimonia de Platone. Quintiliani sententia de Platone. Plinii & Apulei sententiae de Platone. Graecorum de Platone testimonia. Melius esse supra modum uituperari: quam frigide laudari. Non fuisse Aristotelem tandiu auditurum Platonem: nisi continue profecisset. Aristotelis domum lectoris studiosissimi sedem a Platone appellatam. Theophrastum citra Aristotelem: Aristotelem laudandum esse citra Platonem. Caput. III.

Ed satis iam hanc partem: ut opinor refutauimus. Nunc illustrium aurore: tam graecorum: quam latinorum de Platone iudiciū in medium afferamus. Nec academicorum duntaxat: qui a Platone principe Platonicum nuncupant: sed etiam peripateticorum: hoc est eorum: qui secte Aristotelis studiosi fuerunt: quod non leue argumentum est aduersus hunc calumniatorem Platonis. Nemo quippe inter eos est: qui Platonem non probet: laudat: ad miretur: & diuinum uirum appellet: praesertim in ea parte philosophiae: quae est de rebus diuinis: in qua plus illius studii consumpsisse exploratum est. Quin etiam in rebus naturalibus: nonnulli eorum facilius aliquando Platoni: quam Aristoteli consentire uidentur. Nam in diuinis: & iis quae de primo tantum principio dicuntur: item in mathematicis: & oratoria: & moralibus disciplinis: oēs sine contouersia palmam tribuunt Platoni: eumque haud dubie sequuntur. Itaque Platonem quidem diuinum: Aristotelem uero daemoneum tam peripatetici: quam platonici uocant: quod nomen a daemoneibus sumptum est: quos M. Tullius lares: Apuleius modo lares: modo genios appellat: Fuit apud ueteres honestum hoc nomen. Quod nunc nostrae religioni infestum est: tantoque a diuini nominis superabatur: quanto res naturales diuinis inferiores habentur. Nam quoniam Aristoteles res naturales orbi lunae subiectas: in quibus daemoneum genus uersari dicebat: optime: ac diligentissime tractauerat: daemoneum uocauerunt. Platonem uero: quod de rebus diuinis omni uacatibus materia: & de primo uero: ac praecipuo ente: tam de rebus mathematicis: quae etiam omni sequestrata materia considerantur: in primis contemplantur: fuerat optimis praeterea moribus: & uirtute claruerat: pecunias: honores: uoluptates: humana oia spreuerat: animum denique corporeis uinculis absolutum: euehi ad supernas sedes uoluerat: diuinum esse dixerunt. Sed qui nam: aut quot graecorum illustres auctores huius rei testimoniū praebant: superuacuum est multis uerbis referre: Cum graecis quidem id notissimum sit: latini autem: quibus haec scribimus: uel hinc intelligere facile possint: quod hic Platonis calumniator: inuidia inquit: suos hoc est graecos motos esse: ut Platonem Aristoteli praerent: & laude digniorem existimarent. Ceterum ex latinis audiant duo illa clarissima lumina. M. Tullium Ciceronem: & Aurelium Augustinum: quorum alter gentilis: alter in nostra religione sanctissimus fuit: & quid isti de Platone praedicent: quantam illi doctrinam: quos mores: quam uitae probitatem tribuant: quomodo hunc unum praerant omnibus: animaduertant: Non illi Platonem reprehendunt: cum Aristotelem laudant: ut aduersarius facit: quasi laudari unus non possit: nisi alter accusetur: sed utrumque pro meritis extollunt: & alterum magis: alterum minus commendant: uituperant neminem: itaque M. Tullius Platonem alibi philosophorum deum: alibi illum Homerum appellat. Et alio loco: omnes inquit: qui unquam fuerunt magno intervallo excelluit Plato: Item harum disputationum inuentor: & principi longe omnium in dicendo grauissimo: & eloquentissimo Platoni: Et rursus hoc maxime admirabar Platonem: quod in orationibus irridēdis esse ipse orator summus uidebatur. Tum si Iupiter inquit: lingua humana uti uoluisset: non aliter quam Plato ipse loqueretur. Quid quod Aristotelem laudans: cum ingenio cunctos illum superasse dixisset: addidit: Platonem semper excipio. Atqui diuinus uir Augustinus eadem: quae Cicero: & iisdem fere uerbis: multis in locis de Platone commemorat: Merito inquit: Cicero deum inter philosophos Platonem uocat: qui cunctos philosophos

b iiii

& ingenio: & sapientia superauit. Et alibi qui cum esset atheniensis honesto apud eos loco situs: ingenioq; mirabili: longe suos condiscipulos præiret: operæ pretium tamen esse putans: si philosophicis disciplinis excelleret: idq; sibi sufficere: seipsum simul & socraticâ disciplinâ deferens uersus omnem oram: cuius famâ alicuius nobilis scientiæ percipiendæ eum comprehendi debet: quâlonge lateq; potuit profectus perrexit. Item alio in loco. Nō sine ratione platonicos elegi philosophos: quibus cum disputarem: cū ipse Plato: & de ultimo hominis fine: & de diuina natura melius ceteris philosophis dixerit: ad hæc ex sententia Labeonis semideum Platonem appellat: deo quidē inferiorem: sed homine superiorem. Et rursus Aristoteles inquit: Platonis auditor summo ingenio fuit: sapientia tamen Platone inferior. Quid ego nunc Quintilianum cōmemorem? cuius uerba hæc sunt. Philosophos quis dubitet Platonem esse præcipuū: sicut acumine differendi: siue eloquendi facultate diuina quadâ & homerica. Multum enim supra profam orationē: & quam græci pedestrē uocant surgit: ut mihi non hominis ingenio: sed quodam delphico uideatur oraculo instinctus. Quid Plinium: quid Apuleium adducam? qui multis in locis non modo uitam & mores: & sapientiâ Platonis laudant: extollunt: admirantur: sed etiam plenam illâ orationem similem niuib; hibernis: crebram: assiduâ: largam: postremo diuinam atq; cœlestem? Multa sane in hunc modum apud philosophos: tum apud ceteros latinæ linguæ ueteres auctores reperiuntur. Ex quibus constat: quale latinorū de Platone iudiciū fuerit. Quid autē græci senserint in primis ab ipso Aristotele licet intelligere. Hic cum in problematibus quæretur: hic, qui i philosophia: uel poetica: uel liberalibus disciplinis: uel etiâ reipub. administratione claruerit: melancholici fuerint: postquâ enumeratis plerisq; antiquis ad iuniorum res descendit: Empedoclis: & Platonis: & Socratis exemplo usus est. Quin etiam præclarâ orationem de laudibus Platonis conscripsit: (ut Olympiodorus refert.) Et in elegiis ad Eudemū: hæc de Platone cecinit.

Cecropis ad claus uenerat usq; domos
Dulcis amicitia: mox illi condidit aram
Quem laudare nefas ora profana foret.
Qui solus uita: doctrina moribus ore
Admonuit cunctos: & monumenta dedit:
Ut uirtute quæant felicem ducere uitam.
Nulla ferent talem secla futura uirum.

Demosthenes uero: qui Platonis discipulus fuit: scribens ad Heracleodorum quendam condiscipulum suum: atq; eum reprehendens: q; postquâ Platonem audierat: negligere bonas artes: & uitam parum honeste duceret. Nōne, inquit, erubescis ea negligere: quæ a Platone accepisti? Idem cū Antipatrum fugeret: Archia blandis uerbis se ei uitâ seruaturum pollicenti: abiit: inquit, ut uiuere turpiter malim: q; honeste mori: Postquâ Xenocratem: & Platonem de immortalitate animi discerentes audiuit. Philiscus quoq; Lycurgi oratoris uitam describens: Magnus uir, inquit, fuit Lycurgus: multa q; sunt ab eo gesta præclare: quæ facere nemo potuisset: qui nō fuisset Platonis auditor. Hæc sunt quæ de Platone tanti tamq; excellentes uiri sensere. At notus hic reprehensor: pueri quidem: qui uix prima elementa degustarit doctorem existimat Platonē fuisse: & tamen Aristotelis gloriam augete se putat: comparans eū homini: ut ipse opinat natus: atq; idocto. Enim uero nimia calūniandi audacitate obsecutus: qd dicat nō animaduertit: nec intelligit scripta suam uerisimilia qdem esse: nec aliquo modo sibi cōstare. Quippe Socratem Lenonem: Aristidē iniquum facit. Tot præterea tam temere: inepte: inconstanter: absq; ullo ordine maledicta profert: ut quodâ quasi morbo improbitatis euomere oia uideatur: Instat eorū qui aduersa ualetudine laborantes: nihil cibi stomacho retinent. Verum dignus certe est: cui ob hanc unâ rem gratias agamus: si qdem tam importunam atq; audacem: & proterua lingua in Platonem inuectus est: ut manifestum oibus fecerit: se nō aliquo iudicio recto: sed temerario quodâ impetu in tantâ uerborum obscenitate prorupisse. Præstat enim (ut Favorinus inquit) grauius & supra modū uituperari: q; exigue frigideq; laudari: quoniam, qui maledicit & uituperat: quanto id acerbius facit: tanto magis se iniquum: inimicumq; ostendit: & propterea non meretur fidem: sed qui ieiunet: atq; exigue laudat: amicus qdem uidetur esse eius: quem laudat: sed a causa desitit: & nihil quod uere laudari possit inuenire: Atqui si Aristotelē, ut certe dignū est: laudemus: atq; admiremur: non propterea Platonis gloriæ aliquid detrahimus: immo si recte iudicetur: eam potius augemus. Quâuis enim agenda: Aristoteli gratia sint: pro tot operum beneficiis: quæ nobis: & posteritati reliquit: non minores tamen agenda: sunt Platonis: qui ut id præstare Aristoteles posset: effecit. Scilicet ille talē nobis Aristotelem reddidit: ille ingenium eius coluit: ille eum oibus disciplinis orauit: illo uno præceptore usus est Aristoteles:

lesillum non quinquennio: aut decennio: sed uiginti cōtinuis annis audiuit: Nam qui semen (ut Demosthenes ait) terra cōmittit: causa est: ut fruges oriantur. Quomodo autē potuisset Aristoteles præstantis uir ingenii tot annos Platonem audire: nisi fructū se percipere maximū ex Platonis doctrina sensisset? Nisi Platonis scientiâ probandam: expectandamq; duxisset? Etenim hoc ne aduersarius quidem negare ausit Aristotelem cum medio spacio Platonem audire: melius q; ego: q; ipse: q; ceteri oēs potuisse de Platonis scientiâ iudicare: non literis quibsdā inanitatibus: ut nos facimus: sed uoce ipsius Platonis uiuere: & presentis. Nec tamē desitit ab inceptis: nec spreto Platone: tanq; rudi & indocto, scholam eius deseruit: sed perseuerauit audiendo eum: & doctrinâ eius admirando: quâ tu cōtemnis: atq; irrides homo potius ab aliis irridendus. Aristoteles igit, & si talis erat: ut domū eius studiosissimi lectoris sedem Plato appellaret: Et cū aliquâdo eum cū Xenocrate conferret: hunc quidē calcaribus: illū uero freno diceret indigere: Tāto erat ingenii acumine peditus: tamen uiginti integris annis Platonē audiuit: eoq; uno præceptore usus est: præterea q; Socratē triennio admodū adolescens audierat: anteq; se ad Platonis gymnasium cōferret: Neq; dici potest propterea tantū temporis Aristotelē in audiendo Platone cōsumpsisse: q; ea tempestate sine libris doceri mos erat: cū e contrario experiamur maiori facilitate: quâuis artem sine libris: q; cum libris percipi posse. Multa sūt enim: quæ cū libris magno studio: ac labore quaeramus: aut nunq; aut uix tandem iuenimus: At præceptoris uoce celeritate: apertissimeq; accipimus: Natura etiâ ita comparatū est: ut quæ sine scriptis audimus: continue memoriæ cōmendemus: eamq; ne forte obliuio subrepatis: si diu meditatioe exerceamus: Maiorq; fiat in hunc modum breui tempore profectus: q; si in diem ut sit distulerimus: sperâdo posse cum libuerit ea: quæ in libris seruantur: repetere: Itaq; tanta in audiendo mora nō librorum inopia significat: sed doctrinæ magnitudinem: quam nisi longo temporis interuallo assequi non licebat. Hæc igitur non ignorantia Platonis: sed singularis doctrinæ: ac sapientiæ argumenta sunt: modo æqui sint iudices: nec instar aduersari sine ratione huc, atq; illuc: prout ictu animi libido ferantur. Ergo laudandus est Theophrastus: qui multo plura: nec deterioratq; eius præceptor Aristoteles scripsit: sed magis laudandus Aristoteles: etiâ si nulli eius libri extarent: modo constet eum Theophrasti præceptorem fuisse: Maxime autem oium laudandus: admirandusq; Plato: magnus Aristotelis præceptor: & doctrinæ illius parens: quâdo etiam nullum disciplinarum eius uestigium superesset: quoniam Platoni iure optimo tribui debent: quæ Aristoteles scripsit: Siquidem ut ita Aristoteles scriberet: ille autor fuit.

Platonem ex dialogis suis omnem doctrinam: eruditionemq; exprimere.
Quam rhetoricæ artis doctus fuerit Plato.
Qui fuerint ante Platonem rhetoricæ artis scriptores.
Qui oratores Platonis discipuli fuerint.
Quod partes orationis non sint præcipue ad persuadendum: sed adiutrices.
Quid præcipuum sit ad bene dicendum.
Qua in re Aristoteles rhetoricis præceptis excelluerit.
Phædrus Platonis pars ex græco traducta: in qua excellentissima rhetoricæ artis præcepta tradunt.
Inter Platonis: atq; Aristotelis traditionem de arte rhetorica magnum esse discrimen.
Non esse reprehendendâ: uel prolixitatem: uel breuitatem orationis: quæ ratione non careat.
Peripateticorum necessario prolixas esse disputationes.
De artificio mirabili Platonice orationis.
Aristotelem: quæ didicit a Platone latius tradidisse.
Quare in dicendo semper sui similis fuerit Plato.
Quid potissimum attineat ad uetum philosophum.
Qualis sit philosophorum oratio.
Quid de Platonis oratione clari uiri senserint.
De modo dicendi Aristotelis.
Quare Aristoteles aliquando obscurior uideatur.
Quibus in libris eloquentior sit Plato.
Ciceronis & Aristidis de Platonis eloquentia testimonia.
Aristotelis sententiâ nobilissimum genus rhetoricæ cum dialectica conuerti.
Qui non profecerit in philosophiæ: recte loqui non posse.
In genere demonstratio orationem platonice excellentissimam esse.
Quid proprium sit orationis perfectissimæ.
De tribus dicendi generibus sublimi: tenui: & moderato. Caput. III.

Is itaq; hunc in modū expositis: superest: ut ex paucissimis Platonis operibus: in quibus discretētem Socrate facit: praeipue quidem de moribus: de quibus disputare Socrates frequentissime solebat. Interdū etiam de ceteris disciplinis: quae excellens in omni doctrinae genere Plato fuerit: ostendamus: quod quae breuius potero: & licebit expediri. Sed de grammaticae disciplina: neque aduersarius contendit: neque nos plura dicere est necesse. Vnus enim sermo illius: qui Cratillus inscribitur: Satis superque est ad exprimentū: qualis Plato grammaticus fuerit. In quo longe melius: quae Prodicus de significationibus: ac diuisionibus nominū inuestigauit: & quae admodum res ratione naturae suae notari deberent: edocuit. At qui ad uersarius ipse nolens fortasse atque inuitus hoc idē probat. Nam cū oratum: atque elegantiam orationis tribuat Platoni: iisq; oēs: qui unquā fuerunt: aut sunt: aut in posterum erunt scriptores: longo post se intervallo reliquissē fateatur: Profecto necesse est: ut & delectum uocabulo: cōcedat: & structurā orationis: & eorum: quae a poetis: ac ceteris scriptoribus dicuntur usum: atque eruditionem. Nec pauca certe huiusmodi uidere apud Platone licet: quae partim inserit: partim elegantissime exponit. Nam formas: modos: figuras: quibus ambitus orationis perficitur: cuius rei cura in primis ad grammaticos pertinet: si dixerō Platone tenuisse: ridiculū uideatur. Quod uero artis rhetoricae ignas: hunc fuisse aduersarius scribit: an ita sit uideamus. Nunquā Platonem de rhetoricae disciplina: aut eius aliqua parte locutū asserit: & genus dicendi: quo usus fuit simplex esse: & natura potius: quā arte contextū. Enim uero noluisse Platone de arte dicendi cōmuni more perferbere: quāuis posset: iam supra diximus: & neminem hoc praeter aduersarium latet. Iam enim & Gorgias: & Thissias: & Antiphon: atque etiā Lyfias: & Isocrates: (ut Plutarchus inuitis decem oratorum refert) praecipuae rhetoricae artis ediderunt: quos imitari & suo pte ingenio plerq; addere: facile potuissent: sed id neglexit: oratorum tamē praceptor diligentissimus fuit: & id munus: ut philosophū decebat: exercuit. Isaeus: Eschines: Demosthenes: Lycurgus: Hyperides: excellentissimi oratores (Plutarcho teste) discipuli Platonis fuerunt: & doctrina eius ad orandum plurimū profecere: quemadmodum ipse: nō ceteri illius aetatis praecipuos docere soliti erant. Quae si qua etiā praecipua uere oratoriae facultatis ex Platonis libris haurire cupimus: mouissimam eius dialogi partē legamus: qui Phaedrus inscribitur. quo loco breuiter de his: quae in oratoria maxima: ac praecipua sunt: explicatur. Haec enī sunt: quae benedicendi facultate perficiunt: & quae si dempseris: nihil aliud erit: quā uerus expertus rationis: quemadmodū in Gorgia: quae aduersarius reprehendit: latius improbat. Quod enim maxime persuasionem inducit: quā constat finem esse rhetoricae: non exordium: non narratio: non diuissio: nō argumentatio: nō repetitio: non peroratio: nō exornatio: non elocutio: nō sunt haec in oratoria arte praecipua: nō his acquiritur ille finis: ut apte ad persuasionē dicatur: nec ista summus uir Plato ignorauit. Siquidē multo etiam indoctiores haec sciunt: sed iuuant ista sane cū recte disponuntur. Parū tamen asserunt utilitatis: nisi ea adfuerint: quae praecipua sunt ad benedicendū: & quae persuadere maxime possunt. Haec autē sunt similitudines: res: ac dissimilitudines recte cognoscere: nusquā in his oratorum: quod peracuti ingenii est. Res bonarum: honestarum: uerarum naturā nosse: & his accommodare rationem: quae sequitur: quae accelerime animaduertamus: ad quod genus referatur: quod dictum sumus: neque eius definitionē ignoremus: multa in unū recte colligere: unum in plura diuidere possumus: & quae oratio: quibus auditoribus conueniat: aut nō conueniat: intelligamus. Haec sunt: quae in primis uerū oratorem constituunt. Haec tanq; summarum: atque praecipua capita eius disciplinae tradita sunt: ab Aristotele in libris: quos de arte rhetorica scripsit. Quibus lōge ceteros: qui ante eum scripserant: antecessit. Cū enim & auditores: & res quoad eius fieri poterat: diuisisset: quibusq; & de quibus suaderetur: qui hominum mores essent: quae cuiq; persuadendi rationes accommodarentur: diffusius explicasset: tum praecipit: ut uarie ageretur: & alia aliis auditoribus: rebusq; orationes adhiberētur. Quapropter laudatur passim ab oibus: non alios in hoc rhetores: sed solum Platone secutus. Siquidem procerio: quoque artificium improbat: quasi fraudem quādam orationis & iudicū corruptelam. Quae igitur ab Aristotele pluribus uerbis explicata sunt: in his praesertim rhetoricae partibus: in quibus maxime ab oibus probatur: Vide obiecto quā breuiter simul & perfecte Plato in eo: quae supra diximus sermone tradiderit. Socrates. His ne in rebus error euenit: inter quas multū interest: an in his inter quas parū? Phaedrus. In his certe inter quas parū. So. At paulatim progrediens potius in contrariū deueniens: quā summam. Ph. Ita est. So. Oportet igitur eum: qui deceptus est aliū: & minime ipse decipi uelit: nosse similitudinē rerum: ac dissimilitudinē. Ph. Profecto. So. An igitur: qui rei ueritatem ignorat similitudinē eius: uel parū: uel magnā dignoscere in ceteris poterit? Ph. Minime. Socrates. Ergo qui praeter ueritatem aliquid opinantes falluntur: eos per similitudinē aliquam ad hunc labi errorem perspicuum est. Phaedrus. Quid ni. Socrates. Nunquid

igitur ante quispiam poterit uel transferre aliquem uel paulatim per similitudinē a ueritate: in contrariumq; deducere: uel ipse deuitare: in uel non: quid quae res sit? Phaedrus. Nunquam. Socrates. Ergo dicendi artem o amice ridiculam quandam rem & rationis expertem exercet: qui ueritatem ignorat: & opinionibus ducitur. Et paulo post. Socrates. Qui igitur artem orandi exercere statuerit: primum haec recte debet dinidere: atque animo concipere formulam quandam indicem utriusq; generis: in quo falli: & non falli multitudinem necesse sit. Phaedrus. Perpulchram certe o Socrates is formulam concipiet: qui id negliget. Socrates. Tum tibi reor: ubi ad singula uenit: ne quid lateat eum oportet: sed quod dicturus est: quae accelerime animaduertat ad utrumq; genus referatur. Et paulo post. Socrates. Equidem cetera quasi per ludum acta iam a nobis fateor. Sed duorum quae diximus generum si quis arte comprehendere ualeat: profecto pulcherrimū sit. Phaedrus. Quorum inquis? Socrates. Ad unam speciem respiciendo colligere: quae uarie sunt dispersa: & quodlibet de quocumq; dicere uelis: definitionē declarare. Quemadmodum de amore quid sit modo a nobis definitum fuit: siue bene: siue male: Tamen certum illud sibiq; cōsentiens ob eam rem ita statuendum censuimus. Phaedrus. Alteram uero genus: quod nā est o Socrates? Socrates. Ut rursus per singula possis quasi articulatum feceris: quae suapte natura constant: nec membrum frangere ullū initar incepti coqui. Sed ut modo utraq; pars disputationis nostrae demet: unam quandam communem sibi speciem accepit: quam digerendo uenit ad propriam: nam ut ex eodem corpore partes duplices eiusdem nominis dependent: quarum dextrae altera: sinistrae uero cantur: sic demetiae genus: tanquā unam speciem pars disputationis nostrae utraq; existimauit: quippe altera partem secans: sinistra: & resecans: non ante destitit: quā uisiosum quandam amorem competerit: quem maledictis optimo iure insectata est: altera uero cum nos in dextram suorum partem deduxisset: nomine quidem eodem: sed diuinum quandam amorem reperit: quae tanquam rem summā bonarum causam laudauit. Phaedrus. Verissima loqueris. Socrates. Haec ego mi Phaedre diuisionum: collectionumq; semper cupidissimus fui: quo recte loqui possem: atque intelligere. Quin etiam: si quando aliquem sua natura arbitror ad unum & plura posse respicere: huius libens uestigia: tanq; diui cuiusdam sequor: atque eos: qui id agere possunt: recte ne an non appellem deus scit. soleo tamen adhuc dialecticos appellare. Sed nūc eos: qui ex te: & Lyfia didicerunt: dicas: uel mihi: quo nam appellare nomine oporteat. Hoc ne illud est: ars & facultas dicendi: cuius usu Trasimachus: atque alii pleriq; & docti ipsi euaserunt: & alios doctos faciunt: qui dona eis ferre tanq; regibus sustinent. Sint sane uiri isti regis: certe indocti sunt eorum rerum: de quibus rogas. Sed hoc genus si dialecticū uoces: recte meo iudicio uideberis nominare. Rhetoricum autem illud adhuc nos fugere mihi uidetur. Phaedrus. Quemadmodum inquis? Socrates. Nam res ulla grauis: honestaq; esse potest: quae his quae modo diximus uacet: & tamen arte accipiatur? Profecto non est id aut tibi: aut mihi contemnendum: sed dicendum: quid nam sit reliquū illud oratoriae facultatis. Phaedrus. Per multa quidē o Socrates sunt: haec scilicet: quae in libris de arte dicendi continentur. Socrates. Perpulchrae mihi in memoriam reuocasti. Exordium ut opinor: primum est: quod orationis idoneum principium sit: hoc ne dicis esse illum artis splendorem? Phaedrus. Ita. Socrates. Secundam narrationem: quam mox testimonia sequantur: tertiam argumenta: quartū probabilia: tum quam probationem: & approbationem appellat egregius eloquentiae Antistes Byzantius ille uir. Phaedrus. Theodorum ne optimum uirum dicis? Socrates. Profecto. Coargutionem item & redargutionem: tum in accusando: tum etiam in defendendo. Atqui praestantem uirum Euenum Patium quam obrem in medium non adducimus: qui primus sub declarationem inuenit: & sociam laudationem. Sunt: qui eam sociam quoque uituperationem carmine cecinisse dicant memoriae gratia. Phaedrus. Docti uiri officium exercuit. Socrates. Tisiam uero & Gorgiam ueluti ociosos sinemus: qui probabilia ueris antepone da esse duxerunt: quiq; dicēdi uiri fieri dixerunt: quae parua sunt magna: & quae magna parua uideantur: & noua etiam uetusta: & uetusta noua. Ad haec breuitate dicendi: & nimia prolixitate de quibuscumq; rebus inuenerunt: quae cū Prodicus me referente aliquando audiisset: subrisit: & se unum inuenisse dixit modū dicendū: quae essent neque prolixae: neque breuis oratio: sit: sed me diocris. Phaedrus. Sapientissime ille quidem. Socrates. Nec certe Hippas silentio praetereundus est: cuius sententiam hospes eius Elenus: ut ego existimo: comprobauit. Phaedrus. Nequaquam. Socrates. Poli autem scholam quibus uerbis digne profecuemur: qui replicationem: & sententiam: & similitudinem inuenit: & lycimnea nomina: quae Lycimno amico dono dedit ad elegantiorē carminis compositionem. Phaedrus. Protagora uero illa o Socrates nomina huiusmodi fuerunt. Socrates. Rectitudines quaedam uer-

bonum illa fuere o adolefcens: atq; alia: & multa: & pulchra. Sed commiferationis: ac deprecationis artibus ad fenectutem: siue paupertatem accomodatis plurimum mihi ualuisse uidetur Chalcedonenfis: qui & inflammare ad iram animos: & sedare mulcendos: ut ille dicere solebat carminibus suis plurimum potuit. calumnias etiam & moliri: & tollere: quoties oporteret edocuit. De fine uero orationis conuenit inter omnes: quem alii repetitionem: alii alio modo appellat. Phædrus. Redigere ne summam in auditorum memoriâ singula dicta extrema oratione dicis? Socrates. Hoc dico. Phædrus. Et siquid præterea habes quod de arte exponas cupio audire. Et rursus Phædrus. Sed ars ueri oratoris: & ad persuadendum idonei unde: aut quo pacto acquiri potest? Socrates. Fieri quidem posse: ut potestas certam di absolute acquiratur consentaneum est: & fortasse necessarium ita hoc essent cætera: Sed si ita contigerit: ut dotæ ipsius naturæ ad dicendum idoneus sis: et ades profecto in clarum oratoris: si doctrinam: exercitacionemq; addideris: q; si quo ex his carueris: eodem te imperfectum esse necesse erit. Quantum autem eius rei artem attingit: non qua Lysias & Tasmachus ducunt: hæc uia meo iudicio icedit. Phædrus. At qua nam uia? Socrates. Pericles omnium oratorum perfectissimus fuisse iure optimo uidetur o Phædre. Phædrus. Quo pacto? Socrates. Omnes excellentiores artes: tum ratione differendi: tum cognitione rerum naturalium egent. Hinc enim trahi posse uidetur illa excellētia rationis: & perfecta rerum omnium cognitio: qua Pericles ingenium suum excoluit. Cum enim se ad Anaxagoram uirum doctissimum contulisset: naturalium rerum rationes abunde sibi hausit: naturamq; mentis: atq; demeritæ perceptit: de quibus disputare plurimum Anaxagoras solebat: unde ad artem dicendi trahere quantum ei commodum foret facile potuit. Phædrus. Quomodo hoc dicis? Socrates. Ea dem artis medicinæ: quæ rhetoricæ ratio est. Phædrus. Quo pacto? Socrates. Vtraque arte naturâ diuidi oportet: corporis altera: altera animi: si uelis non usu duntaxat: & experientis: sed etiam artis ratione: medicamentis: cibisq; adhibitis ualitudinem: & uires addere corpori. Oratione autem & officio debito uirtutem: & quam placuerit persuasionem animo mandare. Phædrus. Consentaneum esse uidetur o Socrates. Socrates. Animi itaq; naturam ut digne intelligas: putas ne fieri posse sine totius naturæ? Phædrus. Ego uero ne corporis quidem sine uia ista: & ratione: modo Hippocrati adhibenda fides sit. Socrates. Recte quidem Hippocrates: sed an ratio cum eo consentiat perscrutandum. Phædrus. Assentior. Socrates. De natura igitur quid nam & Hippocrates: & uera ratio dicat: parumper cogita. Nonne ita de natura cuiuscunq; rei aduertendum est? Primo utrum simplex: an multiplex sit: id cuius artē & ipsi tenere cupimus: & alios artifices facere. Tum si simplex est uis eius: confiderari debet: quæ nam ad agendum: patiendum ue sit: & si pluribus speciebus constat: quod in uno: idem in singulis inspicendum: quod ipsum afficeret: aut affici possit. Phædrus. Agendum ita uidetur o Socrates: & quidem doctrinâ: quæ uis priuata sit: gressu hominis cæci q; simillimâ arbitror. Socrates. At uero: qui arte quicquam exercet: nō cæco: aut surdo similis est: sed patet ut siquis arte cuiq; asserat orationem: naturâ eius diligenter explicare debet: cui asserit: id uero uis est. Phædrus. Quid ni? Socrates. Ergo res ois eo tendit: ut persuasionē in animo facere conemur: ita ne? Phædrus. Ita est. Socrates. Constat igitur: ut siue Tasmachus: siue quis alius artē dicendi tradere uelit: primū scribere diligenter debeat: atq; efficere: ut perspicui animus possit: utrum unum: ac simile sit: an pro corporis forma multiplex habeatur. Hoc est enim quod dicimus naturâ ostendere. Phædrus. Prorsus. Socrates. Mox id explicare quo quid afficeret: uel affici possit. Phædrus. Quid ni? Socrates. Tum tertio loco: cum genera dicendi: & aiorum affectus digesserit: exponere causas omnes accomodando singula singulis: docedo: & quis animus: quibus rationibus: quam ob causam: aut persuadetur: aut non persuadetur. Phædrus. Pulcherrime sic ageretur. Socrates. Aliter nunquam faretur hæc res: aut ulla alia uel scribi: uel dici posset. At qui nunc de arte dicendi scribunt: quos tu audiuisti: callidi admodum: uersutiq; sunt: Quamobrem cum pulcherrime docere de animo sciant: nescire dissimulant: & ultro bona sua occultant. Verum nisi ita dicant & scribant: nos arte quicquam ab his scribi: nequaquam credere debemus. Phædrus. Quis nā iste est modus? Socrates. Equidem uerba ipsa: & nomina rerum haud facile dixerim. Sed quomodo scribere debeat: qui artifex est: quantum in me erit exponam. Phædrus. Perge. Socrates. Cum ipsa dicendi facultas moderatio animi sit: quot sint animorum genera scire eum necesse est: qui in dicendo proficere uelit. Sunt autem tot & tot: & talia: aut talia. Vnde sit: ut hominum alii tales: tales alii habeantur. Iis itaq; sic definitis genera quoq; dicendi: totæ tot: & unumquodq; tale statui oportet. Tales igitur homines: tali genere dicendi: ob hanc causam ad rem talem facile tibi obtemperant: qui autem talem ob causam: difficile. Hæc cum satis quispiam in-

Jo. Be
Mant

tellegerit: mox in agendo percipere cum geruntur: & arguto sensus iudicio posse assequi. licet uel existimare se non dum plus scire: quantum acceperit: cum a præceptore docebatur. Cū uero quibus quis pateat non sit: & presentem possit agnoscere: sibiq; ostendere hunc esse: & hanc esse illam naturam: de qua tum sermo habeatur: ideoq; tunc ei præsentem dandam operam esse: & asserendam hanc: ad hunc modum orationem: cum inquam hæc omnia fuerit assecutus: additis etiam dicendi: acedens: & breuitatis: & commiserationis: & amplificationis: & omnium deniq; quæ didicerit generum dicendi opportunitate plene: atq; perfecte cognitæ: huic ars cognita iam est. prius autem minime: sed quocunq; ex his caruerit aliquis: cum aut orat aut docet: aut scribit: & tamen agere se ex arte dicat: huic qui non crediderit: rectius iudicabit.

Iis uerbis Plato præcipuam artis rhetoricæ partem breuiter explicauit: quæ Aristoteles: uix longa oratione potuit expedire. Ex quo palam sit: an aduersarius Platoni iure obiciat loquacitatem: cum tam paucis complexus omnia fuerit: quæ Aristoteles diu scribendo laborauit. Notat hic omniam maxime & tempus: & modum orationis. Longior est interdum: cum in dialogis aliqua se proponit: non nisi pluribus cogi potest: qui respondet assentire: Interim uero quæ breuissimus est: dum rem aliquam definiti oportet: & sciētia: ut ita dicā: puncto complecti. Quippe ne Aristoteles quidem reprehendendus est: q; prolixius artē tractant: dum particulatim de iis differunt: quæ & nō dum scripta habebantur: & cognita erant necessaria. Habet suū unūquodq; genus dicendi modū: atq; is aptissime agit: quod longior: modo breuior est: pro re: & tēporum ue ratione. Demosthenis quidem apud græcos: apud latinos uero Ciceronis ea oratio optima fertur esse: quæ maxima: & certe: ut alia bona res: ita bonus liber melior quisq; est: quo maior. Breuitas itaq; eatenus culta: diuina est: quatenus causa permittit. Alioquin peruariatio esset: transire dicenda: uel curam & breuiter attingere: quæ inculcanda essent: & repetenda. Num siquis etiam peripateticorum: quod facere hac tempestate disputantes consueuerunt: cum re alia qua proposita syllogismum protulerit: ad eum: qui uel primū: uel secundæ propositionis concluderet: responderet: q; alius syllogismis: tum propositū suū tueri: tum aduersarij rationes soluere uoluerit: idq; tandiu fecerit: quoad soluendi: obiciendiq; facultas deturnō modo: non breuior: sed multo longior: q; apud Platōnem sit: disputatio protrahetur? Neq; tamen perfici propositum poterit: nouis semper obiectionibus adductis: siquidem externæ orationi: instantiam semper asserri posse: aut erit Aristoteles. Atqui Plato cum primū aduersarium coegit: omnibus: quæ proposita fuerant assentienti: quod pluribus uerbis fieri necessarium est: tum asserit conclusionem: sed qua ut dicendi: quo splendore uerborum: qua sententiarum copia: qua demonstrandi: probandi: ue ratione: siue a natura ducat argumētum: siue a notione communi: siue ab exemplo: quo etiam multitudinem capiat: & doctos teneat: atq; indoctos: Nec ullam orationis ambiguitatem relinquit. Quantum etiam fructum: usumq; rerum commodissimarum auditoribus præbet? Quid eloquentiam eius: & dicendi copiam memorem? quam te non pudet loquacitatem appellare? Nullum profecto in eius sermone uerbum est: quod nō magnum aliquid significet: & plurimum præster utilitatis. Quod si rhetoricæ finis persuasio est: hæc autem quomodo optime fiat Plato tradidit: Vtq; Aristoteles: quæ a se didicerat: conscribere posset: aut fuit: quo iure inuelli in eum potes: tanquam oratoris artis ignatum? Fuerunt fortasse nonnulli: qui cum aliis quomodo persuaderi posset: præcepissent: id tamen ipsi præstare nequaquam potuerunt. Sed Plato & præcepit optime: & quæ præceperat egit egregie: Cōuenit sane inter omnes: solo contra dicente aduersario: neminem in persuadendo Platone præstantiorem fuisse. Neminem tam apte distinxit: orate: copioseq; dixisse: quis machinas Platonicæ orationis euadere potest? quis eius artificio resistere: quominus uictus: prostratusq; discedat? Corruunt aduersarij: quasi uertigine capitis: & oculorum caligine capiti obmutescunt: atq; ut Menon ait: quasi quodam stupore obtorpescent: Protagoras: Hippas: Prodicus: Gorgias: Polus: Menon: Eutiphon: & quicunq; alii: cum Platone decertant: multum diuq; dilapsi: & sibi partem constantes: ac pugnantia dicentes: demum inaudita quadam dicendi uis superati confertunt. Vnus inquit: aduersarius idemq; semper est Platōnis: stilus: ubiq; sui similis: natura factus nō arte. Fateor: philosophus enim Plato erat: & philosophiæ uetus ubiq; professor: siue de rebus diuinis: & a materia separatis: siue de rebus naturalibus: siue de moribus: siue de religione: aut de republica: aut de differendi: orandi ue facultate: aut de alia quacunq; re agat: morem philosophi seruat: & ab eius officio nunquam discedit. De omni materia ita tractat: ut ueritatem cuiusq; rei: essentiam: honestatem: inuestiget: ac contempletur. Hoc enim præcipuum philosophantis munus est: in dagatio: atq; inuentio ueritatis. Hæc uera philosophia est. Huius rei amator: ac studio philosophi nomen inuentum est. Huius ubiq; Plato studiosus: atq; audis indagator fuit. Huius limites seruauit: ut debuit: cum de rebus diuinis: humanisq; differeret. Quod ab

Aristotele quoque Platonis discipulo accuratissime seruatū est. Sed aduersarius nō minus Aristotelis characteremque Platonis ignorat. Hoc igitur damnat: quod simili modo de rebus similibus Plato scripserit. At ille hoc ipsum optateadem semper de eisdem rebus dicere posse: Ergo etiam de similibus simili modo: & non modo hoc modo illud: de eadem re opinari. Simplex enim ueritatis ratio: atque oratio est. Nec fieri potest: ut dum uarie quis de eadem re opinatur: & dicit: Non falsa etiam: & sibi inuicem repugnantia sentiat: Sed Plato ueram ubique rerum rationem: & genus: modumque dicendi aptum secutus: nihil sibi dissimile: aut diuersum contingere passus est. Neque uero aduersarius negabit simile dicendi genus similibus rebus debere: cum uariis dicat uarium esse tribuendum. Ita enim natura comparatum est: ut si uariū uariis tribuitur: idem quoque eisdem uideatur tribui oportere. Quod si Plato quantum in unaquaque re esset ueritatis: ut philosophū decebat: inuestigauit: atque disseruit: constat nō fucato quodā dicendi genere uti eum debuisse: non lasciuo: pumicato: populari: superbo: theatri: sed graui: modesto: honesto: aequali: leni: quieto: dilucido: cū dignitate: & ornamentis cōuenientibus ueritatis: ac studio philosophiæ: quæ certe nemo unquam Platone perfectius est affectus: quo cum nemo unquam oratione cōtendere ausus fuit. Probat hoc ut ceteros omittā. M. Tullius uir doctrina & eloquentia insignis: Mollis est: inquit oratio philosophos: & umbratilis: nec sententiis: nec uerbis instructa popularibus: nec iuncta numeris: sed soluta liberius: nihil atrociter: nihil mutabile: nihil astutum: casta: uerecūda: uirgo incorrupta quodāmodo. Itaque sermo: potiusque oratio dicitur. Uere aduersarius: an hæc ad laudem Platonis ascribi debeant ignatis: sermonem eius iudicat naturali pulchritudine: non arte: aut studio: aut cultu aliquo comparatum. Quod tamen ipse naturale appellat. Marcus Tullius clarissimis uerborum suorum luminibus philosophis tribuit. Simplex enim: uniformis: genus dicendi potius a natura: quam ab arte proficisci: cōtra autem: uarium: & pro rerum discrimine se immutans arte nō natura institutum aduersarius significat. Tamen multi quoque Platonis æquales: uiri singulati doctrina præditi: diuinū Platonicæ orationis ornatum admirantes: non naturalem: sed arte: studioque acquisitum dixerunt: adeoque & delectum uerborum: & rationem compositionis illi curæ fuissent sapenūmero eadē scripta mutari: atque rescripserit demptis aliis: aliis additis: ut peccate a se scripta diceretur. Cuius rei argumētum est: quod post eius mortem: exordium librorum: quos de republica scripserat: tero scriptum in certis inuentum esse Diogenes Laertius refert. Cui procal dubio plus fidei adhiberi: quam aduersario debet. Quod si isito quodā naturæ beneficio ita Plato locutus est: ut nemo unquam: uel summo adhibito studio attingere eloquentiam eius potuerit: quod certe aduersarius fatetur: cur diuino illum ingenio fuisse non iure existimemus? Si uero arte: studio: uigilantia eo processit: quo nemo adhuc potuit peruenire: quis rursus tantam ingenii uim non admiretur: qua mortales ceteri in dicendo facile superant? Sed parum hæc uidet aduersarius. Aristotele uero uario stilo usum fuisse scribit: quod plane falsum est. etsi uerum esset: nihil laudis: aut gloriæ afferret Aristoteli. Siquidem is quoque eodem ubique dicendi genere usus est: rebus: de quibus tractauit: accommodato: quamquam interdum apertior est: interdum obscurior: siue pro rerum difficultate: seu ne passim quibuscumque hominibus grauisimæ philosophiæ rationes pateferent: semper tamen seruat quietam illud & remissum: & ad docendum idoneum genus dicendi sine ulla exornatione. Nam siquid forte elegantius ad Alexandrum: aut alibi scripsit: id perbreue fuit. Nec Plato huiusmodi ornamentis caruit. Quippe omnes eius de republica libri pleni sunt incredibili quadam dicendi suauitate. Exordia Phædonis: Timæi: Parmenidis: Critiæ diuino quodam ornatu scripta leguntur. Totus Gorgias eloquentia surgit: & miram quandam affert legentibus uoluptatem. Ubicumque demum subiecti materia patitur: quo modo aliquid pulchrius: aut iocundius: aut splendidius: aut magnificentius dici potest: quod Plato dixerit: ut mihi uideatur quod paulo ante ex. M. Tullii sententia dixi: uerissimum esse: quod Plato in oratoribus irridendis ipse orator summus fuisse uideatur. Quin etiam Aristides Eudemis filius uir optimarum artium cultu tanto præstantior aduersario: ut pudeat me cum hoc illum conferre: quāquam Platoni pro arte thetica: atque oratoribus repugnatis: tamen & ueritate ipsa: & doctrina Platonis eximia uincuntur modo patrem: ac magistrum oratorum cum uenerabundus appelleret: modo ad eum se conuertens: sic alloquatur. Tu ne qui Nestori illi: cuius ex ore melle dulcior fluebat oratio: si milis es: ne dicam præstantior: cui sirenes illas tot carminibus celebratas: facile cessuras crediderim: Tu ne inquam alios siquid suauiter dicunt: accusas: atque reprehendis? Ita Plato dicendi facultate sine cōtrouersia omnes anteiuit: Quæ aduersarius dicendi uarietas: ac orationis discrimina ignorasse contendit. Veruntamen ea dicendi facultas tribuenda est Platoni: quæ a publicis: plebeiisque secedens ueritatis rationem complectitur: genusque rhetoriæ artis longe Nobilius constituit: quod Aristoteles conuerti cum dialectica dicit: Plato facultatem uocat: quia satis de

unaquaque re dici potest: nec ualet nisi philosophiæ: ac ueritatis studio comparari: Eius uerba in sermone: qui Phædrus inscribitur: hæc sunt. Nisi quis philosophandi studio satis profecerit: nō poterit ulla de re perfecte differere: quod enim ueritatem non attingit: neque ars est: neque fieri unquam potest. Quemadmodum & Marcus Tullius dum uerum: absolutumque oratorem describit: eloquentem esse oportere cōfirmat: quod perdifficile esse: & summo labore: summoque acquirenti ingenio: omni namque scientia eruditum esse debere: quo fieri: ut disertos multos uideamus: eloquentem uero neminem. Sed qui longior sum: cū rem paucis explicare possim? Audi Hermogenem: qui rhetoriæ artis præcepta perfectissime tradidit: quid de Platonis sententiâ orationis: & cum quibus eum conferendum existimet. Primum exempla quorūdam præceptorum artis accipit a Platone: Deinde cum de forensi genere dicendi pertractat: Demosthenis orationem dicit esse optimam: quatenus simpliciter forensis oratio intelligi potest: At uero cum ad eam partem accessit: quam demonstratiuam uocamus: nō forensibus scilicet questionibus surgentem: sed pedestriorem incedentem quictius: Platonis orationem omnium pulcherrimam esse cōfirmat: atque ita pulcherrimam: ut recipiari possit: & quod in genere demonstratiuo pulcherrimum est: ad Platonis orationem dicere: quod uero Platonis oratio est: id pulcherrimum in demonstratiuo genere liceat affirmare. Itaque platoniam orationem: quasi optimum affert exemplum: iis: qui in demonstratiuo genere uerantur: nec in demonstratiuo genere duntaxat: sed etiam in ciuili illo: & theatri Platone Demostheni præfert. In tertio uero demonstratiuo genere: quod poetiū est: principem statuit Homerū. Itaque tres istos dicendi principes fuisse cōmemorari: Homerum: Platonem: Demosthenem. & ne cui forte leue id uideatur quod Platoni tribuitur: efficit: inquit: eiusmodi genus demonstratiuum iis ideis: in quibus orationis magnitudo consumitur: grauitate: claritate: uigore: ambitu: excepta asperitate & uehementia. Superesse etiam eodē in genere oportere eam: quæ mores orationis faciat: remissam locutionem: quin etiam dulcedinem adesse: & cultum: quæ delicatā: & pulchram reddunt orationem. Hinc uim accomodatā ueritatis rationi dicendi: quæ præcipuum esse omnium generum: quæ uim faciat: fatetur: tamen in eo genere demonstratiuo: quod utroque locutione continet: quod & apud Platonem plurimū est: asperitatem quoque & uehementiam opportune accipi: quomodo etiam omnia: quæ uim facere possunt: Sed in ciuile: & theatrale genus demonstratiuum cōsumi eisdem formulis: quibus deliberatiuum. Qui itaque nouit planam: puram: ac dilucidā facere orationem: nec magnitudinē ignorat: & eas in quibus magnitudo cōsumitur formulas exercere. Præstat præterea dicendi moribus: & iis: quæ mores cōficiunt: nec non delicatā: pulchramque orationem: Et cū præcipua illa uirtutum oibus: quæ uim faciunt: exornationibus corroboratur: quæ oia Platoni ab Hermogene tribuuntur: quomodo is artificiosæ facultate dicendi non iure optimo admirandus: anteposendusque oibus uidetur. Est enim ut ab eodem Hermogene dicitur: absoluta: perfecta: & oratoris disciplina: & scire: & posse uti occasionibus. Hæc etenim præcipua uis est: ut in uno quoque dicendi genere: & in unaquaque sententia scias quo tempore: quo loco: quo modo: in qua personam: qua causa utaris: nec solum ut scias: sed etiam ut possis: quod Platonem & sciuisse: & potuisse testatur. Item cū tria dicendi genera idem autor Hermogenes ponat: quæ etiam figuras appellat: sublimem uidelicet: tenuem: moderatam: quod eorum non apud Platonem inuenias: Quippe sublimis: quod & uerborum: & sententiæ magnitudine constat: usus apud eum plurimus est: cum de rebus diuinis: ac maximis loquitur: quale illud est. Maximus ille princeps rerum moderator: Iupiter curam agitans: uolucrum primus incedit: curam gerens omnium: naturaque uniuersa disponens. Item illud. Deus: ut uetus etiam sententia est: initium finemque: & medium rerum omnium cōtinens: recte incedit: naturæ ratione cuncta perustrans: Et alibi. Circa oium regem omnia sunt: & illius gratia oia: & ipse causa est bonorum omnium. Et rursus. Bonus erat: bonum autem nullius rei inuidia agitari licebat. & reliqua: quæ uerbis: figurisque aptissimis ad diuinam re: grauisimamque sententiæ: explicationem conueniunt. Tenuis autem generis: quod & sententiæ: & uerborum humilitate extenuatum est: Exempli apud Platonem multa inueniri possunt in libris: quos de legibus scripsit. ubi de cōmerciis & agricultura: & aliis huiusmodi rebus locutus est. Multa etiam ex ceteris eius sermonibus licet colligere: in quibus serpenūmero res quasdam minutas ita accurate pertractat: ut eas plane ante oculos cōstitueri uideatur. Atqui moderati generis frequentior apud eum usus est: Præsertim cum de moribus: de honesto: de uirtute: de felicitate: de fine hominis agitur: siue demonstrando: siue eliciendo pedetentim rationes: siue asserendo: siue alia uia disputando: semper enim formam orationis accomodatam subiectæ materiæ diligentissime seruat. Sed de his satis dictum est: & plus fortasse res exigere uideatur: cū nemo sit: solo aduersario excepto: qui artificium in dicendo Platonis non admiretur: & ceteris omnibus anteponat.

Platonem differendi ratione excelluisse.
 Eundem post grammaticam: poeticamq; .xx. annos Socratem audiuisse.
 Eundem magos impediens bellis Asiae adire nequiuisset.
 De triplici genere Syllogismi demonstratio: dialectico: & sophistico.
 Platonem omni genere syllogismi usum fuisse.
 Totum Platonis Timæum ex syllogismis demonstratiuis constare.
 Quo argumento ostendatur cælum generatum esse.
 Aristotelem in libro de principiis rerum naturalium Platonem sequi.
 Cælum esse ingeneratum demonstrari ab Aristotele a Platone uero generatum.
 Quare animi immortalitas probetur in Phædone.
 Quare animus non sit harmonia.
 In Phædone animi immortalitatem ex motus ratione probari.
 Quare animus sit ingeneratus.
 Duobus modis corrumpti omne corruptibile.
 Per deductionem ad impossibile animi immortalitatem probari.
 Supposita Platonis: tanq; oracula delphica accipi.
 Platonem in eutydemio captiuo uti syllogismo: quomodo Aristoteles in elenchis.
 De artificio reperendarum propositionum, cuius Plato inuentor fuit.

Caput. V.

Nunc ad differendi scientiam: quam logicam: siue dialecticam dicimus: transeundum est. Quia i te usque adeo indoctum fuisse Platonem aduersarius refert: ut non uereatur affirmare nunquam illi syllogismo probare aliquid potuisse. Tradunt: qui Platonis uitam scripserunt: eum: postq; grammaticæ: & poeticæ: & carmini dithyrambico: lyrico: & tragico operam dederat: uiginti annos Socratem audiuisse: quo mortuo: contulisse se ad Cratylum disciplinæ Heracliti professoris: & Hermogenem philosophiæ Parmenidis studiosum: Tum megara ad Euclidem cum nonnullis aliis socraticis accessisset: Post hæc Cyrenem ad Theodorum mathematicum profectum: inde Italiâ petiisse: ut Philolaum: & Eurytum pythagoreos uideret. Mox peragrasset ægyptum: & sacerdotes: ac prophetas eius prouiciæ aduisset. Perfarum etiam Magos quaeritum fuisse: nisi bella Asiae eum impedissent. Hunc igitur uirum: qui tanto studio: labore: uigiliis: literarum studiis incubuit: & totalesq; habuit præceptores: adeoq; excellenti ingenio præditus fuit: homunciones quidam ingenio hebetes: nullumq; unquam uel studio: uel magistrorum doctrina fructum consecuti: diiudicare audent. Et q; intolerabilis est studiis: uel maledictis: atq; damnare: Sed ualeat ipse: Nos rem de qua agimus prosequamur. Causam cur Plato nullius scientiæ præcepta: regulasq; conscripserit: satis abunde superius exposuimus. An uero ex arte: & scientiæ ratione scripserit: & utrum ne ex operibus: quæ reliquit uideatur non modo secutus: sed perfectissime assecutus omnium optimarum artium: disciplinarumq; rationem: deinceps ostendemus. Quamquam pudet me eam rem tueri: quam nemo unquam præter hunc homuncionem in dubium uocauit. Verum tamen ita agere necesse est: cum affirmate impudenter ausus fuerit Platonem: ne figuram quidem: aut modum aliquem syllogismi tenuis senecæ prorsus aliquid scripserit: quod uim demonstrationis haberet: q; uera igitur hæc calumnia sit: primum uideamus. Cum triplex sit syllogismi genus: demonstratiuum: dialecticum: & quod a fallendo sophisticum dicitur: quorum primum ex ueris: necessariis: primis: immediatis: in orationibus: causisq; conclusionis consistit: & suo primo: ac præcipuo modo: atq; etiâ secundo: ea: quæ per se insunt prædicato recipit: Secundum ex probabilibus: quæ aut omnibus placent: aut pluribus: aut clarioribus: nobilioribusq; Tertium ex iis: quæ non probabilia sunt: sed uidentur: Cuius inquam tripartito genere syllogismus ita distribuitur: quod nam eorum genus Plato non tractauit: quod alios non docuit: Nam demonstrandi uim: eiusq; summam necessitatem: nemo melius q; ille explicauit: ut in Timæo patet: in Parmenide: in Phædone: in Philebo: in Sophista: Item in decimo legum libro: & tractatu addito legibus: Secundo etiam reipublicæ: in omnibus deniq; eius sermonibus quocumq; in loco materia patitur. Ita enim ubiq; ex prioribus: aut simpliciter primis si fieri potest: aut nobis primis per resolutionem exquirendo: necessariam assertuerit conclusionem: ut nemo obicere quicq; possit. In Parmenide ita demonstratur: Vnum multa non est: quod multa non est: nec partes habet: nec totum dici potest. Ergo unum nec partes habet: nec totum dici potest. Item unum partes non habet: nec multa est: nec principium: aut finem: aut medium habet: & ob eam rem termino caret. quippe principium finis: & medium termini sunt. Vnum igitur infinitum est: quod infinitum est: neq; rotundum: neq; rectum est: Sic enim termino describeret: Ergo figura etiâ caret. Item quod figura caret: nec in seipso: nec in alio esse potest.

potest. Sed ne longior sim: omnis fere hic sermo Platonis ex syllogismis demonstratiuis quantum subiecta materia patitur, constitutus est: ut nulli argumendi genus acius: ut ita dixerim, atq; efficacius liceat inuenire. Cælum in Timæo inquit uideri, ac tangi potest: corpore etiam constat: quæ autem huius generis sunt: sentiri possunt: quæ uero sentiri possunt: hæc opinione etiâ cum sensu comprehendendi possunt: & generantur: generataq; sunt. Cælum igitur generatum est. Rogemus obsecro paramper nouum istum præceptoris: an hæc oratio syllogismus sit: & aliquid habeat demonstrationis: ac necessitatem afferat: sed iste eum & quid sit: & quemadmodum demonstratio fiat: ignoret: nihil nobis respondebit: Verû ad maledicta se: contumeliasq; conuertet. At Plato more geometrarum: prius, quâ demôstret: sumit terminos: & supposita statuit ex quibus inferat demonstrationem. Vere ens, inquit, est: quod intelligentia cum ratione comprehendendi potest. Generatum id est: quod opinione cum rationali sensu concipitur. Omne quod generatum est: causa ortum est. Quod ab aliqua causa non prouenit: non est generatum. Cuius exemplum semper ens est: id bonum est, & necessarium: Cuius exemplum est generatum: id bonum non est. Vniuersum: siue cælus: siue mundus uocetur: hunc in modum Plato proponeret: atq; hinc principis argumentari solet. Quem Aristoteles secutus libro primo de principiis rerum naturalium. Illud, inquit, nobis propositum sit: res oēs naturales: aut aliquas moueri. Et in libro, quæ de cælo scripsit: quinq; illa supponit. Motum simplicem corporis simplicis esse. Corpus simplex motum aliquem simplicem secundum naturam habere. Duos esse simplices motus: unum uni esse contrarium. Quod contrarium caret: nihil a quo corrumptur habere. Ex his substantiâ quinti corporis demonstrat. Sed hic quidem ingeneratum esse cælum: his suppositis ostendit: Plato uero generatum esse: suis suppositis declarat: Caterum quomodo hic generatum, ille ingeneratum dicat: non est animus hoc loco explicare. Syllogismus igitur, quæ modo proposui: demonstrationis uim obtinet: Ex definitione per conuersionem factus: in quo medium est ipsa definitio: quæ rei causa est. Nam quid est esse: quâuis demonstratio eius non sit: tamen per demonstrationem patet: Vbi per causam rei essentia demôstratur: quæ admodum hoc loco fieri uidemus. Cælum enim propterea generatum est: quia uideri tangi: potest: sicut etiâ Aristoteles secundo libro posteriorum tradit. Quippe lux, inquit, propterea defectu fieri: quia lumen solis telluris opacitate priuatur. Item Plato: Cælum generatum est, inquit, quod autem generatum est: causam habet. Hæc ita. In Phædone autem: cum de animi immortalitate pertractat: interim ex contrarium ratione: & uicaria (ut ita dicam) generatione: nonnunquam ex recordatione animi demonstrat ante generationem corporis fuisse: interite autem cum corpore non posse. Ex eius simplicitate declarat: quæ in etia obiecta: quæ sumi ex harmonia possent: syllogismis diligentissime soluit. Animum, inquit, ante ortum corporis fuisse, ostensum est: Atqui harmonia ante compositum esse non potest: ergo animus harmonia non est. Item harmonia compositum suum subsequitur: animus uero corpori dominatur: atq; eo præstantior est: Ad hæc harmonia magis ac minus recipit: animus minime. harmonia nequaquam his contraria est: ex quibus constat: animus uero cupiditatibus corporis aduersatur. His finitum illud in Phædone est. Animus seipsum mouet: quod seipsum mouet: semper mouetur: quod semper mouetur, immortale est: animus igitur immortalis est. Item animus a seipso mouetur: quod a seipso mouetur, id ceteris: quæ extrinsecus mouentur, origo: & principium motus est: principium uero ingeneratum est. ergo animus est ingeneratus: atq; ob id etiam immortalis. His duobus syllogismis corruptionem animi tollere oino Plato uidetur. Cum enim quicquid corrumpitur, duobus modis corrumptur: aut enim a seipso propter materiam in eo contentam: aut aliunde fit corruptio: ut lignum sua putrefactione corruptioni obnoxium est: tum quia ueri extrinsecus: ac secari potest. Primus syllogismus animum minime a se corrumpti ostendit: Secundus ne ab alio quidem corrumpti posse declarat: Verû enim uero de motu ipso animi: quo per se animus mouetur: siue oino de eius motu: quonia uir quidem præstantis ingenii: singularisq; doctrinæ dubitasse uidetur: possem equidem ostendere. Aristotelem a Platone non dissentire. Sed hæc res aliud locum postulat. Nunc uidentur est: quomodo per deductionem ad impossibile Plato animi immortalitatem defendat. Nisi principium sit, inquit, nec ipsum ex alio: nec aliud ex eo fieri: aut moueri potest. Siquidem ex principio oia fieri debent. Hoc autem sequitur, ut cælum omne: omnisq; generationis ratio corrumpat: & rursus creetur. Quod cum impossibile sit: ipsa quoq; suppositio: quæ principium tollit: erit impossibilis. Itaq; non ignorauit Plato syllogismam constituere: & demonstrationem: quoad eius subiecta materia pateret: ex principiis facere diligenti ratione suppositis: quo rerum cognitio manifestior ac certior haberetur: Quam obrem pleriq; singulari doctrina: sapientiaq; præstantes: quibus religionis suæ ratione permittitur: ut supposita a Platone recipere possint: ita tanquam delphica quædam oracula receperunt: quod ex libris, quos scriptos reliquerunt, manifeste potest intelligi.

Nam quomodo afferre in medium singula possumus: cum philosophi huius sermo: omnis ex syllogismis constet: pulcherrima demonstrationum necessitate refertus: & nihil oino habeat quod miro ratiocinandi artificio uideatur carere. Legat, qd id cupit intelligere: Platonis libros. Facile enim prospiciet omne syllogismorum genus aptissime rebus, de quibus agitur accōmodo dari: Tactatur scilicet pro rei opportunitate modo demonstratiue: modo dialectice: hoc est probabili quadam ratione: interdum etiam captiose. Nam et si crebrior est usus dialectice propositionis: tamen hoc etiam captiosis genus adhibitum est: ut in Euthydemo patet: ubi omnes fere cauillationum modos attingit: quemadmodū fecisse Aristoteles uidetur in libro quem de Elenchis: hoc est coargutionibus scriptum reliquit: Diferitur syllogismo directo: prima: secunda: tertia figura: & modis figurarum omnibus: uniuersaliter: uel particulariter: affirmando: uel negando, deducitur ad impossibile: ponitur uicisim conuersionis ratio: inductio: instantia: sunt problemata a definitione: genere: proprio: accidente. argumenta a maiori: minori: simili: omnibus denique casibus: sunt enthymemata: sunt probabilia: signa: exempla: omnis postremo disciplinae logicae uia: ac ratio. Per diuisionem: per definitionem: per demonstrationem: aut quouis alio modo agi potest: Quippe hęc oia subtiliter absoluteq; a Platone tractati perspicuum est. Post hęc nemini dubium est artificium reperiendę propositionum: & copiam plurimū ualere, siue dialectice: siue demonstratiue: siue captiose arguere libeat: & hanc facultatem omnem artem: scientiamq; cōplecti. Cum enim nulla ratiocinandi complexio sine propositione fieri possit: propositiones autem capi: nisi certo artificio, neque at hinc plurimum ualeat necesse est: in quouis doctrinę genere ea ratio: de qua tractauit Aristoteles in iis libris: quos a differendi facultate: logicos nominamus: in quibus sane tantum studii uidetur uir sapientissimus adhibuisse: ut nō minus in his: q; in aliis libris: excellentiam ingenii sui manifestam fecerit. Tam uero commodam hanc artificii rationē existimauit: ut absq; ea syllogismorum doctrinam perfici posse protus negaret. Nō enim syllogismi formam duntaxat considerari: sed etiam constituendi facultatem haberi scripsit oportere: quā cum traderet: non dubitauit affirmare genus omne ea una cōfici possetum ostendendi: tum ad impossibile deducendi: tum etiam hypotheticę arguendi: & oino ratiocinandi: siue materia necessaria: siue contingens: siue alia quouis predicandi ratio fuerit. Certumq; & exploratum esse existimat: nō modo, hac uia genus omne ratiocinandi effici posse: uerum etiam heri nō posse: ut alia uia recte ratiocinari ualeamus. Omnem enim syllogismū figurā certā, ex iis: que ab eo tradita sunt: fieri posse existimat. Figuram autē non nisi huiusmodi artificio constitui posse: quod tale est: ut amborum terminorū, cuiuscunq; problematis: siue affirmandi: siue negandi: siue uniuersalis: siue singularis: siue prima figura: siue secunda: siue tertia: & quocunq; ratiocinandi genere consequentia reperire possimus: quid præterea termini ipsi cōsequantur: quid a se alienum recusent: Consequentia etiam: quid essenziale predicetur: quid ut proprium: quid ut accidens tribuatur: quid probabilis: quid uera sumatur ratione. His enim ita competitis: apteq; ordinatis syllogismus ois conficitur: & quo pluribus eiusmodi initiis abundamus: eo facilius conclusionem deducere possumus: & quo uerionibus: eo certius demonstramus. Ex consequētibus enim propositiones: mediaq; sumatur necesse est: nec syllogismus sicut iam supradictum est: perfici aliter potest. Ita Aristoteles reperiendarū propositionum artificium: non modo probat: sed etiam tractat diligentissime: quod oibus: qui eius libros legent constare facile poterit. Hoc tam cōmodum: tamq; utile: atq; præcipuum in differendi ratione artificium: primus Plato Aristotelis præceptor exposuit in eo sermone: q; inscriptus est Parmenides. Quippe facultatem reperiendę propositionum: uicisim in eo tradit: & quasi ante oculos ponit. Præcipit enim, ut uestigandum: inuestigandumq; sit: quid affirmationem: quid negationē consequatur: aut non consequatur: quid simul & consequatur: & non cōsequatur. Rursumq; in utroq; eorum: quid sibi: suoq; ipsius respectu cōsequens habeat: quid nō habeat: quid simul habeat & nō habeat. Simili etiā modo quid sibi respectu aliorum consequens habeat: quid non habeat: quid habeat & non habeat. Ex quibus oibus simul iunctis, quatuor & uiginti coniugationes deriuantur: Ingens præterea summa propositionū nascitur: quibus omnibus usus est Parmenides: cum de uno illo diuino sermone haberet: & quanq; usu potius quodā artificio cōstare præcepta artis significat: tamen non prætermittit, quin etiam de artificio multa percipiat. Nam cum Socratem ad exercendū in dialectica arte ingenium fuisset hortatus: flagitate illo orationem eius exercitationis: eam esse rationem respondit: qua Zenonem philosophum, olim disputatē au dierat illamq; his uerbis confirmat: Si tuum, inquit, exercere ingenium cupis: oportet, non modo positum: ut quouis res sit: quid accidere possit: ex ea ipsa positione considerate: sed etiam positum: q; non sit: quid inde possit euenire. Verbi gratia. Si de eo agendū sit: quod Zeno posuerat: an unū sit multa anima: uentendū est quid accidere possit: Tum multis: uel respectu suo ipsorum:

rum: uel respectu unius: tum uni uel suo: uel multorum respectu. Rursum si unum multa non sit: considerandum quid accidere possit: & uni: & multis: tum suo ipsorum: tum mutue comparationis respectu. In summa de quacunq; re ponatur: uel q; sit: uel q; non sit: uel aliquo modo affecta sit: diligenter scrutari oportet, quæ accidunt: tam suo ipsius, q; cuiusuis alterius rei: quam intendere respectu. Eodemq; modo respectu: aut plurium: aut omnium: quin etiam cætera respectu: tum suo: tum aliorum. Deniq; quicquid intendere: siue ut ens: siue ut non ens positū ab se sit: ita agendum est: Si perfecta ingenii exercitatione ueri rationem cupis inuestigare. En q; breuiter Plato de huiusmodi modis præcepit. Atq; etiam in rei propositæ demonstratione: nouem illis de diuino uno positionibus: in quibus tota Parmenidis disputatio consumitur: Vario artificio usus est: quemadmodum & res exigere: & explicandi consiliū petere uidebatur. Hęc cum ita sint: quis adeo amens: rudis: audax: temerarius est: qui Platonem dialecticę artis ignarum: & differendi imperitum fuisse existimat: q; reprehendat? Immo uero quis non potius eius ingenium: doctrinam: eruditionem admiretur? Cuius artificium secutus Aristoteles merito ab oibus probari & potest: & debet. Itaq; Plato in differendi ratione facile princeps fuisse existimandus est: & quasi fons quidam: a quo artificium disputandi omne defluxerit. Quamobrē admirari satis hunc eius aduersarium non possum: q; calumnias suas latere diutius contra ueritatē posse existimauerit. Nisi forte ea causa deceptus est: q; cū latinis scriberet: qui uel Platonis libros nō habent: uel uitio interpretum ita obscuros habent: ineptos: mēdo fos: ut uix legi sine stomacho possint: Tutum proinde fore maleficium suum sperauit. Sed de logica hæcenus.

Naturalium rerum scientiam calluisse Platonem: & Aristotelis scripta ab illius scriptis minime dissentire.

Animi generationem ab iis solis percipi posse: qui Pythagorei: Platoniciq; sint: & mathematicas calleant disciplinas.

Quibus nominibus Aristoteles uocet principia naturalia: quibus Plato.

De triplici genere intelligendi.

Platonem perfectius Aristotele de cælo scripsisse.

Quibus figuris Plato quatuor corpora dicat esse formata.

Quare ex igne & terra Plato cælum dicat constare: stellas autem ex quatuor elementis.

Quæ ab Aristotele dicta de elementis fuerunt: eadem Platonem ante dixisse.

Patrum considerantes frustra irridere Platonem de corporum figuris.

Caput. VI.

Tqui naturalium rerum disciplinā ex Timæo Platonis satis abunde licet haurire: siue principia rerum consideremus: siue res ipsas ex principiis constitutas: atq; ex his eas in primis: quæ magis præcipue: & generales habentur: ut aium: cælum: & cælestia corpora. Item quatuor elementorū uniuersalem rationē: & particulatim conditionē eorum: sed de generatione animi hoc loco dicendū non est: cum & multo difficilior questio sit: nec nisi ab iis intelligi possit: qui Pythagoreorū & Platoniorum rationes perfecte nouerunt: & mathematicarū disciplinarum cognitionē habent. Sit præterea ad eam explicandā longe prolixior oratio necessaria. De cælo & cælestibus corporibus: si quis doctrinā Aristotelis sequendam existimat: quod equidē non improbo: profecto reperiet nihil ab Aristotele melius, q; a Platone dictum fuisse: sed prius, q; ad hoc uenio: de principis rerum naturalium dicam: quæ Aristoteles formam ponit: & materiā: & priuationem: Plato ideam: materiā: & optimarum rerum opificē deum. Triplex item genus intelligi, inquit, oportere: Vnū quod fiat: illud in quo fiat: Tertium ad cuius similitudinē id quod fit: oritur: & ad patris: & matris: & nati cōparationem hæc trāsfert. Materiā quidem: quæ oia recipit: & quasi mater oium est omnino isformem: & specie omni priuatam esse: eisdē plane rationibus probat: quas Aristoteles ab eo sumptis explicauit: ita enī inquit. Si quā formam sibi propria habet: hæc profecto occuparet: impedimētumq; esset: ne cætera reciperent. Quemadmodū si quis in radiis: in equali: atq; asperiore materiā signū aliquod imprimere uolēs: trāsferretur labore: nisi prius eam explanaret: & lenem: & equalemq; ad unguem redigeret: Et rursum apertius: Illud ad cuius similitudinē oritur: q; sit semper eodem modo se habens: in generatū & incorruptibile dicit intelligentia considerandū: quæ qdem & Aristoteles formæ tribuit: quod aut sit: ad sensibile: generabile: cōmutabile semper appellat. Tertium genus formæ capedinē ponit: incorruptibilem: & reuocantem: quæ generantur oium: sedem. Hanc aut talem esse: ut sine sensu attingatur: & spūia quadā ut ipse, inquit, cogitatione: nō cōcipi possit. At enī Aristoteles etiā ipse materiā primā: in generabilem & incorruptibilem ponit. Itaq; de primis rerum principis nihil profus a suo præceptore dissentit. Cælum aut secundum Platonis opinio-

nem causa ingeneratū: tempore generatum est: Aristotelis uero sententia tēpore ingeneratum est: idq; unū & solū in formā sphaerae conglobatum: nullū habens instrumentū: finitum quoq; & ex tota naturali materia constans. Nullā enim inquit, alicuius rei partem: aut uirtutē foris re linquit. Sic recte simulatq; aperte locutus est Aristoteles: quae oīa iisdem fere uerbis a Platone dicta accepit. Quamquā Plato perfectius de his disseruit: cum causam quoq; efficientem caelo tribuerit. Sed si caelum Aristoteles quātum esse corpus opinatū: quatuor elementis diuersum. Plato uero uel non diuersum ab his quatuor uidet uelle: uel eorū summum: atq; praecipuum: ita men uel in his conuenire inuicē uidentur iudicio eorū: qui hanc diligentius fuerūt perferutati. Quippe Plato quinq; illis figuris hanc corpora formari existimat: Pyramide ignē: cubo terram: Icosahedro aerem: octahedro aquam: dodecahedro caelū. Quod si dodecahedrum a reliquis si gnis sua essentia differat: ut caelū quoq; sua natura a ceteris corporib; differat necesse est. Quin etiam Xenocrates uit naturae rerum studiosissimus: & discipulo Platōnis apprime familia ris: in eo libro: quē de Platōnis uita scripsit: Symplicius in expositione libri de caelo & mun do refert: hanc dicit. Sic aīa in formas & partes oibus rebus distributa constituit: quousq; ad oīum animalium elementa deuenit: quae figuris quinq; siue quinq; corpora appellat: aetherem: ignem: aerem: aquam: terram: Quibus uerbis apertissime constat dodecahedrum illud pro simpli cis corporis figura a Platone caelo tribui: quod aetherem uocat. Itaq; hoc etiā inter Aristotelē & Platōnem cōuenire uidetur. Nā etsi Plato caelum ex igne cōstare affirmat: quatenus scilicet uisibile est: & ex terra quatenus tangi potest: stellisq; ex omnibus quatuor elementis esse cōposi tas: non tamē hanc ita esse existimat: ut quae generationi: corruptioniq; obnoxia sūt: corpus im mortale constituat: sed ex igne caelū esse: quia corpus aetherem lucidū esse terra quia sensui occurrit: medius quia mediog; praecipuum recipit rationē: quod ne Aristoteles quidē in fias: ipse caelestia scilicet corpora constare ex his summatibus elementog; quando, & ipse caelū esse uult uisui: tactuq; obnoxium: quod aīam quoq; & aīa esse: ut Plato censuerat in libro de cae lo affirmat. Nos enim inquit perinde ut de aīalibus istis consideramus: ad hanc quae de qua dripartita elementog; ratione in libro de caelo Aristoteles docet: eadem oīa Plato breuissime in Timaeo exposuit. Eadem plane q̄litates speciatim declarans: ut incorruptibile: atq; ingene rabile sit ratione totius: ut ratione partis corruptibile: & generabile: neq; de his solū: sed de mul tis quoq; aliis particularibus naturae rebus: Plato diligentissime tractauit: de aīalibus metal lis: & iis quae graeci meteorā: latini sublimia uocāt. De figuris quoque corporibus tribuit: qui hanc leuius cōsiderauerunt: rursū digna scripsisse Platōnem existimauerunt: cum ipsi potius uident: uel certe magis deidendi forent. At quibus cura fuit huiusmodi re: nationes ab eruditissimis ui ris: qui ante nos fuerunt perferutati: hī quemadmodum q̄ Platōne hanc dicta fuerint: & sciunt & possunt explicare.

Theologiae rationes neminem Platone subtilius attigisse.
Dionysium Areopagitam non modo sententias: sed etiam uerba Platōnis usurpasse.
De actua philosophia perfectissime in dialogis locutum fuisse Platōnem.
De uoluptatis duplici ratione.

Caput. VII.

Ed de his alias. Nam theologiae quidem: atq; eius disciplinae: quae ordine inuestigā di rebus naturae posterior est: dignitate: naturaeq; prior habetur: quae is mentis compos dubitet palmam Platōni esse tribuendā. Quippe etiam peripateticarū princeps sectae: uenitatis: quae ab inuitis pectoribus erūpē: aīa: principatum eius scientiae Platōni concedit. Quid toto Parmenide sublimius: quid sapientius: quid diuinius: quid de summa sine plicitate: unitateq; primi entis: uel potius supra oīa entia dei plenius: atq; explicatius: Cuius nō modo sententias: uerū etiam uerbis ipsis princeps christianae theologiae Dionysius Areopagita in oibus suis operibus utitur. Multa etiā his similia in Sophista: multa in Politico: in Phaedone: in Philebo: in Timaeo: in Symposio: in Phaedro: in libris de republica: in legibus: in epistolis: de niq; in omni suo opere: de deo: & de rebus diuinis: & intelligibilibus: & intellectualibus sapiē tissime Plato disseruit. Actiua uero philosophia: siue quae ad mores pertinet: siue quae ad rem sa militarem: aut statum ciuilem reipublicae spectat: apud Platōnem reperire uolueris: pleni sūt oēs eius libri. Sed in primis q̄ de republica scripti sunt: de legibus: Euthyphron: Apologia: Criton: Thea tetus: Menon: Hippias uterq; Alcibiades uterq; Symposiū: Phaedrus: Menexenus: Protago ras: Lysis. Quid Philebum cōmemorem: in quo cū de ultimo hoīs sine disereret: qd̄ in ea par te philosophia: quae de moribus tractat: praecipuū est: & ab aliis in uoluptate: ab aliis in pruden tia cōstituitur. Ipse multis praclarisq; rationibus ostēdit duplicē uoluptatis rationē: eiusq; ge nerationem

nerationem & essentiam: tum prudentiae mentis: & scientiae rationem. Respectu quidem uolū ptatis excellentem: sed quatenus perfectam hominis felicitatem respicit inferiorem. Quorum cum neutrum summum esse hominis bonum ostendisset: postremo cōcludit tertium quidem illis duobus longe praestantius esse: felicitatem hominis: bonumq; extremum: id esse boni nat utam ipsam: atq; rationem. Quae quauquam longo sermone disputata a Platone fuerūt: nul lam tamen sententiam: nullum membrum: nullum deniq; uerbum: & ne punctum quidē ora tionis protulit: non summae necessarium: & doctrinae: ac sapientiae plenum. Quod idcirco a me dictum uelim: quia aduersarius perturbata: contorta: inconstantia: plena loquacitatis scripta Pla tonis esse commemorat: Sed de his haecenus.

Mathematicarum disciplinarum studiosissimum fuisse Platōnem.
Platōnis libros intelligi non posse: absq; mathematicis disciplinis.
Theonem composuisse compendium mathematicarum disciplinarum ad Platōnis libros.
Neminem Geometriae expertem scholam Platonicam ingredi aptum.
De oraculo delphico liberari Athenas pestilentia possessi aram cubicam duplicarent.
Platōnem primum cubi duplicationem inuenisse.
Quod sit difficillimum problema Geometriae.
Sine Geometriae cognitione: nec esse quenquam doctum: nec appellari posse.
Qua uia leges possint custodiri.
Virtutes esse: & quatuor: & unum.
Ceteras artes a sapientiae nomine excludi. Quatuor mathematicas: disciplinas adhiberi.
Particula libri legum tradita: in qua apparet quid tenere debeat: qui recte uult discere.
Duobus maxime argumentis cuiusq; doctrinam probari. Caput. VIII.

Vnc de mathematicis disciplinis: quatuor simili modo Ignarum fuisse Platōnem ad uersarius scribit: dicendum aliquid censo: ut in his quoq; q̄ excellens fuerit Plato nis doctrina intelligi possit. Multa profecto Geometriae: Arithmeticae: Musicae: Astro nomiae: passim in eius libris praecipua contemplatione digna reperiuntur: quae si Pla to Mathematicarum disciplinarum Ignarus fuisse: ut quidam homunciones blatterare nō ue rentur: non potuisset suis libris iserere. Nunc uero tam crebro his utitur: siue de rebus diuinis: siue naturalibus: siue moralibus: disserat: ut nemo nisi mathematicis disciplinis instructus opera eius possit intelligere. Hinc pleriq; expositores Platōnis: in explanandis eius libris de mathema ticis rationibus plura dixerūt: & Theon summus ille mathematicus: cum opus de quatuor ma thematicis disciplinis edidisset: compendium in Platōnis libros inscripsit: quasi ea duntaxat ita his continerentur: quae Plato in suis operibus tetigisset. Equidem ita a maioribus nostris tradi tum accepit: Platōnem non minus quadripartitam hanc mathematicarum disciplinarum ratio nem: q̄ aliam quamuis philosophiae partem suis discipulis explicare solitum fuisse: ac uesibulo scholae eius hoc epigramma inscriptum extitisse. Nemo huc Geometriae expertis introeat: quod in primis significare uideretur: cum a facello philosophiae arcendū esse: qui Geometriae disciplina non sit institutus: q̄ illud quoq; possit denotare. Neminem esse intromittendum: qui uirtutē ex geometrica mediocritate quaeritam non sit cōsecutus. Megaram quoq; & Cyrenen quem admodum supradiximus profectum esse Platōnem constat: ut illic Euclidē summum geome tram: hic Theodorū inter mathematicos praestantissimum audiret. Illud quoq; de eo legitur: cum aliquando athenienses Apollinis oracula sciscitatum uenissent: quo pacto a pestilentia: qua maxime uexabantur: possent liberari: huiusmodi responsū accepissent: ita demum sospitem su turam ciuitatem: si illius aram: cuius figura cubica erat: duplicarent. Quapropter illos cūuestigio alterum cubum arae coniunxisset. Sed non propterea morbum aliquo modo desuisset. Quod cū ad Deum relatum esset: nō dum sibi obtemperatum respondisset: quippe iussisse se: ut cubum du plicarent: eos uero cubo cubum superposuisset. Quamobrem athenienses: cum aliquandiu an ci pites consilii fuissent: ad extremum Platōnem aduissent: quem norant mathematicarum rerum es se peritissimum. Consultum igitur Platōnem: quid sibi Apollinis oraculum uellet: ita respon disse. Probro dare atheniensibus Deum: q̄ Geometriae disciplinam cōtemnerent. Post haec ita duplicari cubum discipulis suis ostendisset: Si duabus lineis rectis: duae mediae rectae proportio nales inuenirentur. Duabus enim unam mediam proportionalem inueniri compertum iam erat. Sed duabus duas reperiri posse proportionales: adhuc erat ignotum. Platōne itaq; id pri mum cōperisset: & quod nunc in libris Archimedis legitur: nullius esse inuentum. Quod si Geo

metria ceteris omnibus mathematicis disciplinis: ob certiore demonstrationis ueritatisque rationem nobilior habetur. Ex omnibus autem Geometriæ propositionibus ea difficillima fuit quo pacto posset cubus duplicari: id autem Plato inuenit: quis adeo indoctus est: temerarius: amens: ut ignorasse illum mathematicas disciplinas ausit asserere? Aut quid est minus simile ueris: hæc incognita fuisse Platoni: qui ceteros semper ad præclaram huiusmodi rerum cognitionem hortatus est: & sine his nec esse nec dici posse: quæquam doctum existimat? Quippe in libro de legibus duodecimo: cum leges exposuisset: & quemadmodum obseruari possent inuestigaret: ridiculumque diceret esse hominem: qui frustra elaboraret in re: quæ firma ac stabilis non esset. Salutem inquit legum: potestatemque: tum demum perpetuam fore: si sapientissimi ciuitatis sapienter unum in locum congregati: suas atque alienas leges exquirerent. Et siquid in alienis opportunum: atque utile esset: adderent suis: Siquid in suis minus probandum: id remouerent: & ad unam uirtutem: uirtutisque ducem: ac principem mentem oculos dirigerent. Esse enim uirtutes: & quatuor: & unum. quatuorque subiectæ res circa quas uersantur: diuersæ sunt: Vnumque ad unam mentem: & sapientiam respiciunt: quo sapientem quoque in administranda republica spectare inquit oportere. Sic enim fieri possent & religionem erga Deum immortalem seruet: & diuinarum rerum cognitionem habeat: & alios moneret: atque instruere possit. Post hæc in tractatu: quem legibus addidit: cum quis aut qualis sit sapiens: & quæ nam sit ea quam petimus sapientia scrutaretur: Primum ceteras omnes artes a sapientia nomine excludit: mox quatuor mathematicas disciplinas: Arithmetica: Musica: Geometria: Astronomiam probat: atque admittit. quod cum pluribus uerbis egisset: hæc addidit. Intelligendum præterea illud est: quod si quis hæc recte acceperit: maximum sibi fructum comparabit: si minus: satius fuerit Deum semper implorare. Modus autem: quo recte accipi possint: hic est: dicere enim id aliquatenus oportet. Omnem geometricam circumscriptionem: & numeri constitutionem: & harmoniæ consonantiam: atque astrorum circulationis rationem: unam omnium consistere ei: qui recte discit: oportet. Constat autem si quod diximus: recte ad unum respiciens: discit. Ita enim: quasi unum quoddam omnium innatum uinculum constabit. Quod si quis aliter hæc percipere statuerit: hunc fortuitam: ut modo dixi: optare sibi secundam oportet. neque enim sine his effici ulla felix natura: in republica potest. Sed hic modus est: hæc educatio: hæc disciplina: siue difficilissima: siue facilis uia sit: hæc certe eundem est. Et paulo post. Qui autem hæc omnia acceperit: hunc uere sapientissimum dico: & siue ioco: siue serio loquor: confirmare non dubito. Et rursus: qui diuini modesti: & reliquis uirtutibus præditi sunt: ac res quæ disciplinam beatam attingunt: sicut a nobis expositum est: obtinuerunt: his solis cumulatissime felicitas comparata est.

Peroratio: siue epilodus primi libri.

Caput IX.

Quod si Plato illum unum ueræ sapientem: illum felicem: illum pium: & immortalem Deo gratissimum esse fatetur: qui uirtutem colit: & mathematicis disciplinis incumbit: quo pacto rem quam tantopere commendat: & ad quam capefenda ceteros hortatur: uel per contemptum ipse repudiet: uel per desidiam negligat? Errat nimirum: qui aliter iudicat. Desinat igitur aduersarius talibus contumeliosis sapientissimum uirum impetere: quæ suam potius quam Platonis ignorantiam aperit. Cum enim duabus maxime rebus uniuscuiusque doctrina probetur: siue quæ artium præcepta tradiderit: seu quæ ex ratione præcepto: aliquid scripserit: Plato quidem: quia ob causam præcepta non tradiderit: atque id inscitæ testimonium non sit: satis ut arbitror supra demonstrauimus. Quo pacto uero ex ratione optimorum præceptorum scribenda quæsiuerit: & sapientissime: atque eloquentissime scripserit: tum a nobis illius sermone ostensum est: tum si forte uel aduersarius: uel quiuis alius contendere ultra uoluerit: in promptu sunt eius libri: quos pro uoluntate sua quisque & legat: & iudicet. Nemo igitur uerbis aduersarii sine aliqua ratione stulte: temereque prolatis: condemnandum esse sapientissimum uirum existimet: sed pro suo quisque ingenio: uel lectitando libros illius: uel ab aliis discendo quanta fuerit eius doctrina: quæ excellens ingenium: quanta dicendi uis animaduertat. Ita enim facile nostram quidem defensionem ueram: ac iustam: Aduersarii uero calumnias falsas: iniuquas: & plane detestabiles esse comperiet.

BESSARIONIS

BESSARIONIS CARDINALIS NICENI: ET PATRIARCHAE CONSTANTINOPOLITANI IN GALVMNIATOREM PLATONIS LIBER SECVNDVS.

Christianæ religioni Platonis libros magis: quæ Aristotelis conuenire. Fidem christianis doctoribus minui: & existimationem eorum ab his tolli: qui Platoni detrahunt: cuius testimonio supra omnes gentiles christiani maxime utuntur. Aristotelis testimonio doctores ecclesiæ nunquam usos. Docto potius in arte sua: quam tudi sancto credi oportere.

Caput Primum.

PLATONEM QUAMVIS PRAECEPTA ARTIUM literis non tradiderit: nemine tamen propterea docto & sapiente uero inferiore existimandum: librosque ab eo complures egregie scriptos: & ad posteritatis utilitatem relictos: satis superiori libro demonstrauimus. Nunc quoniam aduersarius ad ueritatem christianæ religionis: & sanctæ ecclesiæ doctrinam propius accesserit: longe ceteris sapientiore esse iudicandum: tum Platonem multo Aristotele inferiore facit: quæ ille a doctorum nostrorum sententia alienissimus esse: hic uero maxime cum his consentire uideatur: nos huius quoque rei contrarium planenisi nos animus fallit ostendemus: & doctrinam Platonis magis: quæ Aristotelis nostræ religioni consentaneam esse demonstrabimus. Quod non ideo facimus: quia Platonem aut existimemus: aut uelimus ostendere christianum fuisse. Alienus enim uterque a nostra fide tam Plato: quam Aristoteles fuit: & ut nomine sic religione gentilis uterque: propter quod frustra Aristotelem hoc loco laudat aduersarius: & inops consilii: quo uera dicere uideatur ad religionem refugit: solent rei capitis: quæ redæ salutis gratia: ad Asylum searumque recipere: Itaque non est consilium laborare: ut Platonem christianum fuisse ostendamus: quem admodum de Aristotele facit aduersarius: Sed ita hunc locum conabimur tractare: ut si quis ex autoritate quoque gentium philosophorum ueritatem nostræ religionis corroborare uoluerit: Platonis potius libros: quam Aristotelis id effici posse demonstremus. Cum autem cerneret aduersarius: doctores ecclesiæ: uiros: ut uiræ sanctimoniam: ita tam nostræ: quam gentium doctrina insignes Platonis magis: quam Aristotelis opiniones cum suis conciliare: & illius quidem testimonio omnibus fere in locis uti: Aristotelis uix unquam facere mentionem. Primum eos refellere conatus est: & existimationem: quam omnes de diuina illorum sapientia conciperunt: animis aboleri: itaque suo potius: quam illorum iudicio standum suadet. Nam quæ doctores nostri: inquit: afflati diuino spiritu scripserunt: ad fidem duntaxat & mortalium salutem pertinent: teneri: credique ab omnibus fas est: reliqua uero non ita recipienda sunt: ut a sanctissimis uiris tradita fuere. At qui si in his: quæ ad fidem: & ueram religionem pertinent: credendum esse existimas: o bone uiri Platonis autem uerbis sanctissimi uiri utuntur ad fidem: & ueræ religionis confirmationem: cur æquum non censes præberi eis fidem: dum in his Platonem longe Aristotele præferendum existimant? Quod si doctores nostri sancti quidem tantummodo: & Deo dediti fuissent: optimum uero artium studia: uix summistat atque labris degustassent: concedere tibi profecto geometriæ potius: in rebus ad geometriam pertinentibus: quam sanctæ simplicitati esse credendum: & studiosis philosophiæ: ac bonarum artium peritissimis uiris plus fidei adhibendum: quam illis: qui rudis fuissent: atque ignari: tametsi uiræ sanctitate insignes haberentur. At si qui cum sanctitate ad summum etiam doctrinæ & sapientiæ peruenerunt: legeruntque Platonis: atque Aristotelis libros: & utriusque philosophi opiniones diligentissime sunt perscrutati: quales fuerunt apud grecos Basilii: Gregorius: Cyrillus: Gregorius alter: apud latinos uero: Augustinus: Boetius: & alii complures sapientissimi uiri: & philosophiæ studiis illustres: & tamen cum de uera religione disseuerunt: gentium philosophorum autoritatibus libenter innixi sunt: quo pacto existimas homines te unum: spiritibus illis autoribus sequi oportere? Sed nos: & quicumque mentis cõpotes sunt te dimisso: doctores nostros sanctissimos: ac sapientissimos uiros sequemur: eorumque sententiam a nobis propositam ostendemus.

c iiii

Autoris excusatio q̄ Aristotelem impugnare nolit.
Platoni & Aristoteli plurimum laudis tribuendum.
Aristotelis sententia non modo doctissimis: sed iis etiam, qui leuiter scripserunt gratias esse habendas.

Timotheum musicum posterioribus profuisse: Phrynem vero Timotheo.
Sapientes omnes latinos secta peripateticos esse.
Interpretationem librorum Platonis non esse sinceram.
Autoris mentem non esse omnia Platonis dicta probare.

Caput. II.

Etum id mihi molestum hoc loco accidit: q̄ ea cogor scribere: quæ minime uellem: facit enim aduersarii iniquitas aduersus Platonem: ut qui non minus Aristotelem quam ipsum soleo laudare: fungi officio meo minus uidear. Nam cum aduersarius dicat: & suo duntaxat iudicio demonstrat: melius Aristotelem, quam Platonem de diuina natura scripsisse: quippe posuisse Aristotelem in diuinis trinitatem: Platonem minime illum sensisse cælum: & mundum sola Dei uoluntate ex nihilo esse productum: hunc materiam primam mundi principium posuisse. Ad hæc Aristotelem optime de animo disseruisse: Platonem figmenta quædam scripsisse: Illum: quæcunq̄ sunt: prouidentia Dei regi gubernari: existimasse: hunc omnia fato: ac necessitati subiecisse: eo nos huiusmodi uerbis impulsi: ut dum contrarium demonstrare nitimur: de Platone melius sentire, q̄ de Aristotele uideamur: ita improbare Aristotelem: quod a mente nostra longe alienum est. Nos enim de Aristotele quoq̄ semper honestissime loquimur: Absitq̄ a nobis tam praua: atq̄ insolens cogitatio: ut dum Platonem tuemur: detrahere illi uelimus. Vtrunq̄ enim sapientissimum fuisse arbitramur: Et gratias utriq̄ pro beneficiis: quæ in genus humanum contulerunt: agendas existimamus. quod ipsius quoq̄ Aristotelis autoritate agendum uidetur. Quippe in iis libris: quos metaphysica uocat de ea parte philosophiæ perscriptos: quæ est de rebus diuinis: hunc in modum loquitur. Non modo his agere gratias æquum est: qui nobis præcepta disciplinarum diligentissime tradiderunt: uerum his etiam: qui de illis leuiter: ac iocunde disseuerunt. Nam hi quoq̄ aliquid nobis utilitatis attulerunt: dum habitum nostrum exercitatione reddiderunt aptiorem. Enim uero si Timotheus non fuisset: non tantum modulorum haberemus: q̄ si Phrynem non fuisset: ne Timotheus quidem claruisset. Eodem modo de iis existimandum est: qui ueritatem indagare uoluerunt. Accepimus enim ab aliquibus opiniones aliquas: sed hi ut tales essent illi causa fuerunt. In hac igitur philosophorum comparatione: non alterum quidem laudibus extollemus: alterum iurgis: ac contumeliis prosequemur: quod aduersarius facit: utrunq̄ enim colimus: ac ueneramus: sed quæ nam sit Aristotelis de iis: quas supra diximus: rebus opinio: & utrum eorum: quæ aduersarius refert: aliquid ille scripserit: uel quomodo scripserit: uideat: qui id possit inuestigare. Per multi enim possunt: cum fere omnes nostræ ætatis sapientes latini peripateticæ sectæ amuli sint: Et quæ Aristoteles scripsit: diligentissime indagauerint: atq̄ perceperint. Nos certe ut Aristoteles de his rebus melius: detentius: uel cogitant: aut scripserit: minime dicemus: frustra enim in re notissima laboraremus: nec aliud quicquam aduersus eum loquimur: præterquam, q̄ christianum fuisse Aristotelem negabimus. Et aliquibus fortasse in locis explanationis gratia: non eo modo: quo aduersarius putat intelligenda esse dicta Aristotelis: ostendemus: quod non eo consilio faciemus: ut crimen obiciamus Aristoteli: sed ut calumnia torem hunc uel minime intelligere Aristotelem: uel peruertere illius sententias declaremus: Platonis uero opiniones summo studio conabimur exponere: quoniam omnibus fere latinis ignotæ sunt: partim quia libri eius in romanam conuersi linguam non habentur: partim, q̄ si qui habentur: interpretum uitio minus recte sententiam sui exprimunt autoris. Merito itaq̄ huiusmodi: præsertim de rebus diuinis opiniones explicandæ sunt: ut q̄ uicina: & quasi familiaria res sint nostræ religioni: etiam latini possint intelligere: Tum e contrario quam falsa sint: quæ ab aduersario obiciuntur: manifestum sit. Hæc enim præcipua demonstrationis ratio erit: si contrarium eius: quod obicit aduersarius: ipsius Platonis uerbis ostendam. Quod si ad hæc doctorum nostræ religionis testimonium adducam: & sententias Platonis sacrosancto ore exponit probatq̄ demonstrabo: magis profecto rei ueritas elucescet: nulliq̄ dubium erit Platonem non, ut aduersarius fingit: sed, ut nos ostendimus: cogitasse atq̄ scripsisse. Nam aduersarii ineptas expositiones: & argumenta leuissima: suo loco post hæc resellam: quantumq̄ ab Aristotelis opinione: & uerbis aberrant: explicabo. Sed prius, q̄ ad rem ueniam: illud aperte profiteor: non ita me Platonis

me Platonis opinionem tueri: quasi ex omni parte probandam: & cum doctrina nostra comparandam existimem. Neq̄ enim illam animorum præexistentiam probem: nec numerum deorum non cæli: ac siderum animas: non multa alia, quibus gentiles ab ecclesia damnantur: uerum quid duo philosophi senserint: quod inter eos discrimen sit: exponere decreui. Et enim gentilis uterq̄ est: & a fide nostra alienus: tamen uter eorum melius senserit: & religioni nostræ conuenientius: operæ pretium erit declarare: præsertim: cum nullam Aristoteli iniuriam illatus sum: si præferre ei Platonem uidebor. siquidem non ultro ad hanc comparationem accessi: sed iniquitate aduersarii coactus: qui eos adeo turpiter: & ignominiose conferre inuicem non erubuit. Nam mea quidem sententia Aristoteles laudandus est: & doctrina: qua plurimum clauit: & studio: quo bene de hominum genere meritus est.

Quid in Parmenide Plato disserat de omnium entium principio.
De substantiali Dei diuinitate.
Quibus potissimum libris Plato de Deo loquatur.
Quæ nomina Deo a Platone indita.
Non modo sententiis: sed etiam uerbis Platonis uti doctissimos christianorum.
De sententia quadam Platonis in libro de legibus christianæ fidei quamsumillima.
De consonantia Platonis uerborum cum diuina scriptura.
Mentem cæli: ac terræ regem esse.
Aristotelem semper in diuinis adhæsisse Platoni.

Caput. III.

Vid igitur de primo ente: uel potius de primo omnium entium: & supra omnia entia posito principio Plato in Parmenide scripserit: uideamus. Ponam autem duntaxat capita rerum. Vnum inquit ipsum (sic enim, sic substantialem Dei diuinitatem appellat) non multa est: nec partem: nec totum: nec principium: nec finem: nec medium habet: infinitum, in formæ est: nullo loco circumscriptum: nusquam permanet: nullo siue loci: siue alterationis motu mouetur: nec ullo modo sit: nec sibi, alteri uel idem: aut diuersum est: nec simile, aut dissimile: nec æquale, aut inæquale: nec antiquum, aut nouum: nec in tempore ullo: sed omnino sine tempore: quamobrem nec generatum unquam est: nec generatur: nec erit unquam: nec modo factum est: nec sit: nec post fiet: nec generabitur: nec erit: nec substantiæ particeps est. Ista enim uerba etatis: sicut generatum est: præteritū tempus significat: erit autem fiet: & generabitur futurum: est uero: & generatur sit: præsens. Quod autem subiacet tempori id: nec erit: nec est: nec erit. Ex quo nituit nullum etiā nomen ei inditum sit: nulla definitio detur: nulla scientia: aut sensus: aut opinio eius habeatur. Itaq̄ nec notatur: nec dicitur: nec cogitatur: nec cognoscitur: nec ab aliquo ente sentitur. Hæc Platonis uerba sunt in Parmenide: quæ pauca ex multis collegi: in aliis uero opibus suis: ut in Phædro: Phædone: Philebo: Timæo: Sophista: legibus: republica: epistolis: oibus deniq̄ locis: in quibus de rebus diuinis mentionem facit: semper sui similis est: eademq̄ de eisdem dicit: quod uiri docti officii: & ueræ: atq̄ incōcussæ rationis testimoniū est. Vbiq̄ enim primum oium principium Plato unum appellat: ubiq̄ opificem: & creatorem uniuersis: ubiq̄ summum bonum regem: & conditorem oium noiat. In promptu sunt græci eius libri: quos, qui uolent legere poterit: et ex linguæ illius fonte haurire: quæ nos interpretamur possumus. Adeo autem hæc Platonis theologia sanctissimis fidei nostræ doctoribus grata fuit: ut quotiescunq̄ de Deo aliquid scripserunt: non modo sententiis eius: sed etiam uerbis uti uoluerint. Nā uir sanctissimus Dionysius Areopagita: q̄ primus, & sumus christianæ theologiæ autor fuit: meminēq̄ ante se habuit diuinæ rerum scriptorem: propter apostolū Paulum: & Hierotheum Athenarum pontificem: quibus ipse præceptoribus usus est: in libro, quæ de diuinis rebus edidit: ita scripsit: Manet quidem supra oes substantias supsubstantialis ininitudo: & supra mentes supmetalis unitas: & oibus intelligentiis inintelligibile est: quæ oem intelligentiā superat unum: & ineffabile: quæ omne dicendi rationem excedit, bonum. Et rursum: Unitas unificatio ois unitatis supsubstantialis substantiæ inintelligibilis: ratio ineffabilis: irrationabilis: inintelligibilis: inoiabilis est: nulli entis similitudine gerit: & causa est entium oium: ipsam autem est non ens: utpote, quæ ultra oem substantiā est. Item, non sensus eius est: non imaginatio: non opinio: non ratio: non scientia: non nomen. Et paulo post. Supsubstantiale diuinum principium: quæ sit sup essentialis: sup bonitatis minime intelligi potest. Nec enim, ut rationem: aut uirtutem: nec ut mentem: aut uitam: aut substantiā memorate fas est cuiquam eorum: qui ueritatis omnem ueritatem superantis amore tenetur: sed ut ab omni

habitu: unita: magnitudine: opinione: nomine: ratione: mente: intelligentia: substantia: motu: situ: loco: unione: sine: infinitudine: omnibus denique rebus superlatiue abstractum perinde intelligendum est. Hæc per immortalem Deum: nonne a Platone per eadem fere uerba Dionysius sumpsit? Quid Gregorium memorem: qui ob excellentiam huius disciplinae theologi cognomen apud grecos adeptus est? Hic in sermone de resurrectione domini ita inquit, Deus erat: & est: & erit: uel ut rectius dicam: semper est. Verba enim ista erat, & erit temporis nostri: natura: huius fluxus: atque instabilis particulæ sunt. Ille uero semper ens est: idque seipse nominat: cum Moysen in monte alloquitur. Totam enim in se essentiam complexus est: quæ nec inciperet esse: nec desinet. Et paulo post. Infinita igitur Dei ratione contemplari quidem facile potest. Idque unum de ea percipi haud difficile est: ut infinita esse intelligatur. Hæc de uno: & primo omnium principio: ac de simplicitate: & unitate Dei, Plato luce duntaxat nature illustratus scripsit. Hæc nostri sanctissimi: sapientissimi: doctores: christianæ religionis proceres diuino afflati spiritu docuerunt: quæ res aperte satis testari uidentur recte hæc & sensisse: & scripsisse Platonem. Quod si principes nostræ fidei hoc sentiunt: quis ceteros dubitet idipsū opinari? Sed hos breuitatis gratia omittimus. Illud uero, quod Plato quarto de legibus scripsit: nonne libris nostræ religionis, quæ simillimum est? Deus, ut uetus sententia est principium: finem: & medium rerum omnium continens: recte incedit nature ratione cuncta perlustrans. Hunc semper iustitia sequitur uindex eorum: qui diuinæ legis præuicatores fuerint: hunc: qui felix futurus est: deuinctus consequitur humilis & modestus: qui uero superbia elatus: uel pecuniis insolens: uel honore: uel forma corporis: uel iuuentute simul: atque amentia per contumeliam animo erectus non principem: non ducem sibi ullum desideret: quasi ipse alios regere possit: deseritur a Deo: & solus miser uagatur. Animaduertite obsecro: quanta sit horum uerborum cum sacris literis similitudo: atque conformitas. Ego inquit, ille, Deus sum primus: & ego postea ero. Hic, Deus principium: finem: & medium rerum omnium continet. Ille, Rectitudines nouit facies eius, hic, recte incedit. Ille, iustus dominus: & iustitiam dilexit: & mihi uindictam: ego retribuam. Hic, Hunc semper iustitia sequitur uindex. Ille, Post dominum Deum tuum ambulabis. Hic, Hunc qui felix futurus est deuinctus consequitur. Ille, Deus superbis resistit. Hic, Superbus a Deo deseritur. Ad hæc in Philebo, Mens, inquit, rex cæli & terræ est: quod postea in Iouem optime pulcherrimeque declarat. quemadmodum etiam in Timæo querit quid sit: quod semper est: & nullam habet generationem. Et hoc quidem, inquit, intelligentia cum ratione comprehendere potest: semper eodem modo subsistens: & reliqua: quæ ibi sapientissime explicantur. Plato itaque in his minime ab omnibus comprobatus est. Aristoteles uero: quicquid de huiusmodi rebus scripsit: Platonem secutus est, quamuis non ita expresse de his locutus fuerit. Quale est quod in libro de diuinis rebus ponit Homericum illud. Rex unus: princeps unus: aut si usquam Deum: & naturam nihil frustra agere profitetur: aut si qua naturalis auditionis libro ultimo: & diuinarum rerum duodecimo de primo mouente immobili: per se subsistente: breuissime attigit: quæ & si recte sapienterque ab eo scripta sunt: quantum tamen inter hæc & Platonis dicta interit facile qui uis potest iudicare.

Quam inepte interpretetur aduersarius uerba Aristotelis in principio de cælo & mundo.

Pythagoreos cuncta uoluisse ternario numero terminari.

Quid sit corporis proprium.

Lineam in unum distendi: superficiem in duo: corpus in tria.

Cur cuncta sint tria: & præterea nihil.

Testimonium Aristotelis ex Pythagoreis de ternario.

Aristotelem ad sensibilia Pythagoreorum intelligibilia traduxisse.

Neque Platonem: neque Aristotelem laudandos esse: quæ prædicarint: aut coluerint ueritatem: quia neuter eorum ita de trinitate sensit: ut ad christianorum accesserit ueritatem.

De gradibus diuinitatis quo statuit Plato.

Quid Plato libro. vi. de republica de secunda trinitatis persona locutus sit.

Solem non esse uisum: sed uisus causam: & uisum uideri.

De summi boni filio.

Platonem in epinomide uerbum Deum uocare.

De epistola Platonis ad Hermiam: & Heraclum: & Coriscum.

De libro Plotini: de tribus personis.

Quid opinetur Plato opificem causam esse: mentem scilicet: quæ creator sit.

Porphyrium teste Cynillo: ex Platonis sententia asseruisse diuinitatem ad tres personas processisse.

De Numenii sententia: de Deo.

Amelium Platonium: Iohannis euangelistæ theologiam probare: quem barbarum appellat.

Origenem & Arrium non lectione Platonis: ut falso aduersarius scribit: sed praua scripturarum interpretatione in hæresim lapsos.

Prauos interpretes errorum materiam etiam ex euangelio uenari.

Contra eos qui baptizatum putauerunt non posse peccare.

Speciem quandam nostræ religionis in Platone fuisse.

Quid Platonis lectio proficiat homini christiano.

Platonem ob id maxime posse laudari: quod proxime ad christianam ueritatem accedat.

Causam cur Aristoteles de diuinis non tractauerit eam esse: quæ non uiderit illa posse demonstrari.

Fidem a Platone inter uirtutes primo loco positam esse.

Qui in seditione fidus sit cum omni uirtute præditum esse: fidemque posse perfectam iustitiam appellari.

Non scientia & ingenio: ad summum bonum: sed fide perueniri.

Non magis Platonem, quam Aristotelem deorum posuisse multitudinem.

Aristotelem in libro de cælo: plures Deos manifeste ponere.

Secundum Aristotelem: cæcum, & stellas uiuere: & intelligere: & Deos esse.

Aristotelem substantiam dicere intelligibilem: sempiternamque.

De substantiarum numero.

Motus cælestium corporum censi ab astronomis quinquaginta.

Platonem: Aristotelemque longe a uulgari opinione colendorum deorum abfuisse.

Discretionem rerum naturalium: ab intelligentia: & distinctione prouenisse.

Caput. III.

T qui de trinitate diuina optime disseruisse Aristotelem scribit aduersarius in principio eius libri: qui de cælo inscriptus est. Platonem uero nusquam de ea re quicquam dixisse: immo uero plures posuisse Deos: & demonum multitudinem: quibus exhiberi diuinum cultum oporteret. Quantam uero hæc uerba calumniam præferant mox uidebimus. Primum: quæ de trinitate in principio eius libri Aristoteles scribit: tria cuncta esse: & ter quæque parte: secundum Pythagoreorum sententiam: qui uniuersum & cuncta ternario numero terminari uolunt: principium namque: medium: & finis: numerum uniuersi obtinet: hæc autem ternarium faciunt: in effabilem trinitatis diuinæ rationem explicare: non minus inepte quam prolixè aduersarius contendit. Quæ res si ita foret: nequaquam id subticiuissent tot præclaro ingenio expositores: tam greci: quam latini: qui aduersarium præcesserunt. Præsertim sanctus doctor Thomas: uir & acumine ingenii: & optimatum artium philosophiæ studiis insignis: qui opinio nes nostras Aristotelicis rationibus quantum fieri potuit roborare conatus est. Hic profecto: & qui cum secuti sunt doctissimi uiri: siquid tale religioni nostræ lucifacere potuissent: id procul dubio fecissent. Sed neque hi locum illum ita intellexerunt: & structura orationis nihil tale significat. Quod cum aduersarius ipse non ignoraret: uolens nouum hoc genus expositionis: quasi monstrum quoddam: excusare: a Deo sibi reuelatum fingit: multisque uerbis ostendere conatur: haud mirum esse: si atcanum: quod tot sanctissimos uiros latere uoluerat uni sibi Deus reuelarit: ita pueriliter atque inepte se iactat. Aristoteles autem: cum in libris quos de naturali auditione conscripsit: de principiis rerum naturalium disseruisset: materia: forma: & priuatione: statuit librum de cælo subiungere: in quo res ex principiis illis compositas tractaret. Hæc autem sunt corpora: quorum proprium est tribus dimensionibus consistere. Magnitudinis, inquit, quod in unum distenditur: linea est: quod in duo, superficies: quod in tria, corpus. Præter hæc nulla alia est magnitudo: quoniam tria cuncta sunt: & ter quæque parte. Tale autem cælum quoque esse perspicuum est. Cum igitur de natura: & rebus natura compositis ageretur: quæ nam occasio ferre poterat: ut de Deo: de incorporea: immateriali: separataque natura: de trinitate: omnem rationem: atque intelligentiam supante disserteret? Enim uero somnia ista sunt: ac signum falsæ imaginatiōis: & quæ admodum supradiximus: monstra quædam atque portenta. Veruntamen si in cōtentione pugnas: & de diuina trinitate loqui philosophi assueueras: magis certe pro Platone: quam pro Aristotele pugnas: Etenim Aristoteles huius sententiæ testes citat Pythagoreos philosophos: in tria, inquit, cuncta cæ

& ter quæ parte Pythagoreis placet: hoc est uniuersum: & cuncta: terminari. Finis enim medium: & principium: numerum habent uniuersi. Ergo hanc rationem non tanquam Aristoteles profert, sed Pythagoreis ascribit, quorum Plato magis quam Aristoteles æmulus fuit. Et quo fit: ut etiam siquid sublimius: atque diuinius his uerbis significetur: quæ capere humanus animus possit Pythagore potius: atque Platoni, quam Aristoteli sit tribuendum. Si quidem: quæ illi de substantiis intelligibilibus: aut numeris: & reliquis huiusmodi dixerit: ea Aristoteles ad res corporeas transtulit: sensusque subiectas. Verum nisi fingeretur: quæ a uero absunt: & falsa simulare uelimus: nec Platonem: nec Aristotelem: nec alium quenquam gentilium fateri debemus de trinitate locutos fuisse: quemadmodum christiani sentiunt: re nobis diuinitus reuelata: & factis litteris tradita. Neque enim fieri potest: ut humana mens excelsa: sublimisque sit: ut ueritatem illam possit attingere. Non est diuinarum rerum querenda ratio: sed sola fide: & diuina institutione: recipienda sunt: quæ credimus: alioquin nulla fidei merces nobis deberetur: ut doctores ecclesie sentiunt. Nemo igitur siue Platonem: siue Aristotelem: ideo laudandum censet: quod trinitatem diuinam: aut coluerint: aut scripserit. Vterque enim huius ueræ opinionis exors fuit: & nostræ pietatis ignarus. Sed Aristoteles quidem nusquam tale aliquid: aut dixit: aut cogitauit. Plato uero multa certe de trinitate locutus est: sed longe aliter, quam nostra religio doceat. Quippe dum gradus diuinitatum statueret: primum omnium entium principium ponit: in generatum: æternum: nullum habens principium: a nulla causa dependens: quod & unum: & summum bonum appellat: neque a se: neque ab alio productum: omni mente: omni ente superius. Mox uero primum ens statuit: quod & mentem primam: & formam primam uult esse. Productum quidem a primo Deo: quia unum: sed a se quoque: quia ens: & mens: & ordo nature secundæ. Post hæc tertium: ordine: & dignitate: uniuersi animam ponit: productam quidem, & ipsam a primo Deo: quia unum aliquo modo: ac etiam a primo ente: quia mens: sed quia per se mobile est a seipsa productam. Et hucusque processisse diuinitatem existimauit: quam obrem in epistola, quam ad Dionysium scripsit, Circa omnium inquit, regem omnia sunt: & illius causa omnia: eaque causa est bonorum omnium. Secunda uero circa secundam: & tertia circa tertiam. Sexto uero de reipublica libro quasi de secunda trinitatis persona loqueretur: cum mentionem primæ: hoc est patris fecisset, ita inquit, Sed o Beati: quid nam sit summum bonum: hoc loco missum faciamus. Plus enim mihi esse uidetur: quam ut hoc instituto assequi id possimus. At enim, qui ipsius summi boni filius: eius simillimus esse uidetur: hunc explicare per libet: uelut: si uobis etiam id gratum est: alioquin ipsum quoque missum faciam. Sed dic inquit, nam patris rationem postea reddes. Et paulo post. Nonne sol cum minime uisus: hoc est sensus uidentis sit: sed ipsius uisus causam: a sensu ipso uidetur? Ita est, inquit. Hinc igitur inquam dici a me existimes summum boni filium: quæ summum bonum generauit sibi proportionem conuenientem: ut quod ipsum est in loco intelligibili ad mentem: & res, quæ intelliguntur: idem hic esset in loco uisibili ad uisum: & res, quæ uidentur. Tum addit. Ergo, quod ueritatem his rebus: quæ cognoscuntur: & cognoscendi uim ei quæ cognoscit præbet: id esse boni ipsius ideam existima: & rursus. Solem certe non modo facultatem: his quæ uidentur præbere dices, ut uideantur. Verum etiam: ut generentur: augeantur: aliam tanquam uis ipse generatio non sit, ita certe. Et his igitur quæ cognoscuntur: non modo ipsum cognoscit: sed etiam, & substantiam a summo bono prouenire: non quod summum bonum substantia sit: sed quod omnem substantiam maiestate: potentiaque exuperet. His uerbis Plato: non modo cognoscit: sed etiam esse: & substantiam præberi rebus a summo bono: hoc est a Deo profertur: Deumque ipsum supra omnem substantiam esse: & maiestate: potentiaque excellere: ut nec sine causa sint res ipse intelligibiles: & Deus, qui eas produxit, ut, ac reuerentia omnes excedat. Quem lo cum Gregorius theologus: cuius supra mentionem feci: totum fere eodem modo sumpsit: in ea oratione: quam scripsit de laudibus Athanasii. Quod rebus sensibilibus inquit, sol est: id est intelligibilibus Deus. Alter enim lucem mundo uisibili: alter mundo inuisibili præstat: & alter uisum corporeum: alter naturam intellectualem sibi similem reddit. Atque ut sol uidentibus: & uidentibus: his quidem quo possint uideri: illis quo uideri possint: seipsum præbet: omnium, quæ uidentur: pulcherrimus est: Ita Deus intelligentibus: & intelligentibus: illis quidem, ut intelligere possint: his, ut possint intelligi: præstat, ipse omnium: quæ intelliguntur summus est: in quæ uis intelligendi omnis quiescit: & progredi ultra non potest. Itæ Plato: quasi de uerbo diuino differret: hoc ipsum uocabulum usurpans: In libro quæ legibus suis additum Epinomidem scripsit, ita locutus est. Honoræ inquit, exhibeamus oibus sideris diis: nec huic annuimus: nisi semper: ceteris aut nec regionem ullam: nec epus statuamus: quo suum orbem perlustrant: circumuolando mundum: quæ dei uerbum uisibile fecit: hoc felix quæque primum admittat. Postea amore incensus ad intelligendum

quantam uis humani ingenii attingere potest: existimans futurum: ut hoc modo: & uirā agere optimam: ac felicissimam possit: & post mortem: loca petere: quæ uirtuti parata sunt. Hic Plato uerbum appellat mundi opificem: & contemplationem eius: tam in uita: quam post mortem felicitatis: ac beatitudinis causam hominibus esse arbitratur: & in epistola: quam ad Hermiam: & Eraftum: & Coniscum scribit, ita inquit. Hanc epistolam nos omnes: qui tres estis legere oportet: præsertim simul: uel saltim dum bini estis: quanto frequentius fieri potest: utendumque uobis est pacto: & lege certa: etiam iureiurando: ut æquum est interposito: non sine eleganti studio: & quæ studii soror est: disciplina: testando Deum omnium rerum: quæ fuerunt: quæ sunt: quæque future sint: principem: & principis: opificisque cause patrem: dominumque, quem illi hoc modo philosophi habitant: cognoscemus aperte omnes: quatenus felicitis hominis natura attingere poterit. Hæc sunt: quæ ex multis Platonis dictis: pauca admodum collegi. Ex Platonis uero: qui nobiliores fuerunt. Plotinus in primis librum de tribus personis principalibus scripsit. In quo primum notandus est titulus: cum & personas nominet: & secundum ritum nostræ religionis ternas constituat. Deinde in ipso libro: post multa ad hanc rem pertinentia, ita inquit. æternum illud: ad quod perfectum: æternum semper: perfectumque generat: minusque est: quod generatur, quam quod generat. Quid igitur de perfectissimo illo dicendum est? Nihil ne ab ipso esse: an quæ summa sunt esse post ipsum? Summum igitur post ipsum, mens est: & secundum: Mens enim illud uidet: illoque uno eget: illud autem hoc non eget: & quod a maiore illa mente generatur: mens est: atque omnibus præstantior: quia cetera posteriora sunt. Omne autem id appetit: atque a quo generatum est: præsertim eum sola sunt: quod generatum: generatumque est. Cum autem optimum est: quod generatum: tunc adeo: cum eo coniunctum est: ut sola ut ita dicam, alteritate distinguatur. Imaginem autem illius mentem esse dicimus: quædoquidem manifeste loqui oportet. Et paulo post. Idcirco apud Platonem ternæ sunt omnia. Circa omnium regem, inquit, omnia sunt: secunda circa secundam: & tertia circa tertiam: Plato itaque patrem esse dicit opificis cause: hanc opificem causam mentem esse opinatur: pro creatore enim mentem ponit: cuius mentis & cause patrem dicit bonum ipsum: & summi uel bonum: atque omni mente: substantiamque nobilior: Pleo: atque etiam ens: & mentem ideam esse fatetur. Quapropter hanc esse Platonis sententiam manifestum est: ut mens ex bono ipso: anima ex mente suam esse substantiamque assumat: Porphyrius uero teste sanctissimo uero Cyrillo in libro: quem aduersus Iulianum scripsit: dum Platonis opinionem exponeret usque ad tres personas substantiam diuinitatis processisse commemorat. Primum quidem esse Deum ipsum supremum bonum: Secundum creatorem: Tertium animam mundi: æternam ad animam usque rationem procedere diuinitatis. Numerus quoque eum inquit, qui cognitionem de Deo habiturus est: primo & secundo distribuere ordine: quæque oportet: & postquam eius rei gratia diuinitatem suam implorauit: ita prosequitur. Distribuendum iam est. Deus primus in se subsistens simplex est: sibi ipsi omni ex parte semper copulatus: diuisus: & diuisus non potest. Secundus autem Deus: & tertius unus est: sed hærens materie: quæ bina est: eam unitipeseque ab ea secatur. Et paulo post. Neque enim creare decens est primum deum: & creatoris Dei patrem esse primum Deum putandum est. Multa etiam his similia de eadem re dicitur: quæ longum esset referre. Amelius uero nonne theologia Ioannis euangeliste sequi profertur uidetur, cum dicit. Atque hoc erat illud uerbum: per quod ea: quæ facta sunt: fiebant: cum tamen semper essent: quemadmodum & Heraclitus uoluit: & per loquem barbatum ille ceter in ordine: dignitateque principii constitutum apud Deum esse: & Deum esse: & per ipsum omnia facta esse: & in ipso: quod factum est: uinum & uita: & ens fuisse: & reliqua huiusmodi. Neque enim referre omnia opus est: cum in promptu sint eius libri: lectitare uolentibus. Hic sane: quia ueritate licet inuitus: negare non potest: reus quem tanquam hostis barbaram appellat sententiam probat: & accipit fidem. Quod si aduersarius: qui omnia perperam interpretatur, ea: quæ sanctissimi doctores: tanquam adminicula quædam nostræ religionis sumpsere: causam fuisse calumnia: tunc Origenes: Arius: alique huiusmodi in perniciosis erroribus inciderent: quippe Platonem scribit autorem fuisse uariarum hæresum: quæ inter christianos pulularunt: cur non patri ratione euangelice etiam: & apostolicos libros: ac omnem sacrarum literarum doctrinam damnent: atque reiciat? Quicumque enim minus recte sacros libros interpretati a uera sententia deuiarunt: conati sunt opinionem suam: diuinitatem uerborum auctoritate roborare. Quemadmodum Arius per uerba illa euangelice: Pater meus, maior me est: Et de die illa: & hora nemo nouit: nec filius: sed pater: & mea doctrina: mea non est: sed patris: alique huiusmodi: nisi haud patri æquale esse existimauit. Et Sabellius: quod a filio dictum est: ego & pater unum sumus: Patrem & filium in unam contrahi personam censuit oportere. Quicumque propterea spiritu baptizatos nunquam retari posse a demone crediderunt: uerbis illis Ioannis euangeliste suam confirmarunt opinionem: Ois: quæ natus est ex deo: peccatum non habet

quoniam semen ipsius manet in eo: & non potest peccare: quia ex deo natus est: & rursus: Qui natus est ex Deo: non peccat: sed generatio Dei seruat eum: & malignus non tentat eum. Verum non factum literarum hoc crimen est: quod illi ex his argumenta sumant: quibus errorem suum tueantur: sed si potius reprehendendi: dandi: sunt: qui recte dicta puerunt. Nam si Origenes: aut Arius perfecte sacram scripturam intellexissent: nequaquam lapsi fuissent in tam puerum errorem: quem inepte postea: & Christi: & Platonis uerbis defendere cogerentur. Non enim Christi dicta ad Platonis sententiam accommodanda sunt: sed uerba Platonis ad sententiam Christi. Itaque illi non in exquirendis Platonis sententiis: sed in iaciendis opinionum suarum fundamentis errabant. Quis enim nesciat Platonem christianum non fuisse: neque talem: quem sequi e uestigio debeant: qui se christianos profitentur? Speciem quandam nostrae religionis in Platone fuisse non diffitemur: luce naturae illustratam: quam eius creator & princeps: diuina filii sol doctrina postea plenius aperuit: & sua beneficentia manifestius reuelauit: quae specie non medio ceteri iuari posse hominem arbitramur: qui ex Platonis doctrina ad nostrae religionis perfectionem statum se contulerit: ita principia quaedam uerae theologiae & Platonis scriptis surgere: & quasi scaturire uidentur. Quod si quis a perfecta sacram literarum institutione per errorem discedens ad Platonis disciplinam se contulerit: ipsius culpa erit: non Platonis. Nam Plato: uel ex ea re laudari maxime potest: quod etiam: qui se christianos profitentur: minime se ab illius opinionibus discedere existimant: quod profecto non contingeret: si Plato similitudinem quandam: & conformitatem cum christiana religione non gereret. Haec igitur & alia huiusmodi multatam Plato: quod eius successores de trinitate scripserunt: Aristotelem uero nescio ubi ostendere possit aduersarius tale aliquid tradidisse: si uerum fateri uelit. Nam locum illum de caelo: quem unicum asserere potuit: nihil ad rem facere supra demonstrauimus: nec siquid graue diuinum significaret Aristoteli magis: quam Pythagore: & Platoni id tribuendum foret: siquidem ipse quoque Aristoteles ad Pythagoreos refert: quod ab eius consuetudine alienum uidetur. Perraro enim: ut expositores eius tradunt: pythagoreorum testimoniis uti Aristoteles consueuit: nec sane mirandum est: nihil illum de huiusmodi rebus locutum fuisse. Demonstrationis enim necessitatem ubique secutus est: nec uersati in rebus uoluit: quae probari manifesta ratione non possent. Fidem autem de supernis: ac diuinis rebus: quibus nihil est prius: unde sumi demonstrationis medium possit: cum omnium rerum primae: & uniuersorum cause sint: praeterit omnino: ita ut non modo nihil de his scripserit: sed etiam quid senserit: obscurum omnibus reliquerit. Plato uero in hoc praecipue cum nostra religione conuenire uidetur: quod nullam quant demonstrationis rationem: sed primam: praecipuamque omnium uirtutum fidem constituit: per quam res diuinas merito colendas existimat. Si quidem in Timaeo ita locutus est. Nam de aliis quidem demonibus dicere ortum: atque explicare posse: plus est quam nostrae uires sufficiant. Credendum autem his est: qui ante dixerunt. Ex deorum enim: ut ipsi testantur: progenie orti sunt. Itaque maiores suos certius nouerunt. Quapropter nefas est deorum filios non credere: quam nulla demonstrationis necessitate loquantur. Sed quoniam sua pronuntiare fatentur: obtemperandum legitur: atque eis fides adhibenda est. Item primo de legibus libro: cum Tyrtaeum alloqueretur: qui uirum fortem aduersus exteris nationes laudabat uolens ostendere eos illo longe praestantiores esse: qui tempore seditionis: quam infestissimum praedium nominat: sese recte gessissent: Theognidis carmen attulit.

O cyrno argento iuste praefertur: & auro.

Qui seruat tetra in seditione fidem.

Quam Theognidis sententiam dum mox exponeret: Talem uirum tanto illo praestantiorum asseruit: quanto iustitia: temperantia: atque prudentia cum fortitudine coniuncta: sola fortitudine praestantiores habentur. Fides enim: inquit: & constans nemo in seditione est: qui non sit ceteris etiam uirtutibus praeditus. Et paulo post. Hic quoque a Ioue legumlator constitutus: & quicumque alius etiam parum utilis: nihil aliud: quam ad summam uirtutem in primis semper respiciens: leges condet. Est autem haec: ut Theognidi placet: Fides in rebus aduersis: quae perfecta iustitia appellari potest. Quin etiam duodecimo eiusdem libri uolumine: cum legumlatores orbatis parente filiis: tutoresque constitueret: quibus pupillorum curam commendaret: cupiens efficere: ut quasi parentes alteri: nequaquam iis: qui genuissent: deteriores haberentur: & ut illi ad hoc humanitatis officium excitarentur: elaborans: ita hortans est. Opportuno quidem tempore uerba latius ante iam fecimus: cum defunctorum animos potestate quadam praeditos esse explicarem: qua rerum humanarum curam admistrarent. Quae opinio uerissimo quidem: sed longo sermone continetur. Verum fides quidem adhibenda est: tum famae rerum huiusmodi tam crebrae: & uetustate celebratae: tum autoribus legum: qui haec

ita iubent: nisi profus dementes esse uideantur. Haec profecto eodem tendunt: quo illa de Hieremia propheta in libro machabeorum: ut postquam diem obierat uisus sit deprecari pro populo: quasi adhuc suorum hominum saluti prospiceret: Haeret igitur his opinionibus Plato bona fide. Ac proinde in Gorgia: cum de inferis illis iudiciis: & supplicis: & delictis loqueretur: si fabulae quidem haec illis uideri dixit: se uero non fabulas: sed rem ueram iudicare: opinarique eos quidem: qui iuste & sancte uitam duxerint: ad insulas beatorum demigraturos: qui uero iniuste: atque impie uixerint: in carcerem cruciatus & poena: quem tartarum uocat: detradendos: quae cum latius differuissent: haec addidit: Haec sunt Callicles: quae ego opinor uera esse: Et postremo. Mihi igitur Callicles his uerbis omnino persuasum est. Proclus quoque: quae ex eadem Platonis disciplina fluxisse constat: iis: inquit: hominibus: qui ad summum bonum: peruenire cupiunt: non scientia: & ingenii exercitatione opus est: sed firmitate: stabilitate: quiete: tranquillitate: quod ut summam dicam: fides deorum est: quae nos ad summum bonum: & deorum: ac demonum omnia generat: atque animas beatas ineffabili ratione trahit: atque coniungit. Non enim per scientiam: aut operationem ullam ingenii exquirere summum bonum: aut ad ipsum aspirare debemus: sed offerre: commedareque nos diuinae luci: & praeculis sensibus in illa incognita: & occulta entium unitate quiescere. Hoc enim fidei genus omni doctrina antiquius est. Verum cum aduersarius Platonem accuset: quod plures coluerit deos: cur non eiusdem criminis reum peragit Aristoteles: quod ipse quoque non uno contentus plures statuerit? Nos quidem Platonem non christianum: sed gentilem fuisse fatemur: & quod professionis suae intererat fecisse: ut deos & diuinitatum gradus plures statueret: At ipse: qui Aristotelem inter christianos collocandum censet: Et unum tantummodo Deum ab eo poni proclamat: quid ad ipsius uerba hiscere audebit? Hic enim in eo ipso proemio de caelo: quo loco aduersarius eum trinitatis assertorem facit: Ita inquit. Et in sacris deorum: hoc numero utimur. Item secundo eius libri uolumine: Caelum & locum supremum ueteres diis tribuerunt: Et rursus coniecturae: quae deos esse suspicamus: ita duntaxat reddere rationes consentaneas possumus: Ad haec: caelum & stellas uiuere: & animalia esse fatetur: nec solum animalia: sed etiam intellectalia: & diuina: & deos. Caelum etenim: inquit: animatum est: & motus principium obtinet: & corpus diuinum est: atque unumquodque sydus ex eodem corpore est: in quo circumfertur. Post haec cum causam expressisset: cur non subinde: quae magis a primo deferente distant: pluribus motibus moueantur: sed quae interposita sunt: plures habeant motus: & quae obtem in primo deferente tantum stellarum numerus sit: in ceteris singulae singulis cohaereant: Nos: inquit: adhuc de his tanquam corporibus tantum: & unitatibus ordine positus: sed profus inanimatis consideramus: uero existimandum de his est: tanquam uitam: actionemque habentibus. Undecimo etiam uolumine eius libri: quem de rebus diuinis composuit: cum substantiam demonstrationis esse intelligibilem: sempiternam: exortem partium: indiuisibilem: infinitam: tempore infinito mouentem: passionis: alterationisque exemptem: tum una: ne an plures huiusmodi substantiae ponendae essent quaerens: & si plures: quot nam essent ponendae: idem uero tot numero substantiae esse respondit: quot ea ipsa sunt: quae mouentur. Unde quae enim delationem inquit: necesse est ab immobili: & per se sempiterna substantia moueri. Postremo ad certum etiam numerum eas substantias redegit: quinque scilicet & quinquaginta: quod totidem motus caelestium corporum ueteres astronomi posuissent. Quin etiam plures substantias facile se concessurum ostendit: motus quoque plures esse constitit: Haec & alia huiusmodi permulta ab Aristotele scripta: quis non iudicet eas esse: qui plures deos statuerit? Fuerunt nimirum: & ipse: & Plato (ut supra diximus) gentiles: & plures uterque diuinitates superiores: atque inferiores opinatus est. Non tamen usque adeo in errorem uulgi lapsi sunt: ut fabulas quasdam obscenas: & inanes statuas coluerint: sed Deum unum omnium rerum principium: ingenitum omnino: & omni causa uacantem posuere: multas praeterea alias substantias: etiam aeternas: sed a primo illo gradatim descendentes: ut aliae superiores: aliae inferiores habeantur: uerum omnes ad unum primum referri: indeque pendere: atque a primo: & proximis primo esse productas. Ista Plato quidem apertius tradidit. Sunt tamen etiam: qui Aristotelem non secus sensisse interpretentur: ut enim in rebus: quae sensu percipiuntur: sic in iis: quae intelligentia comprehenduntur: distinctionem dicunt: & naturarum diuersitatem esse oportere: in deorum rerum naturalium discretionem prouenire. Nec Platonem igitur reprehendi fas est: quod ita senserit: cum Aristotelem probamus: nec Aristoteles arguendus est: cum extollimus Platonem: commune enim amborum crimen est: & pari ratione alienus uterque est a religione christiana. Sed de his haec.

Quid de entium productione Plato: atque Aristoteles scripserint.

De causis & earum numero: & de causa exemplari Platonis.

Ex decimo legum libro, reprehensione dignos esse: qui uel natura uel fortuna res fieri afferunt.
 Deumq; & mentem omnium causam esse.
 Secundum Platonis sententiam: qui bonus est: cum inuidia minime tangi.
 Quam ob causam Deus condiderit uniuersum.
 Homines licet non immortales: aut indissolubiles sint: nunq; tamen dissolutionis: aut mortis
 conditionem esse passuros.
 Voluntatem Dei: & bonitatem omnium rerum causam esse.
 Conditorum in opificio mundi exemplar respexisse sempiternum.
 Cur mundus sit animal.
 Platonem multa, non coniecturis: sed fidei ueritate asseuerare.
 Aristotelem de fabrica mundi, & similibus hoc solum dixisse, deum & naturam nihil frustra agere.
 Platonem: Aristotelemq; ut de formata etiam de materia tradidisse.
 Aristotelem materiam, ut mundum, aeternam posuisse.
 Principia rerum Platonica: materia: forma: & deus.
 Nusquam posuisse Platonem materiam: & formam materialem, rerum principia.
 Informem materiam: ac primam a Deo productam.
 Quicquid ab immobili sit immutabilem essentiam habere.
 Primam materiam esse mediam inter generatum: & ingeneratum.
 In Parmenide ostendi materiam unum esse: & nihil omnino actu esse: & dissimilem similitudinem cum prima causa habere.
 Deum nihil rerum omnium esse ratione excellentiae: utpote unum supersubstantiale.
 Materiam nihil omnium rerum esse ratione priuationis: & ideo omnibus rebus deteriorē esse.
 Materiam sententia Platonis nō ens, potius, quā ens esse: & aliquo modo unius esse participet
 unius uero participatione omnia substantiam habere.
 Formam inuisibilem: & informē omnium rerum capacem: ac recepticem: & quasi matrē esse.
 Falli eos, qui dicere Platonem existimant materiam: & formam corpora animata: prius, quam
 mundus fieret, temere solita moueri.
 Qualis fuerit prima materia secundum Philonem.
 Cur Plato diffinierit informem materiam a generatione & forma.
 De origine mundi secundum Orpheum.
 Secundum Hesiodum, infinitudinem primum omnium fuisse.
 Librum genesios de prima materia idē sentire: quod uetustissimi philosophi: & poetae senserūt.
 Principium entium: nec ab uno ente: nec a multitudine esse sumendum: sed ab ipso uno.
 Materiam, & ideas a primo creatore datas secundo creatori ad re: sensibilibus productionē.
 Materiam ideo esse concausam: quia potentia ens sit eorum: quae fiunt.
 Deum ita materiae impertiri esse: ut inseparabilis sit a forma.
 Materiam etiam secundum Platonē sit aeterna: deo tū ab eo minime coaeterna poni. **Caput. V.**

Vnc de productione entium considerandū est: quam Plato (si aduersatio credimus)
 ex materia praexistente: Aristoteles uero ex non ente simpliciter: sola uoluntate diuina fieri opinatur. At mihi quidem contrarium prorsus uidetur: nec mihi solum: sed
 oibus doctissimis uiris: qui Platonis: atq; Aristotelis libros exposuerunt. Verba etiā
 ipsorum autonum sententiam nostram uidentur aperte confirmare. Sed quoniam de causa rerum: quae hūc agimus: uidendumq; est: an materia earum causa sit: idcirco de ipsis causis primo
 tractandum uidetur: ut res de qua agimus, perfectius explicari possit. Causas igitur Aristoteles
 quadrifariam partiti est: quippe materialem posuit: formalem: inalem: agentem. Plato autē his
 addidit etiam exemplarem: atq; instrumentalem. Sed quid de causa agente: finali: exemplari: si
 ue formali locutus sit, uideamus. Causam agētem in Timaeo exponens: mundum, inquit, factū
 esse: oportere autem omne: quod fit: ab aliqua causa fieri: impossibile enim prorsus fore aliquid
 fieri sine causa. Post haec, creatorem, inquit, atq; opificem uniuersum: nec inueniri facile: nec si inue
 niri potest: ut omnibus explicemus. Itē in libro de legibus decimo, reprehendens eos
 qui res factas: & quae fiunt: quaeq; futura sunt: natura, siue fortuna dixerunt enenire: totū, inquit,
 caelum: & omnia: quae caeli ambitu cōtinentur: animantes etiam, & stirpes: & tempora anni nō
 mente: nō deo aliquo: nō ulla artis ratione: sed (quod diximus) natura & fortuna creati uolūt
 quos certe ideo arguit Plato: quia deo & mente omnia esse: fieriq; eamq; esse causam agentem
 existimabat. Finale uero causam: quibus uerbis in Timaeo extollat: uideamus: Dicamus, inq; quae
 cā generationē: & hoc uniuersū cōdiderit: q; cōdidit. Bonus erat: bono nullius rei inuidia eē po
 terat.

terat. illius igitur expertis omnia sibi quāsimillima effici uoluit. Et rursus, sic igitur optimo iure
 dicendum est mūdum hunc animal esse: mente praeditū: sola dei immortalis prouidentia crea
 tum. Item: uos quidem non immortales: neq; omnino indissolubiles estis: Nullam tamen dis
 solutionis: aut mortis cōditionem patiemini: cum iam uoluntatem meam potiori: firmiori
 uinculo adepti eritis: q; illa erant: quae uos dum crearemini, uinciebāt. Haec eadē in sermone ci
 uili: quem graeci politicū nominat: & oibus fere locis: in quibus de hac re loquit: sibi constans
 exponit: uolūtatemq; & bonitatem Dei fuisse: & esse finalem rerū omnium: tum intelligibilium: tum
 sensibilium causam praedicat. Exemplarem etiam causam tradēs: utrum nam, inquit, exemplar
 spectauit: qui condidit: id ne: quod per eadem: eodemq; modo se habet: an id: quod genitum
 est? Certe si pulcher hic mundus est: & ipsius mundi opifex bonus: sempiternum exemplar respe
 xisse cōditorem manifestū est. Item cum deus omnium: quae in intelligentiam cadunt rerum: pul
 cherrime: & perfectissime similitudinem maxime cum facere uellet: animal unū uisibile: cuncta naturae
 animalia sibi cognita intra se continens, creauit. Et paulo post: unū esse mūdum fatetur: siquidē
 ad suum exemplar creatus est. Et iterum: atq; etiam magis: magisq; inquit, similem ad suum ex
 plar efficere illū uoluit. Haec Plato: & multa his similia non coniecturis quibusdā: & uerisimi
 libus argumētis: sed fidei autoritate omnibus fere locis suorum librorū asseuerat. Aristoteles uero
 siquid tale de huiusmodi rebus locutus est: praeterq; quod deum: & naturam nihil frustra age
 re affirmauit: ostendat aduersarius: & palmam adeptus: coronatus incedat. Sed iam de mate
 ria quid Plato senserit: consyderemus: ut discerni ab omnibus positum: uel loco distincta opinet. Vterq;
 porro: & Plato: & Aristoteles non modo de forma, uerū etiam de materia locutus est. Nam re
 rum sensibiliū causam quoq; materialē esse necesse est: nec fieri potest: ut aliquid huiusmodi sit
 sine materia: uerū Aristoteles materia: formam: & priuationem principia oīum entium posuit
 & simul ingeneratam: aeternāq; esse materiam scripsit: quae admodū mūdū quoq; aeternū & pu
 tar: & conat demōstrare. Plato autē materiam posuit: & formam: & deum: quae rursus ens: & for
 mae capedinem: & generationem uocauit: & formam quidem duplicem statuit: aut enim exem
 plarem: aut materialē: deum autē posuit causam agētem: atq; finalē: cū de ortu, ac generatione
 mundi disseruit: quae & ens ipsam: & uere ens: & supra omne ens noiauit. Neq; materialem for
 mā: neq; multo minus materiam: ex aduerso distincta cōditori: neq; has principia rerum absolute
 prima: nec aequales entium causas esse posuit: neq; praexistere: quomodo aduersarius intēdit: ma
 teriam praefuisse informē: ex qua postea deus mūdū creauit. Sōnia ista: portētaq; aduersarii sunt.
 At Plato a Deo formas cōsueit esse productas: tum primas: & exēplares: uel ideas: tum secundas:
 rebus generandis accommodatas: siue eas separabiles: siue inseparabiles dicere uelis. a Deo etiam
 productam esse materiam omnino informem: ac primam: ut a prima absolute: & uniuersali o
 mnium entium causa: aeternam etiam ipsam: atq; ingeneratam: sicut formae sunt. propterea q;
 a causa immobili sunt productae. omne enim: quod ab immobili causa sit immutabile habere
 essentiam censet: non tamen aut omnino ingeneratū: cū generata sit: quae non sine causa est: aut
 omnino generatū: cū tēpore ingenerata sit. nullo enim tēpore generata est: sed inter generatū:
 & ingeneratū: quasi mediam consistere: ut in Parmenidis quinto supposito latius declarat:
 quo in loco eam unum esse: & nihil actu omnino esse: & dissimile similitudinē cum prima cau
 sa habere per negationes aperte demōstrat: cum negationes in materia quidem priuationē, in
 Deo autē rerum omnium causam significant: q; si Plato nihil omnium rerū esse materiam ponit: id
 nō ratione excellentiae: quae admodum supersubstantiale unū: sed ppter priuationē: & quia rebus
 oibus deterior est: quo pacto ausit quispiam affirmare eū posuisse materiam praexistente: aequa
 le Deo, omnium simplicissimo: ac oibus bonis praestantiori: & cause omnium primae? Enim uero
 tantum abest: ut Plato praesse materiam: ac deo acquirere existimet: ut eam potius non ens di
 cat: nec alia ratione ens: nisi quatenus unius particeps est: cuius participatione cetera quoq; o
 mnia & sunt: & substantiam habent. Rei enim generatae, inquit in Timaeo, uisibilis: atq; omni
 no sensibilis materiam: & recepticem: non terram: non aerem: non ignem: non aquā dicimus: nō
 aliud quicq; ex his constitutū: aut ex quibus ipsa constituta sunt: sed formam quandam inuisibi
 lem: in formem: omnium rerum capacē: ac recepticem: quam si parum intelligibile: & perdiffi
 cilem cognitu esse dixerimus: haud profecto metiemur. Nam si Plato praesse ens: & capedinē
 & generationē ante mundi originem dicit: quibus uerbis decepti pleriq; materiam putant re: se
 causam ab eo positam esse: & ante mundi originē fuisse: intelligant, si possunt: haec non re sepa
 rat: ut alterum praedat: alterum sequatur: sed cogitatione: seu ratione generationis sciungit:
 quemadmodum Deus simul producit patres: & totum: sed ratio distinguit: quae simul cōstitu
 ta sunt: & pro eo: natura alterū prius: alterū posterius dicit. Cū itaq; uia: & ratione generatio
 nis

materiam præesse oporteat: & ex materia subiecta cõsentaneum sit quod generatur generatis: ob eam causam præfuisse materiam Plato inquit: nec secus Aristoteles sentit. quippe subiiciatq; præesse materiam in quacũq; generatione demonstrat oportere. quod si in quacũq; generatione nequam dederis: ita sit: & in prima sic ratione est distinguendũ. Concedat enim uel ipse aduet sarius primam generatione, oportet: quãdoquidẽ Aristotelẽ dicit ex non ente simpliciter mundum p̄ducere. Ratio igitur: quã simul sunt: distinguit: & generat quã ingenerata sunt: & diuidit secũdum tẽpus: quã æterna sunt. Quod Timæus quoq; ille pythagoricus in suo sermone uidetur significare. Prius, inquit, q̄ cœli rationis distinctione fieret: erat idea: & materia: & opifex deus. Cum itaq; generatione cœli non reuel tẽpore: sed ratione distingueret: non temere materiam præesse dixit: quẽ ad modum partes per distinctione intellectus toto priores sunt. quippe ante omne cõpositum necesse est ea intelligi: ex quibus constat illud esse cõpositum. Eodẽ pertinet illud quoq; in Timæo Platonis. Cum enim post cœli generatione tractare de anima cœpisset: haud posteriorem, inquit, ut nos secũdo loco tractauimus: eam cõstituit cõditore: & natura enim: & uirtute antiquior corpore anima est: quin etiam tẽpus cœlo posterius dicere uideatur: cum tamen alio loco simul cũ cœlo factũ esse tẽpus dixisset (ut inquit) simul ortasimul intereant: siquãdo accidere possit eorũ interitus. Cum enim, inquit, pater qui genuerat uitum ipsum: seq; mouens sensisset: & deorum immortalũ effigiem habẽs: mirifice letatus est: & exemplari magis simile reddere cogitauit. Itaq; tẽpus imaginẽ mobilem æui deorũ machinatus est. Per multa etiã eodem: quo sunt aut sunt modo: exprimi non possunt: præsertim cum de rebus diuinis loquimur. Quis enim nesciat: cum dicimus deũ fuisse ante, q̄ tẽpus: aut cœlum fieret: improprie hoc dici: & tamen cõcedi oportet: quia aliter loqui non possumus: Cui loco haud distimile esse illud etiam in Timæo uidet. Verba ista: erat: & erit: quã tẽporis species sunt: imprudentes ad substantiam sempiternam transferimus. Non recte etenim dicere de ea solemus: erat: est: erit: ut uera ratione: solum est ipsi conuenit. Cuius tam ineptæ locutionis mox causam reddens: Sed nos, inquit, qui uicissitudini fortunã: & casus subiecti sumus: ita loqui solemus. Mouere etiam fortasse aliquos possent illa uerba Platonis. Ita ille: cum omne: quod uisibile foret, recepisset: minime trãquillum: sed inordinato quodam: & tumultuario motu agitatũ: ad ordinem ex inordinatione redegit: existimans id omnibus rebus fore præstantius. hoc enim loco dicere Plato uidet: non modo materia: sed corpora quoq; ipsa: ac etiam animam temere moueri solitam ante, q̄ mũdus cõderetur. Corpus nãq; anima uacans moueri uel ordinate uel inordinate non potest. hæc uero sic incohata: & errantia Deũ postea recepisset: ut expoliret cõstituta: ac certa ratione disponderet: quasi nõ natura: atq; essentiam rerũ creauerit Deus: sed ordinẽ dũta xatã: atq; ornatũ rebus addiderit. Verum hæc quidẽ non ita accipiendã sunt: ut humano sermone proferuntur: & sonant. Quippe rem intelligibile: ac diuinã per uerba humanis auribus familiaria Plato exponit: quomodo diuinus propheta Moyses de mũdi creatione locutus est. Nõ enim Deo manus erant, quibus acciperet: non oculi, quibus uideret: non os: lingua: & dentes: quibus loqueret: non primum: aut post, erat: cum tẽpus nõ erat: sed partim hominũ: & uerborum cõsuetudini indulgent: cum ita loquitur prudẽtissimi auctores: partim res profundissimas ad doctorũ hominũ intelligẽtiam ducunt: quod a Philone quoq; iudæo: uero doctrina illustris: & græcã linguã facũdia celeberrimo astuti uidemus: sic enim scribit in eo libro: quem ex sententiã Moysi de mũdi creatione edidit. Nam si quis causam quare uniuersum hoc creatũ sit, uelit exquirere: nõ errabit, meo iudicio: si id existimabit: quod quidã ex ueteribus ptulit: bonum esse creatorem ipsum: & genitorem: & autorem uniuersi: & bonitatis suã gratia: nulli substantiã inuidisse: quã sua natura nihil boni haberet: & tũ fieri oĩa posset. Erat enim sua ipsi natura inordinata: in formis: in animata: omnino uaria: in cõgrua: in cõcinna: in cõstans: apta: quã in contraria mutaret: & optimarũ rerum ratione susciperet: formã uidelicet: animationis: similitudinibus: cõgruitatis: cõcinnitatis: oĩum deniq; rerũ idea: melioris. Item in secũdo eiusdẽ libri uolamine. Cũ inquit, creator substantiã inordinatã: & natura sua cõfusam in ordinẽ ex inordinatione & idiscretionẽ ex cõfusione traductã formate cœpisset: terra, atq; aquã medio loco firmavit. Ita hic etiã uir sapiẽtissimus loquitur: cũ materiã præesse uia generationis: quod philosophi omnes admittant, significat: & quã sine tempore: & uniuersa creata sunt a Deo distinguere: atq; ordine humanã cõsuetudinis, explicare cõmodius arbitratur: Plato uero & corpus: & animũ cœli cõstitutum a Deo dicit: quanq̄ non cõstitutũ: aut cœlum: aut animũ opinat: ea cõstitutione: quã non a tẽporis: motusq; ratione disũgitur. Quapropter is quoq; de materia locus: quã eam præesse dixit: anteq; mũdus siue crearetur: siue generaretur: siue cõderet: siue constitueretur: nec contentiose tractãdus est: nec si aduersarius intelligere nō sit: idcirco cõtemnendus uidetur. Perspicuum est enim Platonem: cũ prouidentiam Dei: & quot: quantaq; bona in hũc mũdũ ex mente animã

animã: q̄ præsentia insuant, uellet ostendere: quã uniuersa disponit: moderatur: & gubernat. primũ ipsam seorsum per se materialẽ naturã cõsiderasse: in cõditam: erraticam: temerariam: atq; etiam maleficã: talẽq; posuisse in generatione præexistẽtem: ut ordinem: atq; ornatũ formã: & habitus cum dispositione: cõstituat: & moderatione a cõditore: animoq; ipso proficiscẽte intelligeremus: & naturã utrãq; propria possemus ratione describere: quid materia ipsa per se anima priuata esset: quid forma: quid uia generationis præcederet: quid sequeretur: quid generando posterius foret: quod tamen natura esset prius. Hæc ut ita intelligerentur: Plato materiam separauit a forma: eamq; generationem: & capedinẽ nominauit. naturam etiã inordinatã: in cõditã: temerariam: erraticam: tumultuariã: eandẽq; a conditore receptam: dispositam: institutam: ornatã: tamq; pulcherrima mũdi cõpage fuisse. Et Plato igitur ipse correlatiua esse simul: & generationem ab opposito ad oppositũ uiam esse: & simul esse materiam: ac formã non ignorauit. quippe qui de his oĩbus aptissime differuit: Verũ tamen ne quod addi debuit, deesset: ita locutus est: ut & ratio: quã materia antecedit: ac præest, intelligeretur: & morem sermonis ciuilibis: atq; usitã seruaret. Animaduertẽdum præterea est: cum Plato dicit auctore illum: & patre uniuersi inuenire difficile est: qd sibi uelit illud uniuersum: & quomodo qui uniuersum dicit, nihil excludat. Cum itaq; uniuersi creatorem dicit: non minus materiam: q̄ formã creaturã: cõpositum creator, affirmat. Quis enim usq; adeo rudis est: ut cum uniuersam hanc mũdi machinã creatã audiat: præfuisse aliquam eius partem existimet: ex qua uniuersum ipsum crearet? Ad hæc si Plato animã: quã multo nobilior: atq; diuiniõr est: non modo habitũ: sed etiam subiectum: & quasi materiam productã a Deo dicit: idem uidelicet & diuersum: tanq; animã elemẽta cõstituens: quomodo materiam corpulẽtiã longe ignobiliorẽ: minime ab eodẽ creatore productã existimaret? Iam uero in Philebo materiam non extrinsecus quãsitã: sed a primo opifice generatã, manifestissime declarat. Ex uno, inquit, & multis constant ea: quã semper esse dicuntur: & finem: atq; infinitudinem habent in seipsis generatã. Et alibi deum dicebamus duplicẽ illam naturam rerũ in lucem protulisse: finitũ dico: & infinitũ: ex quibus tũ corpora: tam cœtera oĩa cõstituitur. Ad hæc calidum: frigidum: humidum: siccũ: maius etiam: & minus: & reliqua his similia in infinitũ progredi possunt. Quod si corpora ex fine: & infinitudine constant: finis autem nihil aliud: q̄ forma est: hæc enim terminat: definitq; materiam: manifestũ est materiã infinitudinem esse: & hoc loco dici a Platone: quã propter cum omnem infinitudine producat deus: materiam etiam: quã ultima infinitudo est, producere. Quoniam aut res naturales per comparationẽ quandã: & proportionem intelligibiliũ Plato produci existimat: quẽ ad modum a substantia ipsa, substantiã: & ab æquali ipso æquale: & reliqua id genus eodẽ modo. Cõstat extremam quoq; materiã infinitudine hoc ipso auctore a prima produci: quã Platonicus omnes in rerũ intelligibiliũ summitate cõstituunt. quod Orpheus quoq; quem Plato in plerisq; sequit: uisus est pbare. Siqđ a tẽpore ætherẽ: & chaos p̄dixit scribitq; & si p̄fundius dictũ uel forte fabulosius uidet: hoc tũ uoluit significare: materiã: formãq; a primo æuo fluxisse: tẽpus. n. pro æuo posuit: imaginis nomine appellã exẽplũ: ætherẽ uero esse causam finitudinis cõstituit: quã forma est: chaos: causam infinitudinis: quã materia est: atq; ab his duobus principiis: tũ diuinã hãc: & intelligibile mũdi machinã ducitur: etiam mouetẽ: & diuersificã: & perpetuã p̄ductionẽ. Ad hæc ab aliis quidẽ terminatã: ab aliis uero cõseruatã naturã: postremo ultimã finitudinẽ: quã etiã materia ipsa cõtinet, p̄ducit. hanc oĩum entiu primã fuisse Hesiodus tradit. Principio enim, inquit, factũ esse chaos: hoc est materiã: rudẽ: informẽ: & uix in intelligẽtiã cadẽtẽ: qđ sacra quoq; literã significare uident: cũ in principio creatã tradãt terrã: in anẽ: in acua: tenebrisq; obductã. hæc. n. nihil aliud: q̄ materiã indicat rudẽ: informẽ: & nõ dũ faciẽ aliqua re habetẽ: quẽ locũ nobilissimi quoq; doctores ecclesiã ita exposuerũt. Verũ qđ multa p̄sequor: cũ Platone semp ad unũ principiu reducere oĩa p̄spicũ sit: qđ certe nõ faceret: si materiã poneret causam deo æquale: atq; alterũ per se principiu: sicut aduersarius credit. Sane in libro de re publica causam rerũ oĩum intelligibiliũ: bonũ ipsum esse dicit: uisibiliũ aut solẽ: quẽ etiã bono ipso genitũ asseruat: quo sit ut ipsum bonũ causa in primis sit oĩum intelligibiliũ: & sensibiliũ rerũ. Itẽ in epistolis: circa oĩum regẽ, inquit, cõstita sunt: & illius causa oĩa. q̄ si oĩa ab illo p̄ficiscuntur: & illũ repetũt: atq; in eo quiescunt: ille nimirũ rerũ omnium causa est: atq; principium: ergo & materiã quoq; nã & materiã illũ appetit. quippe nisi appeteret: nulla ratione aliqđ assequeret bonitatis: parũ aut assequit (ut sapius Platonis uerbis ostẽdimus) quẽ secus Aristoteles: materiã appetere diuinitatẽ: & formã, scripsit: ut turpe pulchrũ appetit: & scemina marẽ: qđ si appetit, cõuertat se ad illud: qđ appetit: & idẽ depẽdeat, necesse est: quẽ ad modũ iis: quõge causa sũt, circa causas euenire cõsueuit. In Sophista quoq; cũ eorũ sententiã improbat: q̄ uel eẽ plura entia dicebat: uel ens ipsum principiu statuẽt: ostẽdit nec a multitudinẽ: nec ab uno ente principiu entiu ca-

pi oportere: sed ab ipso uno: quod ideo facit: quia ad primum: & solum unum omnia refert. Qui igitur ubicumque hæc scribit: & ita aperte unum: ac solum principium omnium entium facit: atque ad ipsum unum omnia refert: cui tandem mentis cōpoti uideri potest: materiā pro principio posuisse. Enimvero Plato principium per se primum: cum ceterarum rerum omnium: tum materiā ipsius: causam posuit. quod enim a secunda causa prouenit: id multo magis censendum est a prima prouenire. siquidem ea causa est: ut id a secunda proueniat. Seruat quidem hoc propositum Plato semper: ut non primum per se principium existimet creatorē sensibiliū rerū propinquum: sed eum: qui post primum illū: quem unum uocat. secundo loco cōstitutus est: cui cum materiā: id est a primo tributa sunt: quas respiciēs creator secundus: formas materiales: atque sensibiles materiā imprimat iam præuia: altero mētis cōceptū: & a primo pendente: siue enim signis: siue relationibus ista distinguantur, nihil refert. Sed de his alias. Nā de materiā: quā præesse generationi Plato fatetur: uel eatenus tetigisse satis sit: ut hinc etiā pateat: non temere dictū fuisse ab illo, præesse materiā. Ergo materiā non caret causa apud Platonē: nec principium est per se primum: et si enim cōcedimus principium esse materiā earū rerum: quæ sunt: quod & Platonis: & Aristotelis sententia perspicuū est: non tamen simpliciter: sed elementale principium: tum materiā ipsam: tum etiam formam materialē ponimus: ex quibus res cōpositæ cōstant. Nec principium hoc elementale aduersum esse causæ agentis: aut finalis: nec tam causam esse: quæ illa sunt: sed dūtaxat esse concusam. Si enim materiā nō est ens: & ultra omne non ens degenerat (ut in sophista Platonis ostenditur): profecto nec causa quidem est: nec solum non causa: sed etiam, si non causatum quis dixerit: haud forte a uero aberrabit. quod enim nō dum est: dum nō ens est: nec causam habet ullam: nec ipsum rei ullius causa esse potest: uerū tamen quia potentia ens: cōcausa est eorū: quæ sunt. Atque ut ens cōpositum: sic ea materiā: quæ elementum cōpositi est: a Deo rerū omnium conditore producta est: & ratione quidem ante cōpositum mente percipitur: re autem nec esse seorsum: nec intelligi potest. Nam si quis ullo modo: & quemadmodum Plato, inquit, instar somniantis cōprehendere animo poterit: quid materiā sit: reperiet, eam sententia præstantissimo rum expositorū Platonis: atque Aristotelis: nec corpus esse ex quale: quod nonnulli subiectum secundum dixerunt: nec incorporeum quicquā: ut determinatam quandam incorporei naturam accipimus: sed ut per negationem corporis dicimus esse: dimensionem quādam corporis indeterminatam: quæ formali magnitudine determinetur: & qua formæ intelligibiles differunt a sensibilibus inde deductis: & in partitionem: ac discretionem de impartibilitate illarū: & unitate dispositis: quæ etiam sequestrata omni formæ diuisione: & figurā: magnitudine: possit cogitatione comprehendi: apta: sit formam: figuram: diuisionem: quantitatem: & quoduis eiusdem generis recipere. A liter enim intelligere non potest: quod omnis formæ expertus est. Quāobrem Timæus locrensis: & Plato cogitatione spuria: Aristoteles: & idem ipse Timæus per proportionem intelligi posse materiā uolunt. Quia enim non per formam innixum: ac firmitatem: sed per negationem: sequestrationemque formarum omnium: quasi uacillate cogitatione materiā intelligitur: ideo cogitatione spuria dicitur comprehendi. nam ea: quæ per formam: & habitum sit: legitima cogitatio est. Rursum quia primam rerum naturalium materiā ita se habere ad ens: & substantiam, manifestum est: ut æs ad statuam: & lignum ad lectulum: per proportionem asseueratur intelligi. quod si talis: aut simile aliquid: materiā est: quis eam dubitet a Deo esse: & diuino intellectu cōprehēdi: quæ a corporibus: quorū cōditor est Deus: & quātitatē: quæ corpus est: qualitatis expertus dūtaxat: secūda notione separet: nec tñ sit hoc aliquid: aut simpliciter subiecti: sed quæ formas respiciat: quarū creator deus: materiā quoque ipsam: producit: esseque ita ei ipartitū a forma inseparabilis sit. hæc de materiā Platonis opinio est. hæc Plotini: Porphyrii: Amelii: Iāblichii: Syriani: Procli: oīum denique: qui Platonis disciplinā sunt secuti: hoc etiā Hermæ Trismegisto placere Iāblichus scribit: quippe uoluisse Hermem affirmat materiā ex substantialitate produci. Quæ cū ita sint: nō uideo cur Platonē reū petagar aduersarius: quasi materiā deo coæternā posuerit. æternā quidē Plato esse materiā dixit: coæternā deo: nusquam ab eo dictū reperies. Quod si quæ æternū deū: & æternā materiā Plato asseruit: ideo cū coæternā deo posuisse materiā aduersarius existimat: æquocatione decipit. Non enim uniuoce æternū de deo & materiā prædicari sed ut ea: quæ ab uno denominantur: & ad unum referuntur. Multi enim apud Platonē: ac uarij sunt gradus æternitatis: immutabilitatis: aliarūque cōditionū: quæ de deo: atque entibus cōmuniter prædicantur: quam multiplicē rationē si quis uoluerit: facile poterit ex eius libris accipere. Maxime enim differt æternū illud: quod omnem simul infinitudinem entis comprehendit: qualem Plato statuit Deum: ab eo æterno: quod suum esse: non absolute: sed cum fluxu generationis connexum habet: & ut perpetuum esse possit: aliunde acquirit: qualis Platonis sententia est mundus: & res omnes naturales suo quæque generi: & ut sequitur materiā ipsa.

hunc

hunc de æternitate locum Boetius quoque non aliter nos fecimus: in libro de cōsolatione exposuit: quod profecto mirandum est aduersarius latuisse. Adde quod cum æternitas dei: causa sit æternitatis materiæ: atque mundis: longe hæc inter se differre necesse est. Nā si quis etiam Aristoteli hoc ipsum obiecerit: cum ipse quoque æternā materiā: & Deum æternū statuerit: facillime erit pro eo responsio ex æquiuoci ratione: quod scilicet plurimum interit inter æternū causans: & æternam causatum. quippe maxima inter causans: causatumque oppositio est: nec minor: quæ sit eorū: quæ contradictione opponuntur: quæ oppositionum omnium maxima est: neque enim fieri potest: ut quod causatum est: etiam causa eius sit: quo est causatum. quod leuibus: ac etiam pene uulgaribus exemplis ostendi potest. Siquidem uestigium pedis æternum fore: si pes esset æternus: & umbra baculi æterni: si baculus æternus esset: splendoremque ab æterno sole reciperet: nec tamen coæternum cum pede uestigium: nec umbra cum baculo coæterna diceretur. Hæc propterea latius exposuimus: quod plura erant: quæ desiderari in hac quaestione uidebantur: & ratio non magis pro Platone: quam pro Aristotele explicanda erat.

Non uerum esse quod aduersarius dixit sentire Aristotelem: quod scilicet mundus ex non ente simpliciter sit productus sola Dei uoluntate. Aristotelem negare omnino ex non ente simpliciter aliquid generari. Generationem: & corruptionem ex contratio in contrarium fieri. Omnia: quæ in tempore generantur: ex ente quodammodo: non ex omnino non ente produci. Materiā hoc aliquid a Platone nominari. Aristotelem præbuisse hominibus suspicionem: quæ creationē rerum Deo non tribuerit. De æternis substantiis: atque immaterialibus. quid Plato: & Aristoteles senserint. Non conuenire secundum Platonem bonitati Dei: quæ optime constituit: & probantur destruat: scilicet id in sua potestate sit in quo Plato maxime cum nostra religione consentit. Æternarum rerum nullam agentem causam ab Aristotele positam esse. Aristotelem secundum quorundam opinionem ideo Parmenidem: & Platonem reprehendere: quæ tres æternas ex non ente simpliciter productas opinentur. Caput. VI.

Ed iam finem huic parti imponamus. Nunc uidendum est utrum Aristoteles ex non ente simpliciter, sicut aduersarius refert: sola Dei uoluntate mundum productum esse uoluerit. Enimvero Aristotelē nusquam in oībus scriptis suis de uoluntate dei mētio nem fecisse cōpertum est: cū Plato uoluntatē: & bonitatē: & ueritatē dei ubique prædicet: & causam productionis entium fateat. quæ si uoluntate dei cōditū esse mundū nō dicit Aristoteles: tū longe minus ex non ente simpliciter productū existimat: res tñ generari ex eo: quod aliquo modo sit: aliquo modo non sit: quemadmodum Plato dixerat. arbitrat: multisque id rationibus nititur. pbare: cum aliis in locis: tum maxime in eo libro: quæ de naturali auditione scriptū reliquit. Et quasi hoc peculiare eius inuentum sit: admodum gloriari uidet. Sed & Plato: & Timæus: & alij ante eū cōpures id tradiderat. At uero ex nihilo simpliciter generatū esse mundū: non modo nō pbatis: sed aperte etiā improbat: multisque uerbis demonstrare nititur fieri nō posse: ut ex nō ente simpliciter aliquid generetur: adicit etiā ueterum testimonia: quibus opiniones suas corroborat. Conuenit, inquit, hæc de re inter omnes: qui de natura disseruerunt. Tum expedita ratione: quæ ad alios spectabat: suā ipse opinionē exponit his uerbis. Nos autē & ipsi generari nihil simpliciter ex nō ente dicimus: uerū tamen generari ex non ente tanquam per accidens. Nā ex priuatio ne: quæ per se est nō ens: minime in existēte generat: & paulo post. Vnus quidē hic modus est: alter autē: quia dici hæc possunt per potētiam: & actū. Itaque (sicut diximus) dubitationes illæ soluntur: ex quibus infringi aliqua: quæ a nobis dicta fuerant: uidebant. Rursum quoque: cū ostendere uellet: quomodo ex contratio generatio: & in contrariū corruptio fieret: & aliquid, inquit, contrariis esse subiectū oportet: quod aliquo modo ens: aliquo modo nō ens sit: ex quo primo in existēte generatur: quæcūque generant. hæc enim Aristotelis uerba: nullam excipiant productionē: sed plane ad omnē generabiliū rerū generationē referuntur. nihil enim oīno ex iis: quæ sūt, censet fieri posse: nisi ex aliquo subiecto: quod partim ens sit: partim non ens: quamobrem si quis mundum a Deo factum dici ex eius opinione putat: factum esse ex subiecto fateatur: necesse est: alioquin incidet in plura absurda: ut latius explicabimus suo loco. Hic scripturæ ad ductæ rationem exponemus. Generantur enim quæcūque generantur: & corrumpuntur quæcūque corrumpuntur: certe ex subiecto: & ex contrario: & in contrarium: subiecto semper eodē manente: contrariis inuicem commutatis. Etenim cum aqua ab igne in ignem mutatur: generatur ignis ex contraria sibi qualitate: quæ frigiditas est: & a contraria aquæ qualitate: quæ caliditas est.

d iii

ditas est. Eadem materia utriusque qualitatibus subiecta: quæ enim prius erat aqua: mutatis qualitatibus factus est ignis. Contrarium enim quod corrumpitur eis quod corrumpit: & simile quod generat: ei quod generatur esse oportet. Atque ut generatio ex contrario in contrarium: eodem subiecto manente: sic etiam corruptio fit. Corripitur enim aqua ex igne ad ignem: & generatur ignis ex aqua ab igne: eodemque modo fit in cæteris rebus: quæ aut generantur aut corrumpuntur: ita ut alterius corruptio sit generatio alterius: & alterius generatio sit corruptio alterius: subiectis prioribus qualitatibus: & aliis contractis contrariis. Cum enim ex aqua ignis generatur: qualitas frigida: & humida remouetur: calida: & sicca inducitur: eadem materia corporis manente. Solent namque corpora: quæ globo lunæ subiecta sunt: quæcumque naturaliter agunt ad eum agere finem: ut seipsa multiplicent. Quæ autem ob eam rem agunt: earumque patiuntur: hoc est eam quæ agunt in seipsa transmutant. quod dum faciunt: corrumpunt necessario: quæ in patientibus sunt: & permanere secum non possunt. hæc autem contraria sunt: quæ a suis contrariis necessario corrumpuntur. Cum itaque contraria: quæ in patiente sunt: ab iis: quæ sunt in agente: contrariis corrumpuntur: fit ut recipiat subiectum: quantitatem: qualitatemque agentis: pro iis: quas ante illas contrarias habebat. Itaque ad agentis transmutatur naturam: & quod ante erat aqua: si forte sic accidit: fit ignis ab igne: postquam ut suæ caliditatis tantum agere potuit. Hinc merito sequitur: ut omnis sub orbe lunæ generatio: & corruptio mutatio sit: manente aliquatenus eo: quod mutat. manet enim secundum subiectum: quod non determinate hoc aut illud est: sed alias sit hoc: alias illud. Quod obrem non ex non ente: quatenus non ens est: sed quatenus ens aliquo modo est: generantur omnia: quæ in tempore generantur. Nam ut tempus in quo res generantur: præcedit id tempus: post quod tempus hoc est: sic & res: quæ generatur: præcedit res alia: postquam & ex qua ea extat: quæ generata est. Quapropter mutationem tanquam genus: omnis quæ sub globo lunæ est: generationis Plato: atque Aristoteles posuerunt: Cuius rei testis est Platonis Timæus: qui & docet hoc aperte: & cum Aristotele consentit: præterquam quod Plato: dum materiam in manendo considerat. manet enim (ut dictum est) eadem. eam hoc aliquid nominat: in quo enim inquit generari omnia uidentur: & rursus pereunt: id solam appellare hoc aliquid: & hoc certe oportet. Aristoteles autem hoc uerbum formæ tribuit: per quam unaquæque res hoc aliquid & ens sit. hæc de materia rerum: quæ generationi: corruptionique subiectæ sunt. Platonis: atque Aristotelis opinio est: principium uterque ponit eam elementalem: & concausam rerum: quæ generantur: ex eaque ut aliquo modo est: & aliquo modo non est: generationem ambo constituunt: ut pote cum sua ipsius natura nullam sortita sit formam: ne forma propria (ut Plato inquit) cæteris formis recipiendis obstaret (ut Aristoteles quoque Platonem secutus ait): sed quascumque formas uicissim: & quasi per successionem posset recipere. Itaque nulla est de hac re inter Platonem: atque Aristotelem controversia. Præcipuas uero causas: hoc est agentem: & finalem: optime quidem: & clara (ut aiunt) uocem: quemadmodum supra diximus. Plato ad Deum retulit. Aristoteles autem: quoniam ingenitum omnino & causam: & tempore mundum statuerat: non immerito præbuit spiritandam causam: se opificem Deum minime entibus tribuisse: In qua re quantum Plato Aristoteli religione: & pietate præstiterat: aliorum sit iudicium: nobis satis sit. aduersarii calumniam detexisse. Iam uero de æternis: & immaterialibus substantiis: utrum hæc quoque ex non ente omnino: an ex ente aliquo modo: & aliquo modo non ente productæ sint: quid Aristoteles sentiat: perspicuum est. Nusquam enim de productione huiusmodi substantiarum locutus est aliquid: ut qui a nullo produci eas: & necessarias esse existimauit. Quippe libro septimo de diuinis rebus: Substantias inquit: materiam non habentes: nec causam quidem quare sint: ullam habere. At Plato bonum ipsum: & unam causam esse illarum substantiarum: ingenue profiteatur: & cum eas tam primam: & omnino informem materiam a primo omnium principio: infinita eius potestate produci: quod Aristoteles obicit ei: & Parmenidi uidetur. Etenim Plato uniuersum hoc: simul & æternum: & a Deo productum: produci: & potentiam non ens semper esse existimat. Partim ob naturalium rerum materiam: cui potentiam: & non ens tribuimus: partim ob immortalium formarum a primo dependentiam. Sic enim & produci ac generari: & seruari: contineri: quæ Plato censet: & esse eorum a dependenti ratione omnino sumendum intelligit. Quapropter patrem omnium ad generatos deos ita loquentem inducit. Vos quidem non immortales: neque omnino indissolubiles estis: non tamen unquam dissoluemini: quasi dicat eos tales esse: ut possint non esse: quandoquidem creati sunt: uerum nunquam futurum: ut non sint: quia ut semper sint: uoluntas est opificis Dei. Nam etiam quæ constituta sunt: destrui: dissoluique omnia possunt: tamen quæ recte constituta sunt: & bene se habent: ea dissolui: ac destruere uelle: prauis animi est: & sibi repugnantis: Ita Plato si dei nostræ consentanea: & sentit: & loquitur. Siquidem nos quoque cælestes: immateriales:

atque

atque intellectuales uirtutes: angelos inquam: atque etiam rationales: intellectualesque animas a deo creatas: communi omnium creatore: Natura sua censem posse dissolui: atque perire: cum omne creatum corruptibile sit: dum iam in potentia est ad non esse. Verum immortales: & incorruptibiles semper futuros diuina uoluntate: Unde semper sibi hauriunt esse. Aristoteles autem creationem esse in substantiis æternis: siue perpetuis omnino negat: nullamque in his non essendi potentiam esse concedit. Itaque eas nec generatas: nec creatas: nec factas putat: cum semper fuerint: nec corruptioni obnoxias: cum nullam non essendi potentiam habeant. Ex quo fit: ut qui rerum æternarum: siue perpetuarum causam agentem: siue efficientem nequaquam ab eo positam dixerunt: non sine ratione moti esse uideantur. Itaque minime credendum aduersario est: cum cælum: ac mundum produci ac generari a Deo sensisse Aristotelem existimat: quia ab eo scriptum est cælum: ac naturam a Deo dependere. Errat profecto uehementer: atque erroris eius causa est: quod non intelligit: dependere nullam temporis rationem exigere. Creati autem: generari: fieri: produci: cæteraque huiusmodi ipsius etiam Aristotelis sententia tempore requirent: quod quia tribui æternis rebus non potest: nihil tale de mundo affirmari posse Aristoteles censeat. dependere tamen a Deo cælum: & naturam fatetur: seruari quoque ab eo: & contineri: quæ si aduersarius: produci: creati: & generari esse contendit: profecto nostram: non suam rem agit. Nos enim & concedimus hæc: & ad Platonem referenda esse censemus: scilicet altera generandi ratione. Ipse autem dum christianum facere Aristotelem cupit: Platonis sententiam illi tribuit: & quod ille aperte negat: ac conatur refelle: ratione uidelicet naturæ: ac temporis: id ipse frustra tueri nititur ratione: qua Plato de mundi generatione locutus est. Verum ad Aristotelem reuertor. hic cum de materia: & priuatione primo naturalis auditionis libro differuisset: inuehitur in eos: qui ex non ente simpliciter res generari uniuersas dixerunt: Platonem uidelicet significans. hic enim quia Parmenidis sententiam probat: ens unum esse dicentis: & quod præter ens est: id esse non ens: non ab re censere uidetur: ex non ente simpliciter primam fieri generationem. Neque enim fieri potest: cum ens unum sit: & quod præter ens est: sit non ens: non aliquo modo: aut per accidens non ens: sed non ens simpliciter (ut Parmenidi placuit) seruetur natura materia: quæ aliquo modo ens: aliquo modo non ens est: & potentia quidem est: actu uero minime. quod si ex eo: quod unum: & solum est: nihil fieri potest: quippe immutabile est: & quod præter ipsum est: nihil omnino est. siquid autem generatur: id ex alio generari oportet. Sequitur: ut qui huius sententiæ est: & tamen generationem ponit: opinetur eam produci ex non ente simpliciter: etiam si id uerbis minus expresserit. Tam longe ergo abest: ut Aristoteles ex non ente quicquam simpliciter generari existimet: ut eos potius: qui id dixerunt: reprehendat: & in Platonem: Parmenidemque inuehat. Atqui si Aristoteles propterea illos reprehendebat (ut plerique dicunt) quod de rebus æternis: uerissimèque entibus disputantes: quæ præter illa sunt: non esse entia dicebant: ut quæ sunt mutationi semper obnoxias: profecto Platonem: & Parmenidem fatetur res æternas ex non ente simpliciter opinari esse productas: quod a nobis erat probandum. Siquis uero: quod equidem laudarem: ita illos reprehendi ab Aristotele putatur auditorum suorum utilitati consulere: ne generationem rerum naturalium ex non ente simpliciter fieri posse existimarent. Iam patet generationem illam ex nihilo simpliciter ab Aristotele prorsus repudiari: quam Plato: & Parmenides probauerunt: (si modo uerba illorum hoc modo exponenda sunt.) Res uero æternas productas a causa esse: secundum opinionem Platonis manifestum est: quemadmodum supra diximus. Ergo si Aristoteli magis quam aduersario de opinione & sua: & Platonis adhibenda fides est: profecto Plato: non Aristoteles est: qui substantias intelligibiles: & cælum: naturamque uniuersam ex non ente simpliciter produci affirmans: maxime cum nostra religione consentit. Poteram alia quoque per multa huius loco accommodare Platonis: & Aristotelis: & expositorum dicta: sed nec dici omnia necesse est: & hæc: quæ diximus satis tum quod instituiimus probare uidentur: tum ueritatis auditores: ut si plura optant: unde querere ea possint: intelligant.

De anima quid senserit Plato.

Quæ & qualia sint de anima inuestiganda.

De motuum diuersitate: & quatuor eorum generibus.

De differentia essentialium incorporearum.

Quæ sit Platonis uis ad inquitendum de anima

Aristotelem ex motu ad Dei cognitionem ferri: & in motus ratione aliquam a Platone discrepare.

Quales motus animæ tribuat Plato: & quæ sint eorum nomina.

Aristotelem improptè dicere sensum: aut intelligentiam moueri: & pati.

anima.

d iiii

Alexandrum Aphrodisieum: & Auerroem unicum intellectum omnium posuisse.
 Participatione idearum esse omnia: atque appellari.
 Probatio immortalitatis animæ per diuersa argumenta Platonis.
 Aristotelem in secundo de anima, rationibus uti Platonis.
 Vniuscuiusque rei tum bonum esse: tum malum: & rem quæ proprio malo interire.
 Quæ mala habeat anima: quibus depræuetur.
 Animam uitio corporis perire non posse: quæ corporis mala ipsum corpus interimant.
 Non modo Platonem: sed etiam Aristotelem mundum animatum: & uniuersam animal esse opinari.
 Animam ut sensibilibus: ac materialibus superiores: ita intelligibilibus: & immaterialibus inferiores esse.
 Mentem hominis, cum incorruptibilis sit: etiam ingeneratam esse.
 Prius animam esse: quæ corpus generetur: & Platonis: & Aristotelis sententia.
 Quæ plato de numeris: proportionibus: medietatibus: circularibus: & ceteris lineis locutus, animæ tribuit: non ita reprehendi ab Aristotele: ut quidam putant.
 Aristotelem uerba quædam Platonis arguisse: quorum profundam sententiam probabat.
 Substantiam cælestium: nullum sermonem: ita nullam uocabulorum rationem propriam haberi.
 Ut Pythagoreos: sic Platonem uelaminibus quibusdam de diuinis locutum fuisse.
 Non absurde a Platone circulum: aut rectam lineam animæ tribui.
 De duplici uiuendi animæ ratione.
 Sententia Thomæ aquinatis in laudem Platonis.
 Malefactorum culpam hominem habere: non deum.
 Quanta sit mathematicarum disciplinarum utilitas.
 Quibus fabulis Plato interdum utatur.
 Naturam diuinam, bonarum omnium causam esse.
 De animarum transitu in bruta animalia.
 Quæ animæ in quæ corpora transeant.
 Confutatio aduersarii putantis Platonem sentire animas brutorum, esse immortales.
 Brutorum non animas dici: sed uitas quasdam: & simulachra animarum.
 De triplici animarum genere: & earum differentia.

Capit. VII.

Am de anima quid Plato senserit, explicabo. Vos in quorum manus hæc forte uenient, uti docti: atque præstantes: signum ne ille: & tabellas scripserit (ut obiurgator noster blatterare non desinit) an digna potius illustri magnoque ingenio. Ita ut neque melius: neque sublimius: neque diuinius ab homine dicitur: ueræ fidei lumine non illustrato: dici potuerint, iudicabit. Cum duplex de rebus immaterialibus quaestio sit: Vna cur sint: altera quid sint: & de causa quidē cur sint, agatur: cum causa ne uacent: nec ne: & sponte nec an a deo productæ sint, quaerimus: quid sint uero, indagamus: cum substantia nec an accides sit, scrutamur. Primum an producta a deo aia sit, quaerendum est. Mox quid sit. Tum inuenito iam genere: in quo sit: quoniam bifariam genus omne diuiditur, aut enim potentia: aut actu est: ut ouum potentia animal est: semen plati: Sed aia non potentia: sed actu animal est: & arbor plati: Idcirco tertio loco considerandum est: utrum tanquam potentia quædam subiecta: & substantia accommodata: an tanquam actu subsistens natura existimanda sit. Ad hæc de eius potentia: & actione cogitandum. Omnis enim substantia: & potentia consequentem habet: & actionem simul. Item cum anima corporis animati forma sit: utrum ante corpus: an post corpus: an una cum corpore sit, inuestigandum. Et si ante corpus: utrum post corpus etiam permaneat: an una cum corpore itereat: utrum permanet: Vtrum postquam multa subit corpora: & in diuersa sepe numero transiit. Vltimo tandem corpore exulta ipsa etiam moriatur: an omnino incorruptibilis: immortalis: sit: atque ut ante omne corpus est: sic etiam post omne corpus perpetua maneat. Scrutandum præterea an partibilis: nec ne sit: et si partibilis: utrum ut corpus: an ut ars: & scientia in partes seindatur. Sunt enim & medicinae partes: & philosophiæ. At si impartibilis est: simplex ne omnino natura sit: & nullius multitudinis capax: an partium quidem multitudinem nullam potentias. neque quas etiam uirtutes dicimus, habeat multas. hoc enim plurimum refert: si quidem pars a parte subiecto differt: uirtus autem a uirtute actionis: siue operationis diuersitas. Post hæc utrum omnes animæ sub eadem specie contineantur: an sub diuersis. Et si diuersæ species sunt: utrum genere etiam differant: quemadmodum anima hominis: & anima equi. Si differunt specie: an sint etiam genere diuersæ: & quæ homo: & equus sub uno animalis genere comprehenduntur animæ

animæ tamen eorum non sub eodem animæ genere conueniant. Quæere etiam dignum est plures ne animæ sint in uno quoque animalium: uel vegetatiua: nutritiua: sensitiua: appetitiua: intellectiua: an hæc unius animæ partes: seu uirtutes dici debeant. Et si partes unius animæ sunt: utrum & ratione: & subiecto inter se differant: an ratione diuersæ: subiecto eadem sint. Hæc de anima quaeri maxime solent: & cognitæ: & perspectæ: scientiam eius absolutæ perficiunt. Anima uero dicitur ergo an Plato de his omnibus differuerit: omnesque huiusmodi locos (quantum gentilis hominis ingenium assequi potuit) plene: & perfecte: tractauerit. Neque enim (ut sæpe dixi) christianum mihi animus est ostendere Platonem: Sed inspiciendum censeo: an magis consentaneæ sint nostræ religioni Platonis de anima opiniones: quæ Aristotelis: quem aduersarius conuenire ubique cum fide christiana frustra nititur ostendere. Principio igitur uidentur quomodo in decimo libro de legibus exquirat Plato: atque inuestiget: cur anima sit: quo inuenito essentiam eius: ac rationem ab soluit: atque ita progrediens diuinitatis essentiam rimatur: & confirmat. Dicam autem de his quanto breuius poterit: satis a me factum existimans: si loca ostendero: unde ceteræ quæ desiderari possent: qui inuestigandi cupidi sunt, accipere facile possint. Ex omnibus inquit, rebus: alias solum moueri: alias inter utraq; constitui: quæ scilicet & moueri possunt: & moueri. hanc tertiam speciem bipartito distribuit: aut ab aliis motas moueri: aut ex se moueri: necesse sit. Ita quæ quatuor genera hoc modo constituuntur. primum quod mouetur solū: patiturque ab aliis prioribus causis. Secundum quod & alia mouetur: & ab aliis mouetur. Tertium quod ex se mouetur: sua natura sibi exordiens motum: & motum alteri affert. Quartum quod immobile est: postremum omnium: quæ motu actiuo: passiuo: & participat. Dependere etiam omne: quod ab alio mouetur: ex eo: quod se mouet: idque ipsum ex immobili Plato arbitratur. Verum omnis motus initium esse: quod ipsum ex se mouetur. Cum enim hoc illud moueat: & illud aliud: atque aliud semper aliud: nullum erit principium motus: quoniam ab alio semper aliud mouetur. Necesse est autem motus principium esse: Alioquin in infinitum fieret progressus. Cum igitur id quod se ipsum mouet: alteri motum affert: & illud rursus alteri: sicque alterum subinde alteri: per hoc id principium motus est: quod se ipsum mouet. Nam si consistere cunctis: & quæta esse dederimus: quem nam ex iis: quos modo enumerauimus: motum fieri necesse erit: aut quod tandem erit: quod primum mouetur: nisi quod a seipso mouetur? Aliunde enim fieri motum dici non potest: quod enim immobile est: quoniam natura sua moueri non potest: non est primum mouens: quod autem suapte natura moueri ab alio potest: id potest aliam ad se mouendum uirtutem requirit. Superest igitur: ut quod se ipsum mouet: & a seipso hunc actum exorditur: id omnium motuum: & mutationum principium sit omnium optimum: atque antiquissimum. Secundum locum optinet: quod ab alio motum: aliud mouet. Verum quod se ipsum mouet: id proculdubio uiuere dicimus: uiuunt autem quæ animam habent. Ex quo colligitur animam esse: quæ ipsa seipsum mouet. Cumque in unaquaque re tria considerari oporteat: unum quidem substantiam: alterum rationem substantiæ: tertium nomen: interdum quidem proposito nomine: rationem interrogamus: interdum contra: & tamen siue nomini: rationem: siue rationi nomen assignemus: eundem semper appellamus. Quippe idem est dicere: patrem numerum esse: qui in duas partes æquales secatur: & numerum: qui in duas partes æquales secatur: esse patrem. Ita igitur hoc loco de anima considerandum est. Huius enim substantiæ: cui nomen anima est: nulla ratio magis conuenit: quæ eam per seipsum moueri statuit: de qua modo diximus. Nā formam esse hanc: siue actum corporis: uere quidem affirmamus: non tamen commune hoc cuiuscunque animæ est: siquidem intellectiuam animam corporis actum esse nemo dicet. Communiori ergo ratione animam id esse dicimus: quod seipsum mouere potest: & uicissim: quod seipsum mouere potest: id animam esse. Ex quo sequitur animam esse primam generationem: & primum motum rerum omnium: quæ sunt: quæ fuerant: quæque futurae sunt: & omnis motus: ac mutationis causam præbere: omnium motuum antiquissimum esse: omnis motus principium: & omnibus corporibus priorem. Corpus enim natura secundum est: & anima posterius. Quippe corpora oia dicitur moueri: nec ipsa quicquam efficiunt. Quicquid enim efficiens: mouensque aliorum est: id uirtute incorporæ essentia: ad efficiendum: mouendumque inducitur. Incorporarum autem essentiarum alia cum corporibus diuiduntur: ut qualitates: & formæ materiales: quæ & aliam de mouetur: & aliud mouent. alia se a naturalium rerum diuisione sequestrat: qualis est substantia: quæ a seipso mouetur: nec in aliis: sed in seipsa consistit: & omnium concretionem corporis: uacata qua prima omnis mouendi ratio corporibus præstat: ut diximus esse animam: omni corpore antiquiorem. Hæc uia Platonis: & ratio est ad inuestigandam causam: & essentiam: & definitionem animæ: quibus simul actiuo: non potentia esse animam demonstratur: tum operationem eius uitalem esse: & præcedere eam omne corpus natura: & substantiam esse impartibi-

lem: quinetiam ulterioři progressu essentiam diuinitatis ex his demonstrari: de qua nō est hoc loco dicendum. Sed cum uterq; philosophus: Plato scilicet: atq; Aristoteles: cur anima sit: quid ue sit: consequentia: operet: est uidere quomodo Plato id ex motus ratione inuestigari: quem imitatus Aristoteles libro naturalis auditionis octauo: ex motu in dei cognitionem fertur: quem primum mouens immobile nominat: siue id mentem statuāt: siue animum. Incipit enim pene a simili diuisione: quanq̄ interim ab eo dissentit: & præsertim in incorporeis: quæ per se mouentur: ratione: Primumq; illud mouens quidem: sed immobile statuit. Nam cū motus dūtaxat corporeos pro definitione: quam motui dederat: pertractet: merito nullum motū passiuum in substantiis incorporeis probat. Sane motus passiuos naturales: & posteros: ne Plato quidem animo tribuit: quod tam apertum est: ut nemo sit: qui cōtradere audeat. Sed quos ille motus tribuerit animæ: ex uerbis eius intelligamus. Gerit quidem: inquit: animus cælum: terram: mare: mundum suis motibus: quorum nomina sunt: uelle: intelligere: curare: cōsultare: recte aut falso opinari: tum gaudere: idolere: audere: metueri: diligere: odisse: omnib; deniq; motibus: qui iis cognati: aut primi sunt. Hi secundos sibi assumētes corporis motus omnia: ducūt in augmentum: diminutionem: cōcretionem: discretionem: & quæ hæc consequūtur. A parte hic Plato de corporeis motibus mentionem faciens: quos solos motus Aristoteles uocat: eos dūtaxat corpori tribuit: animæ uero motus: ut sunt uelle: intelligere: & similia: quæ ipse quoq; Aristoteles concedit animæ: cōmuniori uocabulo motus uocat: cum id in aliis locis tam ipse quam Aristoteles energiam: hoc est operationem appellēt. ut enim nominibus licet pro uolūtae scribētis: & præsertim nominibus speciei pro nominibus generis. Quippe operationis species motus est. Nam omnis motus operatio est: sed non omnis operatio est motus: quo fit ut Plato sæpius alterum pro altero nominet. Quæ admodū Aristotelem quoq; facere uidemus: cum sensum: aut intelligentiam dicit moueri: & patitur: quod ipse etiam minus proprie se dictū fatetur: cum sensum: & mentis mutationem: aut motum non esse: aut aliud genus esse motus affirmat. sed de his hætenus. A eternitate uero: immortalitateq; animæ: cum aliis pleriq; in locis: Tum maxime in Phædro: & Phædone Plato demonstrat: ex ipso illius per se motu: & ex principio motus: quod illi tribuit: argumenta deducens: quibus & ingeneratum eum: & incorruptibile esse declarat. Animus: inquit: in Phædro seipsum mouet: quod autē seipsum mouet: id semper mouet. Cū enim semper in se sit: & nusq; se deserat: semper sui simile est: ergo semper se mouet: immortale igitur est. Quo enim pacto semper moueri possit: quod mortale est? Nā simulac inuenerit: sit immortum. Et rursus: Si animus seipsum mouet: principium ois motus: ac fontē esse necesse est. quicquid enim mouetur: ab eo: quod ex seipso mouetur: motus causam sumit: quod cū principium motus sit: etiā ingentū esse oportet: quod enim genitū est: principium esse non potest. Cū autē ingentū sit: incorruptibile etiam esse necesse est. Quippe sententia Aristotelis ingentū: & incorruptibile conuertuntur. In Phædone autē: cū duplex quæstio sit: Vnā: utrum anima corpus antecedit: alterā: an post corpus permaneat: prima dubitatio est: iis manifesta sit: quæ ante dicta sunt: & satis quidem: quatenus ad nostrum hoc de Platone institutum pertinet: ut nisi diuinitas animi quoq; in tēpore procreetur: præesse quod immortale permaneat: ostendatur: satis etiam ad homines illos gentiles: apud quos Plato de animorum immortalitate diserebat. Nam qui mūdum ingentū: atq; incorruptibile: & nihil actū infinitum ponit: hunc Platonis sententiā probare de transiōne animarum necesse est: si animā hominis esse immortalē fateat: nec Aristotelē hoc negaturū fuisse existimo: modo: quod equidē reor: immortale esse hominis animā cōsuetit: quod nisi hunc teneat animationis modum: nefarium illud amplectetur: necesse est: quem eius expositores: qui præsertim doctiores habiti sunt: Alexand. apud discipulis græcus: & Auerroes Arabs ei manifeste tribuerant: ut unus cōmunisq; sit omnium hominum intellectus. Nos ex fide religionis nostræ: omnia tite tuemur: cum principium: finemq; uniuersi statuamus. At gentiles: qui mundum æternū posuere: fieri non possunt: ut hanc Platonis opinionem aspiciantur. Sic igitur animam priorē esse corporibus probat. Quæ admodum uero post corpora maneat: ita ostendit. Cum formas quasdam: quas ideas uocat esse demonstrasset: earumq; participatione cætera & esse: & appellari: Tum illud docuit: nullam unq; earum sui contrarii fieri posse participem: quippe magnitudinem nunq; fieri posse paritatem: rerum autem: quæ ideis participant: alias esse: quæ contrarii participes sunt: eam: quæ magnitudinis participes est: paritatis quoq; cōtingit participem esse: uerbi gratia: Similiam maiorem Socrate: Phædone minorem dici posse: alias: quæ nunq; possint contraria simul capessere. Nā nem enim calidam: aut ignem frigidum: dum nix: aut ignis est: fieri non posse: Si quidem qualitates primæ adueniente contrario cessant: & pereunt. Ternarius etiam: cum non imparitas sit: sed imparitate participet: nunquā fieri possent uel paritas: uel par efficiatur.

Mox addit non modo in contrariis fieri: ut alterutro subeūte: permanere alterum non possit: uerum etiam in iis: quæ quis non sint ipsa contraria: semper tamen contraria secum habent. Et enim quæ ternarii idea participant: hæc nō solum tria: sed etiā imparia necessario sunt: & nunq; paritas formam: quæ contraria est: sortiuntur. His itaq; distributis: subiūgit oportere itelligi animam non modo: ut formam: siue ideam simplicem: uitamq; simplicem: cui nihil unq; contrarium unde minuatur: uel pereat: accidere possit: sed talem etiam: quæ suam ideam iis cōmunicet: quibus se absq; ullo contrarii consortio iungit: quæ certe eo tēdunt: ut animi immortalitas feruetur: siue eam per se formā: & uitā simplicem: tanq̄ ideam: ut caliditate: ac frigiditatem cōtempleris: siue substantiam uitæ contentam: quemadmodum ignis sua essentiali caliditate continet. utrunq; enim de anima dici rectissime potest. Nam si animam afferre corporibus uitam cernimus: profecto manifestum est eam contrarium uitæ: hoc est mortem: neq; iis: quæ subierit: corporibus afferre: neq; quod absurdius esset: ei excipere. Itaq; relinquuntur incorruptibilis: immortalisq; sit. Colligi etiam id syllogismo potest hoc modo. Formas: quæ ita applicantur subiecto: ut nunquam illi contrarii afferant: semper easdē manere: necesse est. Atqui anima ita corpori applicatur: ut uitæ: qua corpus afficit contrariū: hoc est mortem nunq; afferat: animā igitur semper uitam: semperq; uitæ nunq; mortis participem esse oportet. quemadmodum ternarius imparis semper paris nunq; participes est: cum ea: quæ completitur: non modo tria: sed etiam imparia sint. Item quicquid alicui rei aliquid affert: ipsam: cui affert rem præcedens: contrarii eius: quod affert: impatiens est: at anima corpori: quod natura præcedit: uitam affert: impatiens igitur contrarii eius est: id autem esse mortem constat. Ad hæc cū anima inter formas connumeretur: quarū participatio nomen etiam earundem recipit: nulla autem earum formarū contrariū patitur: quippe magnitudo nunq; paritas effici potest: sequitur: ut anima: quæ uitæ est: nunq; mortem patiatur: quæ uitæ contraria est. Ergo anima corporibus exui omnibus inoffensa: immortalisq; potest. Hi certe Platonis syllogismi sunt: quæ obiurgator noster nunquā syllogismo usum fuisse affirmat: quia. f. quæ ipse redigere ad formam nequit: hæc sine syllogismo dici existimat. Paulo quidem longius Plato interdum sua protrahit argumēta: & quasi præparat locis: terminis: propositionibus: syllogismis præuili: quod demonstraturus est: antequam inferat. Summe conclusionem: uerū tamē nihil sine summo artificio: exquisitissimisq; rationibus loquitur: quin etiam ex similitudine: quā anima cū substantia: magisq; cū generatione habet: immortalē esse pulcherrime ostēdit. Cū enim quæ propria sunt: tum substantiæ: tum generationis enumerasset: & substantiæ quidē diuinitatē: immortalitatē: intelligibilitatē: indissolubilitatē: uniformitatē: identitatē: & perpetuatē: incōmutabilem: ac perseverantē tribuisset: generationi autē opposita omnia: atq; hominis constitutionē diuisisset in corpus: tandē querit utrū similior anima: quæ corpus substantiæ: rebusq; indissolubilibus sit: ac tribus mediis similiorē esse animā ratiocinatur: hoc est inuisibili intellectui: imperio in corpus: & ob eā rē corpore diuturniorē: cōstantiorēq; ostendit: quæ locū Aristoteles imitatus secūdo libro de anima: quid anima sit: per diuisionem perquirat: atq; definit. Adde q; cū animā Plato ab immobili causa p̄duci affirmet: hinc etiā substantiā eius immortalē esse demōstrat. Quicquid enim primo ab immobili causa puenit: incōmutabile habere essentiā testatur: Sic enim apud eū creator loquitur. Quæ a meipso facta sunt: deorū uitā possunt adæquare. Cōtra uero: quod a causa mobili est: id mutabile esse necesse est. quod enim immobile est: non per motū: sed suo esse id agit: atq; ita quod producit: sibi familiaris habet: & naturā alterā: quali comitē constituit. Vnde fit: ut semper illud producat: cū semp sit ipsam: & quod producit: semper sit: cum semper sit: quod producit. Decimo etiā de re publica libro habetur: unius cuiusq; rei tum bonū esse: tum malū: ac bonū quidē seruare: malum uero corrūpere eā rē: cui utrūq; tribuit. quippe morbi: qui malū corporis est: corpus corrūpere: & sanitate: quæ bonum est: seruare: tū unanquāq; rem suam: alieno malo interire. Cibi enim uitium nequāq; corpus perimere: nisi morbi in eo cōtulerit: quod ipsius malū est. Atq; ita colligit minime id numerari debere inter ea: quæ pereunt: quod malū habens: quo deprauet: non dissoluitur ab eo: neq; interit. Quibus ita positis animā dicit habere aliquid mali: quo deprauetur: utpote iniuriā: intemperatiam: auaritiā: inscitiam: & reliqua huiusmodi uitia: quæ deprauare quidem animā possunt: nō tamen dissoluere eam: atq; perimere: ita ut anima non sit: quæ admodum morbus: qui malū corporis est: male corpus afficit: demumq; extinguit: ita ut corpus præterea non sit. Nec uero corporis morbo: quod malū alienum est: petire inquit: animā posse: quādo ne depruari quidē nisi suo pte uitio potest. Ergo non febre: non dolore: non ipso corporis interitu animā posse uitari: nedū interire. Quis enim deteriorē factā eē animā uel morbo: uel morte dicat: cum contra uideamus corrigi potius: atq; emendari hominum mores: morbis: & etuatiibus corporum. quod si anima nec alieno malo interit: (quod cōmune omnib; est)

neq; suo: semper sit: necesse est. quod autem semper est: immortale est. animam igitur immorta-
lem esse: manifestum est: In Timæo quoq; diffusius explicatur. productam a deo animam esse:
tum nostram: tum mundi uniuersi: substantiaq; & uirtutis eius ratio redditur. Qui locus & si
non facile percipitur: tamen ingenii bonitate: & ope scriptorū: qui libros Platonis exposueret
fatis intelligi potest. Verum ne quis Platonis hoc esse propriū crimen existimet: quod cælum:
& uniuersum mundū animatū: atq; animal esse posuerit: Aristotelem quoq; idem sensisse: &
superius dixi: & nunc repeto. Dicit enim cælum animatū esse: & animam: & corpus diuinam.
Theophrastus quoq; nobilissimus Aristotelis discipulus animā esse principū motus: & cælū
esse animatū in libro: quem de cælo edidit: scribit his uerbis. Nam si diuinum est: & optime de-
git: animatum est: Nihil enim præclarū esse sine anima potest. Plato igitur: cum substantiam:
atq; originem animæ a Deo esse cōmemorat: Ex eiusdem inquit: & alterius: & ex diuiduati indi-
uiduq; natura constituit eam: qui constituit: Quæ certe ita dicit: quoniam rebus sensibilibus:
ac materialibus: quibus & alterum: & diuiduum: ceteraq; huiusmodi competunt, longe superi-
or anima est. Intelligibilibus uero: & immaterialibus substantiis: quibus idem: & indiuiduum
conueniunt: inferior. Cū enim uniuersum hoc in mentē: animam: ac corpus distribuatur: me-
dium animæ tribuit locū: ut neq; instar corporum diuisibilis sit: neq; instar intellectualium sub-
stantiarum indiuisibilis: quando non simplicissima est: sed uarias continet uirtutes: & neq; ge-
nerabilis est modo sensibilibus: quæ in tēpore generabilia: & corruptibilia sunt: neq; ingenera-
bilis modo intelligibilibus: quæ sempiterna sunt: & in se totū suum esse: omnino cōplectun-
tur. Verum ingenerata: & ingenerabilis tempore: & incorruptibilis: sua quidem substantia est:
ideoq; quodammodo æterna: cum tamen suas operationes in tempore agat: quemadmodum
Socrates in Phædro: quasi numine quodā (ut Plato inquit) afflatus: eloquitur. Causa tamen:
substantialiq; ab intelligibilibus causis ortu: genitam: & generabilem esse: quod omnium intel-
ligibilem substantiarum cōmune est. Sed proprium animæ: quod infinitudinem entis: haud
uniuersum complectitur: nec in intelligibilibus sempiternaq; substantiæ faciunt: sed subinde man-
nantem recipit semper: quam Plato ipse in politico aduentitiam immortalitatem appellat. Ut
enim naturam corpoream generabilem dicit: quod semper gignitur: & subinde in hntā essen-
di potētiam recipit: sic animam generabilem dicit: quod non simul totam infinitudinem entis
possit accipere: Sed subinde manantem recipiat semper: & quemadmodum corpus: cælūq; uni-
uersum: quanq; finitum: tamen mouetur: aut ore etiam Aristotele: in infinitum a primo semper
potentiam: qua semper mouetur: recipiens: nec simul infinitam complectens potentia: Sic ani-
ma cum per transitum operetur: & uarie promens alias aliter agat: idcirco tēporis particeps est.
Omnis enim transituus motus tempus sibi habet adnexum: nec uniuersam complectitur infini-
tam potentiam: qua semper operatur: sed subinde eam recipit semper. Quocirca non semper
eodem modo: sed alias aliter agit. Quatenus igitur talis anima est: generata siue generabilis: &
nuncupatur: & est. Quid igitur per Deum immortalem fabulæ: quid signenti in his dictis Pla-
tonis animaduertimus: ut aduersarius obstrepit: uel potius quid non optime: & sapientissime
dictum? Si eum cū Aristotele: ceterisq; gentilibus contulerimus: nam (quod sæpe dixi) Plato-
nem illis dūtaxat cōparamus: non cū fide: & religione christiana conferendū censemus: quanq;
cū nostris plerunq; cōueniat magisq; Aristoteles: & si in plerisq; etiā discrepet. Quippe de ani-
marum præexistentia eius opinio a nostra fide prorsus aliena est: quanq; a ceteris gētibus: atq;
ipso Aristotele teneri oporteat. Etenim si omne: quod infinitam complectens potentia: Sic ani-
ma cum per transitum operetur: & uarie promens alias aliter agat: idcirco tēporis particeps est.
Aristoteles existimat. (Malo enim ita de eo sentire: q̄ eos sequi: qui cōtrarium de illo sentiunt:
& eum affirmant mortalem animam opinatum fuisse: quanq; doctissimi illi sunt: partim genti-
les: partim nostræ religionis uiri: ergo si incorruptibilem: profecto etiā ingenitā esse animā fa-
teatur: necesse est. Eodem pertinere uidetur: quod in libro de generatione animalū dixit: men-
tem de foris: posteriusq; superuenire. Vterq; igitur prius animam esse: q̄ corpus generetur: cu-
ius anima est: existimat contra Christianorū opiniones: sed uiam: ac modum Platonis: quibus
ex ratione motus ad ostendēdam animæ immortalitatem usus est: iam uidimus. Nunc uidea-
mus si quis reprehendat: quæ numeris: proportionibus: medietatibus: circulis: rectis lineis: Pla-
to animæ tribuit: & siue naturalē: siue mathematicam sumpserit lineam: improbetatq; etiā ma-
gnitudinē animæ: propter circulum statueret eum existimet. Quæ scilicet ab Aristotele dispu-
tantur aduersus Platonem: quod si quis talis est: uelim animaduertat: non ita Aristotelem reli-
quis Platonis auditoribus ingenio tardiorē fuisse: quæ tam multi intellexerunt: tenueruntq;
& tutati sunt: ea solus uel nō intellexit: uel parum probauerit. At certe uir doctus dūtaxat uer-
ba: quorum pfundiotem sententiā probabat: ad usum cōmunem: uulgatēq; referens: rephren-

ditne quod significare primo aspectu uidebantur: id ita esse putaretur. Quæ admodū si quis no-
strum reprehendere uelit Aristotelem: q̄ deum animal dixerit: aut genituram: quod ille sperma
uocat: generationem: aut uirtutem: substantiam: aut formam: operationem: aut aliud huiusmo-
dine quod uerba uidentur præferre: id parum considerate aliquis sequatur: sed neq; hæc sine
causa ab Aristotele: nec illa sine ratione a Platone dicta sunt: licet tamen aduersus hæc & illa
obiciere: si quis auditores suos attentiores reddere uelit: quomodo aut uerborum improprietate
tem uitare: aut sono uocabuli non facile arripi debeant. Quanq; nec Aristoteles reprehenden-
dus est: nec Plato: eoq; minus Plato: quo magis ei licuisse uidetur: ad aliū usum uocabula trās-
ferre: cum de rebus intelligibilibus: & earum causis ageret. Etenim substantiarum huiusmodi: ut
nullus sermo est: ita nulla uocabulorum haberi proprietates potest: sed si nos loqui de illis aliqd
conamur: rebus nostris: hoc est naturæ uermaculis uerba mutuemur: oportet: purioribus tamē:
quoad eius fieri potest: quales mathematicæ sunt: quæ a materia prorsus abstrahuntur. Quod si
quis ita esse: (ut dicimus) existimat: & nihilominus fallacibus: captiosisq; rationibus infringere:
ac debilitate sapientissimi hominis autoritatem nititur: hic a boni uiri officio lōgissime abest.
Accedit ad hæc rerum diuinarū decens occultatio: quas Plato uerbis mathematicis adombra-
re pulcherrime conatur: quemadmodū alios quoq; gētiles theologos: fabulis alios: alios ani-
gmatis: siue allegoriis uidemus fecisse. quid principes nostræ religionis cōmemorem: quos
quis non uidet quantis uerborum uelaminibus diuinarum rerum præcepta cōtulerint? Pleni-
sunt huiusmodi arcanis libri prophetarū: plena uetus omnis scriptura sacra: allegoriis scilicet
suspectionibus: relationibus: translationibus: & tamen nemo hanc nisi impius reprehendit. ne-
mo doctrinam ita operam: quasi fabellas irridet: sed omnes admirantur: colunt: uenerant: pro-
pter quod pleriq; sapientissimi uiri: sanctissimiq; ecclesiæ doctores: multum laboris: operæ: stu-
dij in his exponendis: consumperunt. Sic olim Pythagorei philosophi docere res diuinas so-
lebant: sic Plato facere uoluit: non modo Pythagoreos: & ætatis suæ morem secutus: sed etiam
Chaldæos: & Iudæos: quos adierat: & Prophetas e nostris aliquos uiderat: quibus pleriq; sue-
rat edoctus: quæ eodem ritu tradenda suis hominibus censuit. Credendū est enim doctoribus
nostris: qui hæc de Platone prodiderunt. Quo pacto igitur: qui christianam fidem non fide: ac
simulata: sed uere: constanterq; profitemur: hæc apud Platonem reprehendat: atq; irrideat: quæ
in sua religione magnopere probat: & laudat? Ergo quod diuini illi prophetæ rectissime: san-
ctissimeq; fecerunt: id a Platone factum: non modo improbandum non est: sed potius summo-
pere laudandum. Cæterum quid absurdum dici a Platone uidemus: cum aut circulum: aut re-
ctam lineam tribuit animæ? Sane Aristoteles quoq; ita docetur anima simplicem rei rationē
instar rectæ lineæ: ipsum uero cōpositum instar fractæ: iudicet: atq; intelligat: sed Aristoteles in
forma rectam potius probat: Plato flexam in circulū. Id enim uisum est ei conuenientius: quā-
do intelligit: quæ se ad materiam flexerit: reuertitur ad se: suamq; naturam: uel tale aliquid
repetit. Item Aristoteles in materia fractam maluit: Plato rectam: ut transituus animæ motus:
id est operatio promenda significaretur: cum eiusmodi motus instar rectæ lineæ: terminos un-
de: & quo habeat sibi præscriptos. Cumq; animæ duplex uiuēdi ratio sit: una per intelligentiā:
altera per opinionem: idcirco Plato duplicem circulum: & duplicem rectam lineam statuit. Pri-
mordia item contineri in anima putat: proportionem: medietateq; tum geometrica: tum arith-
metrica: aut musica: quibus iustitiæ: manus prodeat: & amicitia: societatisq; officia nascantur.
Cur autem harmoniam quandam: atq; concentum animæ concedendū non censeamus: quan-
do sensus ipsos seruari: oblectari: & deliniri sensibilibus rerum cōsonantia: & uaria partiū com-
positione uidemus? At enim aduersarius quid ueritas habeat: quidq; ex æquo spectari oporteat:
parum attendens: Platonis scripta ad usum uulgarem accommodat. Nec unquam potuit audi-
re: quod fuerit sanctissimi doctoris Thomæ aquinatis de Platone iudicium. Hic libros de ani-
ma Aristotelis exponens: reprobatur inquit: Aristoteles uerba Platonis. Sed attendendum nō id
improbat: quod Plato senserit: sed quod uerborum consuetudo ostendat: quod ita ab Aristote-
le sitne quis propter uerborum improprietatem: & profundiorē: atq; operū Platonis ser-
monem: in errorem labatur: cum animam circulum: aut numerum esse audiat. Hæc enim & si
aliterq; sonent: significare uidentur: tamen ut cautiore essent: qui legerent placuit contra scri-
ptum: omnia autoris sententia differere. Ita hic quoq; uir plane Peripateticus: nec minus inter
doctos sanctissimus: q̄ inter sanctos doctissimus Platonis opinionem probat: quāquam uerba
eius magis accommodata: ad profundiorē illam: & implicitam uetustatis philosophiam: q̄ ad
simplicem: & perspicuam traditionem intelligat. His ergo atq; aliis huiusmodi rationib; mo-
tus Plato: naturam animæ talem a creatore Deo factam scribit: quæ innata sibi principia habeat:
& quasi rationes mathematicas dignæ proportionales ad rerum omnium bonarū delectū

& actum: & effectum. quod si quis male egerit culpa hominis: qui delegerit: inquit Plato: non dei est. Hæc & plura alia longe subtiliora: ratio indicat mathematicarum rerum: quam Plato reperens altius rerum causas cõtemplatur: & rebus creatis omnibus tribuit. Exercet etiam ingenia auditorum: & mathematicarum disciplinarum ratione ad superiora: intellectusq; difficillima mentem dirigit: more eorum Pythagoreorum: qui nihil existimant aptius ad insitam in nobis recordationem diuinarum rerum: q; mathematicas disciplinas: Quocirca his mediis ad illas transcendendum censebant: quandoquidem inter res naturales: atq; immateriales locum tenent medium: quippe nec cū materia considerantur: nec esse sine materia possunt: sed per abstractionem quādam intellectus sumuntur. Non hæc pedalis: quæ scripta est: linea sumitur: inquit Aristoteles: sed illa: quæ intelligitur expertis latitudinis: & pedalis etiam si maior præscripta est. Hæc uia & Pythagorei omnes: & Plato ad immaterialem: diuinamq; naturam eundem iudicant: & quæq; aliam aggreditur uiam: hunc magis propitiā sibi fortunā Plato, inquit, optare oportere. Vnus interdem fabula Plato est: sed non more poetarum: quos aperte improbat: & e sua reprobis expellit: uerum id fabularum genus probare uidetur: quod ad honestatē spectat: & ad uirtutē hortatur: ac diuinæ naturæ rationem figmentis quibusdam non ineptis modestissime indicat: plerūq; etiam quæ palam pronūtiare nō decet: quasi subtilioribus quibusdā uelis obtecta ostēdit. Hoc genere quæ admodum Socrates in constituenda republica docet esse faciendū: sapientissimus Plato nōnunq; utitur: ut rude uulgas: atq; indoctum, facilius percipiat: Diuinam naturam bonorum omnium causam esse: mali nullius. Eundem præterea semper sibi locum seruare: nullam omnino pati mutationem: ueritatis fontem in se cõplecti: nihil fraudis cuiquā moliri: Quæ cum ignoraret Platonis obiurgator: quanquam dilucide genera fabularum apud Macrobiū in expositione. M. Tullii de somnio Scipionis, uidere potuerat: figmenta Platoni: & fabulas obiecit: furdus uidelicet: tum ad eas: quæ modo retuli dicta Platoni: tū ad alia permutata: quæ in Timæo: in Parmenide: in Phædone: in Philebo: in Sophista: atq; in aliis plenisq; locis exquisitissime: perfectissimeq; disseruit. Sed quid de transitu animarū in brutorū corpora aduersarius dicit. Ad hoc quoq; facilis responsio est: & cognita omnib; solo aduersario excepto, qui omnia in deteriore semper accipit partem. Sententia certe Platonis hæc est: animā si ex hoc loco intemerata: ac uirtute prædita abierit, sedem supernæ immortalitatis recipere ubi felix: & diuinitatis compos sapientior degat. sin minus: pœnas luere. Pœnis autē delegata sunt, inquit, loca hæc naturæ inferiora: & corpora hominum. Itaq; redit anima: quæ sede illa superiore digna non est ad generationis labem: corpusq; aliud induit: uita altera melius agat: quo possit deomm sedem, unde profecta est, purificata repetere. De beluarum autem corporibus: reliquisq; huiusmodi non modo a Platone, sed etiam a Timæo deterrendi causa uulgo proditum fuit: ut homines pœnæ formidine a uitis retraherentur: quod aperte Timæus ait in eo libro: quem de mundo, & anima scripsit: quem postea imitatus est Plato. Cum enim exposuisset quomodo anima bonis moribus institueretur, addit. Pertinacibus autem: proteruis: & obduratis supplicia adhibeantur a legibus: ac etiam timor uitæ futuræ a sermone: qui periret pœnis superis inferisq; grauissimis: & indeprecabilibus: nisi uirtutem coluerint. Ut enim corpora interdum ægrotant in salubri aliquo cibo: siue medicamento, pristinae ualitudini restituimus: si primo salubribus rebus exhibitis non bene cessit: sic animos sapenū numero coercemus: retinemusq; falso sermone: si uero minus obtemperat: quo quidem in loco necessaria esse uideo pœnarū genera quædam inaudita: ut puta uitiosas animas uaria pro uitiorum ratione induere corpora: & timidi hominis animam muliebri corpori tradi: turpissimū dedecoris gratia homicidæ, ferino ad erūnas, & cruciat; salacis, fūillo: leuis, atq; superbi, uolucris: ociosi, & ignaui, aquatili. Hæc Timæi uerba sunt: quibus perspicue sateretur rem inauditam fingi ad hominum utilitatem: ut metu perculsi abstineāt a uitis: uirtutisq; incūbant. Atqui aduersarius: qui plane omnia peruertit: beluas dicit apud Platonem humana anima formari, quod etiam si animā hominis beluinum corpus ingredi Plato concederet: non tamen ita intelligendum esset: ut aduersarius sentit. Neq; enim si hominis anima bruti induit corpus: constitui propterea brutum ex materia: & anima hominis Plato opinatur: sed animam corpus alienum subire: insinuariq; spiritu imaginario bruti: atq; ita coercitam plecti: & pœnam pendere scelerum: nec ullum opus suum exercere posse: instrumentis eius: in quo detrusa est animantis: donec longo temporis cuticulo purificata: ad cœlestem demum digna redeat sedem. Hoc genus pœnæ hæc incepta a Platone adungi potest ceteris illis: quas apud inferos esse memorat: ignes dico tartareos: flumines flammas: luctuosos: tristifluos: quos ille pyriphlegethontas: cocytos: acherontas uocat. Sequitur alter error aduersari. Nam cum Platonem audiisset omnem animam immortalem posuisset Brutorum quoq; animas ab eo immortales cõstitutis existimat. Etenim quomodo Plato ge-

nera animarum distribuerit: ut animæ nomen acceperit: nō satis audiuit: uel si audiuit: haud intellexit se simulat. Et si enim Plato eodem nomine tam bruti: q; hominis animam sapenū numero uocet: de hominis tamē uniuoce: de bruti anima æquiuoce loquitur: nec animas dici brutorum censet: sed uitas quasdam: & simulachra animarum. animæ autem triplex genus esse cõstituit: cœlestē: geniale: humanum. Primo generi omnium rerum sciētiam tribuit: quod in cœlestibus locat. Secundo, opinionem rectā: quod in geniis: dæmones enim hoc nomine latini uocant. Tertio generi ancipitem opinionem: quæ partim recte: partim nō recte habetur, assignat: id hominibus præscribit. hæcenus nomen animæ in propria significatione distribuit. Brutorū animam (ut modo dixi) uitam quandam appellat: & metaphorice animam: quapropter cū animam omnem immortalem esse affirmat: nequāq; de brutis intelligit: licet hoc ex ipsius Platonis uerbis accipere. quippe in Timæo de anima sensitua: qualis brutorum est: ita loquitur. Hi uero initium animæ: quod immortale acceperant: corpus attexerunt mortale: astruxeruntq; alterū animæ genus mortale. Post hæc affectus animæ sensitivæ enumerat: deinde sensu autē, inquit, rationis expertæ: omni libidini exposito temperantes: mortale animæ genus constituerunt. Postremo in pectore: ac thorace mortale animæ genus uincire uoluerunt. Quis igitur tam impudens sit: ut Platonem ausit asserere: animam sensitiuam: & cum brutis cõmunē opinari esse immortalē: cū tā sepe: tamq; aperte affirmet eam esse mortalem: plura a Peripateticis contra hæc dici solere, non ignoro: sed argumēta eorum omnia dissolui facile possunt. Quamobrem cum satis dictum de anima sit: nunc de prouidentia disseramus.

Platonem Dei prouidentiam non negasse.
Platonem sacrificasse diis: & munera obtulisse.
A deo initium esse semper sumendum.
Platonem sensisse post mortem præmia bonis: & pœnas malis paratas.
Socratem malignantem naturæ uirtute: & philosophia superasse.
Difficile esse explicare quid Aristoteles de diuina prouidentia scripserit.
Quomodo Alexander Aphrodisiensis de prouidentia dei ex Aristotelis sententia locutus sit.
Quid responderit Alexander interroganti an prouidentia per se sit: uel per accidens.
Alienum a diuina natura esse propter hominum salutem aliquid agere.
Quid Plato de Dei prouidentia scripserit.
Cur multi de Dei prouidentia dubitauerint.
Quomodo Plato eos consolatur: qui agere ferunt bonis male esse: mali uero bene.
Naturam diuinam omnia perfectissime nosse: uelle optime omnia a se producere.
Deum: qui uniuersum mundum regit: partes quoq; necessario procurare.
Nullam rem bene agere: qui negligit minima.
De arbitrii libertate.
Platonem cum Dauid propheta quibusdam in locis conuenire.
Singula ad uniuersū salutem ordinata esse.
Iacturam partium: quæ toti conferat non esse iacturam.
Neminem sibi soli esse natum: sed uniuerso.
Platonicos hoc maxime obiicere Aristoteli: q; de prouidentia male senserit. Caput. VIII.

Prouidentiam aduersarius scribit omnino negasse Platonem: & fato: ac necessitate uniuersa fieri statuisse. Equidem magnam pietatis partem in diuina prouidentia cõtineri fateor: facileq; hoc aduersario concedo: sed hanc pietatis partem cum tollere Platonem affirmat, aperte mentitur. Plato enim pietatem his tribus rebus contineri maxime docet: in opinando deos esse: prouidereq; rebus omnibus: & iuste: ac sine ulla mutatione prouidere. Sic enim decimo de legibus libro loquitur: Qui in deos peccatisue re impiā: uel agit: uel loquitur: aliquid ex his tribus facinus patrat: aut certe eos non esse existimat: aut esse quidem: sed humanarum rerum nullam curam habere: aut (quod tertium est) faciles esse: qui precibus: sacrificiisq; flectantur: atq; mutantur. Quis igitur fieri potest: ut Plato: qui cum impietatis reum peragit: qui prouidentiam negat: ipse diuinam neget esse prouidentiam? Nihil profecto apud eum reperies: quod facinus hoc affirmet. Nec uero fato: aut necessitate agi omnia: uel factis unquam: uel dictis ostendit: quin & diis munera obtulit: & sacrificiis eos placauit: qd ei ab aduersario obiicitur. familiaribus, quæ uiderentur profutura: consuluit: suamq; ipse ad eas quæ agenda probaret, operam præstitit. precibus quoq; nō modo ipse a diis: quod optabat: petere consuevit: uerū etiam ceteris: ut idem facerent, suadere. Itaq; Timæus apud eum de rebus

quas tractandas proposuerat dicitur: precatur deos: ut sibi adsint: quo ex sententia: uoluntateque eorum agere possit: idque non semel tantum: sed bis etiam facit. Admonet praeterea ut siue paruum aliquod: siue magnum opus aggredimur: Deo semper initium sumamus. Et in legibus quidem suis: cum de diis agere statisset: Age, inquit, si unquam uocandus est Deus: nunc maxime auxilium eius implorandum est. omni igitur studio, deorum opem quaeramus: quorum res agitur: siquidem deos esse: demonstrare instituimus. Ad haec homines: quorum uita scelerata fuerit: supplicii: & poenis obnoxios ostendit. Contra uero: qui recte: & cum uirtute uixerint: insulas, beatasque insulas, & Elysios campos: & sapientium uirorum societatem: & beatam, uel potius deorum felicissimum consortium pollicetur. Nec uero Socratis praceptoris sui sententiam ignorabat: quem cum Zopyrus: qui se naturam cuiusque ex forma perspicere profitebatur: multis inquam uitis iudicasset: proptereaque a ceteris: qui illa in Socrate uita non cognoscerent, derisus haberetur: solus ipse Socrates laudauit. Nolite mirari, inquit, uere enim Zopyrus iudicauit: talisque essem profecto: nisi ratione: & praecipis philosophiae naturam superassem. Patet igitur non omnia fato subiecisse Platonem: nec fieri necessitate omnia uoluisse. Maxime enim inter se distant fatalis necessitas: & libertas arbitrii: quam semper tueri conatus est Plato. Et quidem in Gorgia effeminati animi: & ignaue mulierculae esse dixit: non credere fatum posse deturbari: quod si uitari ab homine fatum posse affirmat: iniusta profecto est obiurgatoris reprehensio: hoc etsi plane manifestum est: tamen quid Plato de diuina prouidentia: & fato senserit: explicare decreuit: non modo opinio eius: sed etiam ratio: cur prouidentiam cum fato coniunxerit, intelligatur: quo in loco quid Aristoteles de eisdem rebus senserit, iudicare difficile est. Nihil enim tale ab eo scriptum legitur (ut Alexander aphrodisiensis testatur): qui librorum eius diligentissimus indagator fuit. Hic cum de prouidentia differendum esset: difficilem sibi eam materiam esse dixit: quod nihil de ea certi ab Aristotele cognitum haberet. Nec ipse duxerat pluresque alii gentiles: sed etiam ex nostris plerique doctores sancti: Aristotelem prouidentiam delollere putauerunt: ob ea fortasse uerba: quibus duodecimo de rebus diuinis libro usus est: per quam diuinam intelligentiam a rebus humanis: naturalibusque excludit: nihil enim ex his a mente diuina intelligi posse affirmat: cum summa sit: & diuinitatis ratione suprema: ac proinde se solam intelligat. Nam si aliud intelligeret: moueri profecto necesse esset: in deteriusque mutari: quod si humana nequaquam intelligit: ne prouidere quidem his posse, dicendum est. Nemo enim ea curare potest: quae ignorat. Verum quid ex sententia Aristotelis Alexander dicere uideat, exponam: ut latini homines: qui graecos libros non legerint, intelligere possint: & iudicare. hic cum de prouidentia iuxta opinionem Aristotelis scribere statisset: primum de incorporata: immaterialique substantia: & forma: quae semper intelligitur: confiderat: quam proprie mentem agere: & omnium primam: autem Aristoteles uocat. Mox cum de diuino (sic enim appellat) & uolubili corpore: animato: & per animam mobili differuisset: appetitu quidem id moueri dicit: sed non appetitu corporis alicuius: nullum siquidem corpus: aut prius caelo: aut nobilius esse: sed primam de qua dictum est: & sempiternam: immobilisque substantiam: nec uero: ut quicquam ab ea accipiat, appetere: sed ut quae simillimum illi fiat. hoc autem esse: ut eadem motus aeternitate moueatur. quieti enim quodammodo similem esse caeli conuersionem: quando per eadem eodem modo agitur semper: qua una: & simplici conuersione primum ipsum corpus moueri: tum septem sphaeras illi subiectas duplici motu agitari: altero suo: scilicet per appetitum: quo mouentur appetentes quandam certam substantiam: ut prima, altero: alieno uidelicet: quo a prima circumferuntur: Cuius duplicis motus causam esse: quod praeter diuinum illud: atque aeternum corpus esse alterum oportet in generatione: ac corruptione positum: quod nisi uario superioris corporis motu regatur: aeternum sua specie manere non possit. Haec prouidentiae propriae dicta: nullum esse locum fatetur: sed rebus deinceps generabilibus: & corruptibilibus tantummodo eam perficit. haec cum ita sint, inquit, siquis prouideri dicit: quoties aliquid propter aliquid: & ab aliquo quocumque modo mutatur, moueturque: sic porro omnis corporea substantia tam superior: & aeternamque inferior: & generationi: corruptionique obnoxia: prima substantia prouidetur: quae sempiterna: immortalis: incorporea est. hic nullam substantiam intelligibilem: & immaterialem prouideri ne improprie quidem dicta prouidentia existimat. post haec addit. At si quis ea solum prouideri dicit: quorum gratia id quod prouidere dicitur, mouetur: & fungitur aliquibus operationibus suo motu: Ita corpus lunae subiectum unum: ac solum sententia Aristotelis erit: cui prouideatur. Hoc autem est corpus materiale: & generationi: corruptionique expositum. quoniam mutationis eius ordinata: aeternaque secundum speciem perseverationis causa moueri motu secundo statuitur sphaera septem: quae post primam: quae firmamentum dicitur: dispositae sunt. Cum enim rebus: quae generantur: & corrumpuntur: uariis motus deberetur: fieri non poterat: ut eodem modo

eodem modo diuinis corporibus constitutis: simul & generationis: & corruptionis ordinata: eadem in rebus probaretur: quibus generatione scilicet: & corruptione ad hunc modum uicissim succedentibus: aeterna haec secundum speciem manent: quando quidem uariis illis motus semper seruetur. Idem alibi interrogatus utrum praecipue: & per se: an per accidens secundum Aristotelis sententiam prouidentia sit: neque per se respondit: neque per accidens. Est enim per se prouidere, inquit, cum quispiam spectans commoditatem eius: cui prospicit operatur: & agit eius commoditatis gratia: ea, quibus consecuturum se id, quod spectat existimat: in se sibi statuens actionum suarum commoditatem eius: cui dat operam: quod quidem diis non conuenit. Tale enim diuinitus prouidentiam exhibendam rebus generationi, corruptionique obnoxias fatetur: deosque arbitrari actionibus fungi suis propter mortalium salutem: a diuina natura profus alienum est. Perinde enim hoc esset: ac si quis diceret: liberos, & dominos seruorum suorum gratia esse: & suis idcirco officiis fungi: ut serui, incolomes, fortunatique agere uitam possint. At qui alium quoque modum prouidendi expositurum se secundum Aristotelis opinionem pollicetur: utrum id fecerint: nescio. Nullam enim aliam prouidendi rationem scriptam ab eo legimus: nisi quatenus hoc loco tetigit inter modum per accidens: & per se esse alium modum: cum quispiam agens alterius gratia: sequatur ut alteri proficiat: ipse qui agit sciat: ac etiam uelit. In hoc fortassis diuinae prouidentiae rationem constituit: sed parum digne. quandoquidem tantum dei beneficium rei superuacuae ascribendum censet. Idem alibi perspicue negat eam: quam nos in praesentia quaerimus: prouidentiam. Nam si mundus, inquit, natura sua aeternus est: mundi autem essentia non nisi certo ordine constat: sequitur, ut ordinem etiam ipsum natura sua possideat. Quod si ita est: non eget mundus: uel ad suam essentiam: uel ad eum: quem habet ordinem: altero: qui prouideat. Adde quod omne, quod prouidet: uel ut sit aliquid prouidet: uel ut bene sit. At mundus neque ut sit: neque ut bene sit, indiget aliquo, qui prouideat. Ergo a nemine dicendum est mundum prouideri: an ipse quidem mundus uniuersus non eget altero: qui prouideat: neque ut sit: neque ut bene sit: prouidetur autem in ipso desyderat: proficitur a parte eiusdem mundi ad partem: ita ut pars prouideat: pars prouideat. Pars enim eius corporea: quae ingenerata: & incorruptibilis est: suaeque naturae: animaeque ordinata: suaeque motu exercens: appetitu imitari primi dei: haec nihil alterius indiget: qui prouideat: cum suapte natura perfecte & sit: & bene sit. Pars autem quae generabilis: & corruptibilis est: atque aliunde adiuuato egens: ut sit: & aeterna secundum speciem sit per ordinatae apte mutatione: haec est: quae prouidet a motu ordinato: certoque diuinae partis mundi respectu & regit: & gubernat: ita enim pars mortalis ordinem: cuius particeps est, consequitur: & quoad eius fieri potest: secundum speciem seruat immortalitatem: haec atque his multa similia Alexander ex sententia, ut ipse inquit, Aristotelis de prouidentia tradit: in quibus quatuor animaduertenda sunt. Primum: nullam omnino prouidentiam rerum intelligibilium: & immaterialium ponit: uel actiuam: uel passiuam. Secundum: coelum: & uniuersum hunc mundum: quem deum aeternum: ingenitum: incorruptibilem opinatur nullam: uel ut sit: uel ut bene sit: prouidentia egere. Tertium: quod ex dictis sequi uidetur: mundum nullam causam efficietem aliunde habere: siquidem neque ut sit aliquo egere: qui prouideat. Quartum: duxerat generabilium: & corruptibilium rerum: quo ad speciem earum pertinet: prouidentiam haberi. Quintum: atque postremum hanc quidem prouidentiam praecipue atque per se: sed consequenter atque per accidens fieri: quando operatione deorum ad alium sensum pertinentem: haec consequitur: quam non praeter eorum uoluntatem. Haec utrumque religioni nostrae: & fidei christianae consentanea sunt: ut aduersarius optaret: iudicet iam qui Aristotelis opinionem a uide per ceperit. Quae enim Alexander Aristotelis: uel diligentius indagari: uel exquisitius: ac certius exposuerit. Plato uero quid de diuina prouidentia: cum aliis pluribus in locis: tum duodecimo de republica libro scripserit: & quae digna sua sapientia: & nostrae religioni conuenientia illa sint: audite quae breuiter a me nunciatissime ab illo: siquidem libebit: libros eius in manus sumere: atque perlegere. Fuerit certe nonnullis: & si deum quidem esse confessi sunt: utrum tamen humanarum rerum curam habeat: uel si dubitare: Cuius rei causa est: quod homines plerique uident: impios: scelestos: facinorosos fortunae benignitate experiri: & ut ipsi putant felices esse: uidelicet quia diuitiis affluunt: imperia obtinent: recta ualitudine fruuntur: ad ultimam senectutem perueniunt: liberos summis sanctos honoribus haereditas sibi relinquit. Contra uero: optimos atque sanctissimos: utrosque inopes: afflictos: calamitosos: aegritudinibus debilitatos: acerbatos: imatura morti propinquos: nullos sibi liberos: uel abiectos eos: atque ignobiles relinquere: & quod omnium grauissimum: ac molestissimum est: uexari ipse ab ipsi tyrannis dilacerari: excruciar: opprimi. Haec itaque cernentes: & saepenumero etiam experti dolere: turbantur: argunt: decidunt animis: atque succumbunt: cumque nulla erga humanum genus charitate teneri existimant: nulla prouidentia mortalium rebus consulet: nullam uirtuti meritum: nullam se-

seri poenam statueret: ob eam causam nullam omnino esse prouidentiam retur: & omnia instabili quadam fortuna temeritate uoluntari. Hos igitur cum admonere erroris sui: & ad meliorem frugem trahere uir sapientissimus uellet: Primum earum de deorum bonitate: de prudentia: de fortitudine: de temperantia: de omni genere uirtutis: tum de uitiis etiam: & rebus turpibus dicta ab eo fuerant, repetit. Quibus ita positis: cum rerum turpium autores interdum homines sunt honestarum semper dii: negligentia: odio: desidia: uoluptate: quae uitiis partes sunt: uacare deos ostendit. Et quia qui suis rebus non consulunt: hac parte uitiis peccant: ideo qui uacare hoc uicio uolunt: suis consulant, necesse est: & omnibus tam leuioribus, quam grauioribus rebus prouideant. Nam si quis illos (loquar enim uerbis Platonis) prouidere negat rebus humanis: certe ita euenire necesse est, fateantur: uel quia nolunt: uel quia nequeunt: uel quia officium ignorant: primumque bipartito distinguitur: aut enim ideo nolunt: quia uoluptatibus: & turpi ocio dediti id negligunt: aut ob uilem rerum: atque abiectam conditionem aspemantur: quasi curam tantorum principum indignum sit ad regulam naturae descendere. A quo diuinam naturam cognoscere quaeque exquisitissime: posse ualidissime uelle optime: & quaeque ex se producere: reuerentissime a Platone demonstratum est. Ergo dii nec ignorant officium esse suum: ut uis: quae prodixerunt: & quasi domum quandam: atque familiam sibi constituerunt: prouideant: neque non possunt: nihil enim diuinam superat facultatem: & qui prodixerunt: quod maius est: uidem prouidere etiam possunt: quod est longe minus: neque nolunt: si quidem non uoluptate: siue ignauia negligunt: quasi ueterinosi quidam: & ad nullius rei usum accommodati: nec rerum naturae paritatem aspemantur. Quippe homo summum inter omnia naturae animantia locum tenet: & naturae suae nobilitate cuncta excellens: mentis suae iudicio deum cognoscit: & colit. Quapropter merito curam: charitatem: gratiam: consequi apud deum, dignus est. Tum si Deus mundum uniuersum tuetur: & curat: partibus etiam consulat, oportet. Ita enim natura comparatum est: ut bene esse uniuerso non possit: nisi partes etiam sint recte dispositae. Non medicus: non gubernator nauis: non dux exercitus: non paterfamilias: non rector: moderatorque reipublicae: non cuius alius ratione: consilioque aliquid agens: grauiora negotia administrat: leuiora contemnit: sed tum demum suo quisque officio fungi arbitrat: cum singulis studio: & diligentia: ut cuiusque ratio poscit: incumbit. quod si homines ne leuiora quidem praetereunt: profecto nec deos existimandum est exigua quaeque: ac minima negligere. Neque uero animis laborant: aut a beatissima: quam degant uita, declinare uidentur: cum manere diuinam prouidentiae funguntur. Nam difficultates: quae hominibus in administrandis rebus suis occurrunt: & non mediocres saepe dubitationes afferunt: ita ut post longam diuturnamque cogitationem uix quid commodius sit: statuere aliquando possint: in diis non sunt. Omnia apud eos facilia sunt: nulla illic dubitatio: nulla difficultas. agunt semper quae sciunt meliora esse. quippe omnium rerum cognitionem habent: quando & creatores omnium sunt: & ipsi sese intelligunt: & ad se uertunt. Non exitum rerum spectant: non sedulo negotiis, ut nos facimus, incumbunt: donec finis sequatur: sed ut autor reipublicae constituenda: conditaeque promulgatae legibus: quae quid cuique tribuendum sit: iubent: & negotio omni magistratibus delegato, quiescit: sic deus: qui hanc mundi compagem: & genus hominum condidit: longae quidem dignus: cum omnem actionum nostrarum ratione animo proficisci: & partim uirtutibus: partim uitiis superare perspexisset: adhibuit curam: ubi: & quomodo quaeque pars posita: uirtute uicio superiorem facillime exhiberet: & qualis quaeque facta: quem locum reciperet: quae sedes: quae iuris actionem mereret. Motum autem officiorumque causas uoluntatibus hominum dedit: atque arbitrium instituit liberum: scilicet boni mali uel auctore: uel utique sponte elegerit. Non enim instar tabellae: in qua nihil sit scriptum: animam Plato constituit. Si quidem hac ratione libertas arbitrii tolleretur: sed ita, ut a primo rerum obtutu: possit ipsa suo actiuo principio assentiri obiectis: & utri parti maluerit haerere: sicque in ea facultas sit eligendi: seu uirtutem uoluerit: seu uitiu. Immutatur igitur sua sponte: quae uim hanc animae possident: cum intra se causam habeant: quare mutentur: immutataque reddunt fatali ordine: atque lege uel ad locum superum: honestum: & felicem: uel ad manes: & loca infera: utique pro uirtute: aut uicio digni fuerint. Atque haec iustitia est deorum superum: quam nemo unquam uitare potest. Nec est quisquam uel humilitate sua ita humili desit: uel excellentia ita in caelum erectus: ut ea diffugere potens sit. Vos: qui Deos humana curare minime putatis, sic habetote. Nullum locum diis immortalibus incognitum: nullum inexploratum esse. quod siue hic manseritis: siue profundissimas terras cauenas subieritis: siue aliud quoduis diffugium: atque latibulum quaesieritis: haud quaquam latere poteritis diuinum illum oculum: atque temum: atque peragilem: nec poenas uobis iuste debitas euitate. Haec Plato iisdem fere uerbis: quibus David noster diuinus propheta locutus est. Quo ibo a spiritu tuo: & quo a facie tua fugiam.

fugiam. Si ascendero in caelum: tu illic estis: descendero in infernum, ades. Quid igitur ab ore hominis gentilis accipi posset ad nostram religionem, accommodatius? Quid ea praesertim aetate dici potuisset praestitius: atque diuinius? Na cum ceteri deos immortales sua duraxat curare: res uero humanas uel quadam naturae regi: gubernarique existimant: quod crimine etiam Peripateticis obiectis: solus Plato: non aliter fere: quam nostrae religionis doctores fecerit: loqui de prouidentia uideat. Improbatorum, inquit, hominum comoda: proborumque incomoda: quomodo possunt opinionem prouidentiae iustae, ita etiam infringere? quoniam primum nulla res humana dici proprie bona: aut nostra potuimus: quae in nostra potestate constituta sit. Tu singula ordinata sunt ad salutem, pulchritudinemque uniuersi: ex quo fieri potest: ut pars uario modo faciat: aut patiat. Quoties id pro totius comodo fit: cuius cura apud deum praecipua est: partibus autem singulis singuli rectores: & quasi tutores delegati sunt: qui oia ad unum finem dirigant: hoc est salutem uniuersi: ita enim partibus quoque simul cum toto consiliis: nec iactura huius: aut illius particulae facere potest: ne partibus bene sit: cum toti optime cedat: Finis tamen, ut dictum est, salus est: & conseruatio totius: & pars quaeque quatacunque est: eo spectat: ut seruet uniuersum. Si ergo fortunae aduersitate conuenit: meminere se non sibi solum natum esse: sed rerum uniuersitatum: immo potius illi: quam sibi: naturaeque ita comparatum esse: ut quae nobis incomoda accidunt: haec uniuerso comoda sint: quod ortus nostri praecipuum sibi parte merito uedicat. Itaque aequo: ac tranquillo animo sua incomoda ferat: ne cum Deo pugnet: more illorum gigantium uideat. Comoda autem improborum hominum non magis praesenti solatio: quam futuro dolori ascribenda sunt. Quae enim uel fortunae facilitate: uel aliqua industria possedere: miserabili saepe exitu amittunt: nec diffugiunt poenas illas: quas diuina prouidentia comites: & quasi satellites quosdam: atque lictores secum habet, oia perulstrat. Patitur quidem saepe numero diuina prouidentia: plura improborum hominum comoda: sic enim agi necesse est: ne quod uniuerso sancitum a Deo: atque decretum est: uirtutis fiat: & quasi improbes: quod optime constitutum fuit: sed repedit tandem fatali necessitate primum bonum ultimo malo: & quo plenius bonum praecessit: eo grauiori supplicio compensatur. Nihil igitur a deo negligit: nihil fortunae temeritati relinquit: sed oia diuina prouidentia gubernant. Haec sunt: quae Plato de prouidentia differuit. Aduersarius uero tantum uirtum maledictis incescere non etubescit: quasi prouidentiam negarit: & Aristotelem ita laudare: quasi non fecus de ea senserit: quam nostra religio. Atque Platonici illud in primis Aristotelem oblicere consueuerunt: quod male de prouidentia iudicauerit: quia in re dum Aristotelem tueri Peripatetici uolunt, non audent dicere Platonem prouidentiam negasse. Quis enim in re tam aperta metiri ausit? sed Aristotelem modo quodam posuisse prouidentiam conatur ostendere. Quippe Alexander Peripateticus: rursus facile post Aristotelem princeps ita loquitur. Conabor ostendere eos, qui Platonis disciplinam sequuntur: sibique persuasum habent nihil ab Aristotele de prouidentia dici: parum explorare de hoc philosopho iudicare: & nihilominus obiurgator noster: quasi oibus doctorum sit: Platonem nec dixisse quicquam de prouidentia: nec eam probasse contedit: & clamat.

Quomodo Plato de fato locutus sit.

Voluntatem humanam liberam esse: & necessitati fati minime subiaccere.

Chaldaeos omnia stellarum motibus tribuere.

Libertatem arbitrii nostri potius esse seruitutem.

Quam potestatem habeant superiora in corpora humana.

Pulcherrima sententia Iamblichi Platonici de duabus animis.

Platonem duobus modis accipere prouidentiam.

Pulcherrima Procli sententia: quomodo deus intelligat: & quod diuina cognitio necessaria non tollit rebus contingentiam: & propriam naturam.

Aristotelem nomine quidem fati usum: sed quid ipsum fati non dixisse.

Concordiam partium mundi causam esse: quod & locis: & temporibus diuersis eadem saepe contingant.

Caput. IX.

Axime uero auget calumniam suam: cum Platonem de fato reprehendit: quasi fatali necessitate fieri cuncta uoluerit. Enim uero Platonem fatum ponere non diffiteor: quemadmodum etiam Aristotelem facere manifestum est. Neuter tamen eorum ita de fato sentit: quasi omnia necessario fieri uelint: sed locum potestati nostrae amplissimum relinquunt: per multaque esse: quae fieri possunt: arbitrantur: nulla fati necessitate obstante. hinc possibilis: contingentisque nomen usurpatum est. hinc honores: praemia: merita: hinc uirtuti operam dederunt: proponunt. Contra uero: illis: qui uitam improbe egerint: contumelias: damna: supplicia: quibus rebus refectum est opus Platonis: quod de legibus locutus

lentissime scriptis. Vult enim eum qui ultro peccarit: nulla necessitate actum peccasse. Alioquin quo pacto poena afficiendus esset: qui aliunde cogeretur ad peccandum? De consilio etiam capiendo plura precipit, ut dictum iam est: & precibus: uotisq; locum tribuit: quibus deus placatur: conciliatur: inuitatur: quapropter liberum sematur arbitrium: & potestas uolendi: nolendi ue non tollitur. Priuationi uero accidenti fortunæ: casui: causam in rebus materialibus tribuit. At in rebus diuinis intelligibilibus: immaterialibus: & perpetua illa æternarum: & immutabilium causarum: & rerum serie: in ratione etiam naturæ uniuersalis: qua semper eodem modo quæcunq; proueniunt: tum in perfecto: atq; ordinato administrandi modo: & lege diuina: qua optime omnia: & pro sua natura absolute seruantur: atque reguntur. In his inquam: si fatum quis esse dixerit: abutens nomine: quamuis supra omne fatum sit: nequaquam ab utriusq; philosophi sententia discedet. Hanc tamen rerum dispositionem Plato Adrastiam appellare solet in superioribus intelligibilibusq; substantiis: ac etiam legem Adrastiam: ut in Phædro: necessitatem autem in intellectualibus: & matrem parcarum: ut in libris de republica Himarmenen uero: hoc est fatum: in naturalibus: sensibilibusq; ut in politico: Protagora: Timæo. In hac tripartita rerum ratione omnis natura consumitur: primaq; parte intelligibili: secunda intellectuali: tertia naturali continetur. Extrema quoq; habet: & medium: atq; ordo his datus: & per cuncta discutrens in intelligibilibus quidem omnino: in sensibilibus uero: quoad eius capere possunt: immutabilis: & inuitabilis permanet. Vnde a rerum inuitabili ordine: Adrastia nomen accepit. Necessarius etiã hic ordo est: sed non ut talis necessitas sit: quæ omnia superet: & quasi per uim trahat: adimatq; uitæ nostræ libertatem arbitrii: & potestati illi nostræ aduerfetur ex se promptæ: & mobili. Non sic Plato censet: sed legem quãdam diuinam esse arbitratam innatam omnibus: quam legem Adrastiam tribuit in Phædro: cum inquit. Lex Adrastia: est: ut quæcunq; anima comes deorum perspexerit aliquid ueritatis: hæc ad alterum usque circuitum inoffensa insitit: & si semper id agere potest: semper manet inoffensa: Sed in politico Saturno eam legem ascribere uidetur: cum dicit: Lex erat Saturni temporibus: quæ adhuc apud Deos est: lomi in legibus dat, ut hospes ille Atheniensis loquitur, hunc iustitia sequitur uindex eorum: qui legem diuinam præuaricati fuerunt: Fato assignat in Timæo: cum ait: Legesq; his fatales aperuit. Minime igitur Plato uidetur a prouidentia ratione discedere: cum hanc legis rationem docet optimo ordine distributam: stabilem: in dissolubilem: quantum subiectarum rerum ratio patitur: quæ rebus indeterminatis terminum: inordinatis ordinem affert: Sicuti Boetius quoq; libro de consolatione ex Platonis sententia de fato scribens: bifariam distribuit. Nam de exquisita rerum intelligibilium diuinarumq; dispositione differens: quæ ex principiis prouidentia immobilibus proficiscitur: eam immobilem esse refert. Contra uero de ea ageas: quæ inde ad nos profluit: Fatum esse dispositionem confirmat: rebus mobilibus inhabitentem: per quam prouidentia suo ordine quæq; connectat. Itaq; inter fatum: & prouidentiam quid interit: non re potest: sed ratione distingui. Adrastiam necessitatem parcas: quibus nomina Clotho: Lachesis: Atropos: poetarum etiam libri nominant. Sed quid quodq; eorum sit: & quem usum præbeat fato: aut qua ratione eidem iungatur: explicare hoc loco non est necessarii: hoc solum de parcas: ne eas quidem necessitate omnino rebus humanis afferret: quæquam enim nim quamdam inuitabilem habere uideatur: ut apud Homerum est.

Mortalis nemo fugiet decreta sororum:

Improbustaq; probus debent sua corpora morti.

Nec ipse tñ uim: & necessitatem inuitabilem inferunt: qd idem Homerus alio loco fateri uidet. Ne contra Parcas manes tradatis ad imos. Fatum autem de quo nūc agimus: Plato in Timæo naturam quandam de creatore pendētem esse dicit. postq; enim uniuersis naturis: & aias hoium pductas ætheriis uehiculis iūctas exposuit: tñ leges iis aperiri fatales narrat: serie scilicet atq; ordine rerū: quæ creator cōstituit: atq; cōseruat: neq; uero animas ipsas: quatenus animæ sunt: his legibus obtemperare fas est. Præstantiores enim sunt: quãdiu mentis ratione uiuant: & prouidentia lumine apud summum deum fruuntur: sed corporea uehiculorum natura: & sorte: qua ad colendas: gubernandasq; terræ partes ducuntur: fato uulgari subiiciuntur. Quamobrem non antequam uehicula sibi iuncta acceperint: sed post audiunt leges illas fatales: quibus corporum statum: & gubernationem sortiuntur. Plato igitur naturalem cœlestium corporum reuolutionem primam tribuit fato: tum ipsorum corporum dispositionem: quorum cuiusmodi motus proprius est: eodem refert: atq; etiam animas: quæ ad generationem descēderint: Quia sententiam apertius in politico exponit. Cū mūdum uoluebat, inquit, fatū innatusq; appetit: Vbi certe fatum id uocat: quod propinquum res sensibiles mouet: idemq; de prouidentia pendet diuina: plures etiam ex posterioribus: & maxime: qui astrologia operam dederunt: Chaldeos

deos: atque Aegyptios secuti: hoc idem fatum esse declarant: siquidem affrorum dispositionem: fatalem dicunt: quæ uel conceptus: uel natus extiterit. Chaldei enim, ut Philo de quo supra mentionem fecimus, narrat astrologia studiosissimi: omnia stellarum motibus subiecerunt: eorumq; modo: & genere cuncta: quæ mundus complectitur, geri: atque seruari putauerunt: sed Plato diligentius rem hanc rimari uidetur: quandoquidem non modo causam cœlo tribuit: uerum etiam ipsum cœlum ad diuinam prouidentiam refert: ut inde dependeat. Quippe in eodem politico inquit, rerum omnium opificem: gubernatoremq; post rerum omnium abolitionem: generationemq; aiarum: quasi clauis gubernaculo dimisso ad suæ excellentiæ culmen reuertisse: cū scilicet iam alteri motus principia delegasset. Itē paulo post: Deū dicit interdum omnia iustrantem adesse una inuoluendo: regendo: & dirigendo hoc uniuerso: interdum laxare: cum iam circuitus debiti temporis modum compleuerit: tum rursus hoc sponte sua uersari: labiq; in deteriora: quippe quod animal est: & prudentia compos institutum ab eo quod constituit: ita Plato perspicue: manifesteq; diuinam prouidentiam prædicat: naturamq; uniuersi: ac motum illi adnectit: & subiicit: cum scilicet appetitu innato: & desiderio diuinitatis hoc ad summum illud bonum spectare: moueriq; perpetuo: & æquabiliter fatetur: quod si modo insistere: modo desistere dicit, id iam declaratum est: communi consuetudini concessum eēt: quod non nisi ratione distingui potest: id sensu præsentia: & absentia percipiatur. Sed quanta uis huic uel appetitui: uel desiderio: seu cupiditati sit, exponens Plato in Cratyllo sic percunctatur. uinculum quod faciat quodnis animal usquam permaneat: utrum potius erit: necessitas: nean desiderium? Longe inquit Socrates, desiderium potius erit: Sed hoc idem alia ratione necessitatem in Epinomide uocat his uerbis. Hæc animi mente præditi necessitas: præclarissima necessitatum omnium fuerit. quippe cum ipse imperans: non seruens iura det. Cum enim omnia bonum appetant: quæ æterna quidē: aut perpetua sunt: & quod gētiles illi corpus beatam uocant: idq; animæ iungunt adhuc syncera: hæc utpote omni errore uacantia: summum primum: & uerum bonum illud semper aspiciunt: nunquam ab eo declinant: immutabili constantia id appetunt: eoq; assidue fruuntur: & una felicissime uiuunt: summa uidelicet necessitate: imptimisq; diuinis illi deuincta: & arbitrio libero: id est potestate i utraque uis omnino soluta. Nam libertas ista arbitrii nostri potius seruitus dicenda est: necessitas illa felicitatem: ueramq; libertatem complet. Nos autem quoniam in uices naturæ singularis fortuitas: ac temerarias magna ex parte retrahi sumus: nihil constanter: aut solide agimus: sed alias recte: alias non recte in eligendo uel iudicamus: uel deliberamus. Interdum quæ uidetur bonum: non quod est: quasi bonum eligimus: & interdum meliora: interdum deteriora anteponimus. aut enim ratio: quæ nescio quid diuinum in nobis est: & quæ fatali necessitati nequaquam subiecta est: ut alterum necessario eligat: uincit temeritatem: aut temeritas superat non sine detrimento rationem. Superat enim hoc modo: & uiucitur a motu superioris corporis: hoc est Dei: atque ita fato subiicitur: ut a motu cœlesti ducatur: & necessaria subiectionem rerum inferiorum communem patitur. Ducit hæc secum eam animæ partem: quam superauit mentem dico: & uoluntatem: quæ suæ naturæ ratione actioni cœlestium corporum subiecta non sunt. In his enim duntaxat uirtutibus animæ: quæ instrumentorū corporeorum actus sunt, illa operantur: quod nostri etiam doctores facile concedunt: eodem modo, quo Plato: qui motum cœlestium corporum uim habere in naturalia corpora euidenter per se dicit. In uirtutibus autem: quæ corporeorum instrumentorum actus sunt: euidenter quidem: sed per accidens: non per se: quoniam huiusmodi uirtutum actionem tolli necesse est: quoties instrumenta deprauantur: uelut oculus conturbatus cernere recte non potest. At in mentem: ac uoluntatem: quoniam actus instrumentorum corporeorum minime sunt: neq; euidenter: neq; per accidens uim ullam habere. Ex quo fieri: ut humanarum electionum siue actionum per se causa non sint: per accidens tamen in mentem etiam, ac uoluntatem posse aliquando agere: quatenus mens: & uoluntas ab inferioribus uirtutibus: quæ instrumentis corporeis egent, uisa recipiunt. quippe siue phantasia: quam latine imaginationem dicimus: siue memoria turbata sit: confestim actio quoq; mentis turbatur: unde diuersi errores in eligendo: deliberandoq; contingunt: ne assequi commodat: atque honesta possimus: siquidem iudicium rationis peruersum habemus: quod integrum seruare iam poteramus. Erat enim in potestate nostra siue affectus: siue passionis moderari: & resistere obiectis ratione aduersis: ac uim animi inoffensam tueri: qua imaginamur: atq; meminimus: Hæc nostrorum sententia est. Iamblichus autem eorum: qui Platonem sequuntur, decus: cum tueri liberum arbitrium uellet: & resistere Aegyptiis: qui ad stellarum motus omnia referunt: eiusdem fere sententiæ est: & licet diuersis uerbis: tamen idem significantibus utitur: etiam ætate longe antiquior sit: hic duas esse

animas in homine dicit: quarum altera a primo intelligibili descendit creatoris: sui uirtutem representat. hæc intellectiua est: altera, quæ a diuina cæli reuolutione corporibus impartitur: ad usum corporum instrumentorum accommodata: hæc sensitua est. hanc, quæ a cælo datur: sequi, inquit, circuitus: & momenta cælestia: reliquæ, quæ ab intelligibili proficiscens, intelligibiliter inest: naturæ appellationem excellere: & huius animæ nobilioris ratione fieri fati solutionem: ac ad deos intelligibiles reditum. Itaque non uinculo inexplicabili: quod fati uocamus: omnia cōstringi: habere enim animum uim suam: quo in intelligibile ducatur: discedat ex generabili: iungatur cum ente: atque diuino. Et paulo post. Est etiam, inquit, alterum animæ principium: quod naturam, & omnem hominis intelligentiam superat: quo & diis coniungi: & ordinem: dispositionemque mundi superare: & uitam æternam: deorumque supercælestium gratiam adipisci possumus: hoc eodem principio nos etiam soluere possumus. Cum enim pars: quæ in nobis est præstantior, agit: nos terque animus ad præstantiora redigitur: tum separatur omnino ab iis uinculis: quibus erat in generatione deuinctus: disceditque hinc liber ad statum honestiorem: & longe perfectiorem pro hac imperfectiore commutat: & felix ad alterum cultum primo relicto, transfertur. Hæc cum ita sint: die, obsecro te, Plato: quisque eum secuti sunt Platonicæ libertatem arbitrii tollant: fati: & necessitati omnia subiiciant: contra nihil unquam ab his planius: nihil clarius: nihil dilucidius: atque apertius dictum fuerit, quam animabus: quæ recte: & cum uirtute uixerint: reditum ad cælum: & uitam beatam patere: contra uero: iis, quæ relicta uirtute: in uitiis: atque sceleribus contaminatæ sunt: penas: atque supplicia parata esse: quæ uitæ contagionem uicerint: iustas, quæ uitæ sint: iniustas appellari? Quapropter creatorem, Plato ait, certis legibus monstrasse quibus officiis felices euaderet: quibus facinorosis misere: ne uitæ futuri culpa ascribi sibi a mortalibus posset. Virtus enim libera: suique iuris est, inquit: hanc ut quisque magis: minus uel coluerit: ita magis: minus uel excellerit. Nul- lam prorsus esse necessitatem dicit, quam homines uitam: & mores hoc potius modo, quam illo instituant. Non enim uos, inquit, fata sortientur: sed uos fata uobis deligeris: uelle semper animas: quæ meliora sunt, affirmat: sed interdum deteriora eligere. Volant namque semper deus: & iura sequi, ut in Timæo dicitur, qui semper iura: & nos sequi uelint: nec tamen semper sequuntur: ut in Gorgia declaratur: ubi uoluntas uera ab ea: quæ mendosa est, distinguitur: de qua nos etiam superius diximus. Cæterum satis eorum admirari non possumus: qui ita fatum abhorrent, ac formidare uidentur: quasi inde necessitas in rebus humanis sequatur. prouidentiam autem: & prædestinationem: siue præscientiam diuinam: quæ omnia in Deo ponimus, suspectam non habent: nec uerentur: ne hinc uoluntates: & officia: & omnes hominum actiones provenire necessario uideantur. Cur enim magis a fato: quod ab his uim fieri rebus humanis suspicemur? Nam quod a Deo præscitum est: sic fieri oportet: alioquin frustra eum præscisse diceremus: falsaque esset diuina cognitio: Simili modo quod prædestinatum est: ita ut prædestinatum est, necesse est euenire. Etenim posita causa per se: ac necessaria: atque æterna: cognitio, ac prouidentia dei est: perfectio necessario oia fiunt. Verum non ita est: quod Aristoteles etiam satis eodē loco exposuisse uidentur: cum & rationem contrariam soluunt: & locum accidenti reliquerit. Plato quoque eiusdem sententia est. Siquidem res uniuersas diuina prouidentia gerit: ducitque ad suum finem: & bonū existimat: sed non omnes necessitate astringit: uerum esse aliquas: quæ in potentia sint cōtradictionis. Et quoniam summa: & caput rerum omnium perfectio uniuersi est: hæc autem non in simplicem rerum naturam: sed multiplicem: uariam: ac multiformem consumitur: ideo aliquibus rebus causas necessarias: quibus necessario essentia: aut fierent, datas esse: aliquibus non necessarias: sed contingentes: ut contingenter pro sua naturæ ratione euenirent. Duobus itaque modis prouidentiam accipit: uno modo pro ordine ipso rerum: ac dispositione: aut etiam ordinis ipsius: dispositionisque causa: quæ prima: & princeps causa omnium entium est: altero pro actus secundi executione: & quasi perfectio: absolutoque officio, proficiscente a causis secundis: & mediis: atque etiam singularibus: Quæ actum non semper: aut necessario consequi effectum: cum fieri aliquando possit, ut causa secunda impediatur. Quocirca esse euenta per accidens: & contingens: & fortunari: & casum: & reliqua supra dicta: eodem plane pertinet: quod de generatione opinatur. Non enim rerum omnium generationem immediate a primo effici Deo: ne omnia necessaria sint: & diis æquiparari uideantur. Sic enim creator de reliquis animantibus procreandis: deos nuper creatos affatur in Timæo. Nam si a me ipso facta essent: Deorum uita possent adæquare. Ne igitur id sequeretur: sed defectus: corruptio: priuatio: accidens: cōtingens, suū haberet locū: & uniuersum orbem: quoad eius fieri posset: speciebus: & gradibus rationibus: perfectum:

perfectum: absolutumque redderetur. Properate, inquit, ad animantium mortalium procreationem: Sic igitur Plato ab ea opinione quam longissime abest: ut omnia fieri necessario arbitretur. Quamobrem Proclus Lycius: ut eximia: singularisque doctrina in hunc modum necessitatem exponit: siue eam prouidentia: siue prædestinationis: siue fato tribueris. Deus, inquit, res diuisibiles indiuisibiliter intelligit: quæ in tempore sunt: sine tempore: non necessarias, necessario: mutabiles, immutabiliter: & omnia melius, quam ordo ipsorum: & ratio postulet. Nam si omne quod in Deo est: modo quodam peculiari: & diuina natura digno, est, Rerum etiā huiusmodi cognitionem, rationem esse naturæ non caducæ: & labilis: sed excellentissimæ: atque inanditæ, manifestum est: unita igitur: & impassibilis earum rerum cognitio erit: quæ multiplices: & passibiles sunt. Itaque licet res: quæ sub cognitione cadit, partibilis sit: diuina tamen cognitio, etiam partibilis, rei impartibilis est: & quamuis res ipsa mutabilis sit: aut contingens: aut indefinita: illa tamen immutabilis, necessaria definita est. non enim extrinsecus pro rerum deteriorum natura suam cognitionem recipit natura diuina: ex quo fieret, ut qualis res cognita, natura sua esset: talis eius cognitio haberetur. Sed hæc deteriora iuxta definitam deo: naturam indefinita sunt: & iuxta immutabilem mutationem patiuntur: & impassibilem notam, passibiliter: in temporalem, temporaliter recipiunt. quippe deteriora digredi de melioribus possunt: sed meliora, hoc est deos admittere: quicquam ex deterioribus, nefas esset. Ex his facile solui ea ratio potest: quæ probare uidetur cognitionem Dei: necessitatem rebus afferre. Et enim diuina cognitio necessaria est: naturam tamen singulis distributam non aufert: itaque quod cōtingens est, suam naturam seruat: quamquam in deo nihil contingens: sed cuncta necessaria: & sint: & intelligantur: nec sequitur, ut quod a Deo præscitum: aut prædestinatum est, necessario fiat. Præscientia enim: siue prouidentia diuina causa præse est: ut hoc necessario, illud contingenter fiat: nec deum frustra præscisse aliquid: aut prædestinasse dicendum est: erit enim: quod nouit, futurum: seruata tamen natura: quam rebus quibusque: siue necessariis: siue contingentibus dederat: siquidem deo non modo effectus rerum: sed etiam cause ipsæ: & omnes essendi modi subiecti sunt. Quapropter non sequitur, si a Deo reguntur: gubernanturque uniuersa: aut necessario omnia effici: & ipsa: & arbitrii libertatem: aut frustra plerumque a rerum conditore prouideri: & cum fati prouidentia quædam sit: in ipso quidem hæc tolli manifestum est. Nam etiam fatum immutabile est: utpote diuinæ prouidentia dispositio quædam generalis: a causa scilicet immutabili proficiscens: tamen cum res subiectæ mutari uarie possint: & cause mediæ nequaquam perpetuæ sint: fatum quoque ipsum mutari una cum rerum: causarumque imbecillitate necesse est: ut sæpe quod futurum eēt: non fiat: uel cōsilio: atque in dultia hominis: uel aliqua natura: causa efficaciore. Quo circa Boetius fatalem rerum dispositionem dicit: non modo ab immobilibus prouidentia: in uitiis proficiscens: ideoque immutabilem esse: uerum etiam rebus mobilibus inhærentem: facit enim rerū ipsa mobilitas: ut quod sua ratione perpetuum: uniuersaleque est: id in agendo, & generando singulari sit: & uario modo contingere possit: quo sit ut accidentis: contingentisque rationem rerū natura fortiat. Hinc apud Synesium, uirum doctrina illustrem: rex Aegyptiorum idemque (ut ille ait) propheta: & diuinatum rerum peritissimus: cum imperium Osiri filio traderet: admonet eum Typhonem fratrem e medio tollat: quasi pestem quandam: & fatum iniquum fratrem tuum, inquit, si recte sentis: remouendam cura: ut tuum: Aegyptiorumque omnium fatum aduersum occuperis: & consilio ne inuadat, prohibeas: licet enim: ac fieri potest. Possent multa quoque alia ad hunc locum pertinentia: tum Platonistum aliorum: qui ab eius disciplina fluctuatione etiam bonitatis ad res omnes: atque earum differentia: & similitudinetum quæ magis: & quamobrem bono: & necessario participant: & quæ minus: & quare minus participant, paulatim deducto in malū discessunt: ac lapsurū etiā latius: unde accidens: cōtingens: possibile: & reliqua his similia extiterint: & quomodo simul hæc: & bonitas summa seruantur: & manent: & necessitas rerum superiorum potestati nostræ nulla ex parte repugnat. Verū ne longior sim, quam a principio constitui, hæc misa faciam. Nam quæ de fato Platonis sententia dicenda erant: quantum pro loci: & temporis ratione licuit, diximus satis. Aristoteles autem usus quidem non mine fati est: sed quid fatum sit, minime declarauit: Videtur tamen ipse quoque naturam fati uocare: sed longe aliterque Plato. Etenim si Alexandro eius expōitori adhibenda fides est: fatum iuxta Aristotelis opinionem, non in substantiis æternis est: non in iis: quæ semper eodem modo sunt: sed duntaxat in rebus: generationi: corruptionique subiectis: & natura aptis ad mutationem oppositorum: ut non omnis natura: sed singularis tantummodo fatum contingat. At item uero: arbitrium: omnem hominis rationem fato solui, uidetur existimare. Fatum itaque sententia Aristotelis: non omnem complecti naturam: sed eam tantummodo

partem: quæ generatione: ac corruptione uarietur: idemque esse: quod ipsam partem naturæ: & neque naturam: neque fatum esse necessaria: sed ut præter naturam: sic præter fatum multa euenire a diligentioribus eius expositoribus accepimus. Nec uerba eius ex primo Meteororum libro, ab hoc dissentire uidentur. Horum, inquit, omnium causa ponenda est: quod per tempora fatalia fiunt: ut in temporibus anni hyems: sic circuitus cuiusdam longi: pars hyems sit: his uerbis naturam fatum esse, dicere uidetur. hæc enim fatalia sunt: hyems: & reliquarum uicissitudinum tempora: quæ quæuis naturales habeant redditus: non tamen tales: ut transcendere non possint. Unde fit: ut etiam præter fatum possit aliquid fieri: uidelicet in illis rebus: quæ generationi dantur. Ut etiam in physice auditionis libro dictum legimus: an generationes etiam sint uolentium fatales: quibus contrariæ naturales sunt. Cum itaque uolentium: & non fatale pro eodem accipiat profecto quod secundum naturam sit, idem esse: quod fatale: sententia eius exploratum est. quod enim uolentium: id præter naturam est: quinetiam alibi augmenta: quæ præter naturam ordinem fiunt: augmenta præter fatum appellat: quasi certum reuolutionum celestium ordinem fatum esse existimet: sed Plato causam ordinis: dispositionisque ipsius naturæ in primis fatum censet: & cur sæpe uariis temporibus: locisque eadem eueniant: omnisque generatio agatur: causam reddit, mundi cōiunctionem: & unionem: & quasi conspirationem: ac partium inter sese omnium consensionem: atque etiam corpus beatum (ut ille uocat) quod circūfertur: & cuncta ambit: & continet. Inde in iurgia quædam mitti ad hæc inferiora constituit: & circuitum quosdam ex astrologia stellarum: ac sphaerarum adiunctos: alios simplices: alios compositos: quibus redeuntibus: redire etiam ortus: uitas: mores: fortunas: opera: eodem modo: atque in eisdem: quæ olim fuerant, causis. Hæc etiam in magna fore cōtrouersia non ignoro: an uidelicet fatum sit: & quid sit: & utrum ita: ut Plato censet: an ut Aristoteles: an alia quæuis ratione: tamen quod ad calumniatore spectat: satis dictum est: quando nec utrum sit: aut non sit fatum: nec quid sit: nec tale aliquid queritur: sed Platonem dicitur reprehendit: quod omnia fati necessitate constrinxerit. Ex cuius uerbis palam fit: non ita esse: ut aduersarius scribit: sed contra: uel solum Platonem: uel unum ex omnibus maxime: cum nostra religione hoc loco conuenire. Hoc enim præcipue meum institutum fuit: ut non dubia ipsa discuterem: sed Platonis de huiusmodi rebus opinionem aperirem. falsoque eum ostenderem ab aduersario reprehendi.

Quæ sit de principiis rerum naturalium Platonis sententia. Parmenidem: & Melissum licet de ente intelligibili non physice: sed theologice locuti sint: tamen tanquam de naturalibus differentes ab Aristotele reprehendi. Cur Aristoteles contra animi sententiam aduersus antiquos scripserit. Quomodo intelligatur quod Plato naturalium rerum principia in figuras planas resoluebat: & lineas. Argumentum Aristotelis non ualere contra ponentes figuras naturales: non mathematicas. Secundum Platonem principium principiorum deum nosse: & eum hominem: qui deo carissimus sit. Aristotelem de principiorum dubitatione cum Platone consentire. Philosophos ueteres non ita audaces fuisse: ut rerum omnium tenere se causas existimarint. Tandiū seruanda doctorum inuenta: donec inueniantur meliora. Caput. x.

Quod cum satis iam a me factum existimem: dixi enim quid Plato de deo primo: & summo senserit: quid de trinitate: quid de entium productione: quid de animas: de prouidentia: de fato. superest: ut de principiis: quæ Plato ad figurarum rationem refert, respondeam. Si quidem aduersarius: ex hoc maxime detegi Platonis inscitiam assuecit: quod in figuras planas rerum naturalium elementa resoluit. Quem locum ne minus multa scire uideretur: Argumentis quibusdam: quæ (nescio quo dictante) accepit, urgere conatur: & telis alienis armatus, in certamen descendit. Quippe argumenta: quibus Aristoteles aduersus Platonem usus fuit: non ad sententiam: sed ad primum quasi aspectum pro suis sumpsit. Addidit etiam nonnulla: quæ nostræ ætatis expositores Aristotelis argumentationem secuti captiose quidem, non tamen sine artificio protulerunt: quæ omnia non modo apte: sed etiam facile solui posse: progressus nostri operis explicabit. Nam siquid ex se aduersarij addidit: ne responsione quidem dignum est: cum nihil habeat: quod ad aliquam philosophiæ partem possit referri. Agit quidem Aristoteles semper more coram: qui aliqua de re docentis: et mone artificiosè scripto: & optima ratione disposito. Sententias enim superiorum autorum exponit: & quæ maxime potest: coarguit: sed si qui in opinionibus errant: eorum medullitus exquisrens errorè explicat. Siqui uero uerba fortassis ex re alia in aliam transferentes: minus proprie locuti uidentur: eoque uerba ipsa parum proprie insectatur: nec quod illi senserunt: sed quod uerbi proprietate

proprietate urgeri possunt: conatur refellere. Quod iudicio quidem omnium doctissimo: iudeo: ut supradiximus: facit: ne quis primo aspectu sermonis arreptus: sentiat: quod alienum sit a re: de qua agitur: recta: ueræque ratione. Quod autem hoc uere dicamus: uno quodam exemplo oium maximo: atque apertissimo, manifestum faciemus. Id autem est: quod primo physice auditionis libro: Parmenidi: & Melisso opponit. etenim quæ illi: non ut physice: sed ut theologice de ente intelligibili: ac primo principio, disseruerunt: ipse quasi de principiis: causis: & de elementis naturalibus dixissent, reprehendit: etrasseque illos pluribus argumentis conatur ostendere. Si enim hoc in loco: ubi de summis philosophiæ opinionibus agitur, sententiâ Parmenidis: & Melissi: quam ueram esse existimat: nec ab ea opinione dissentit: tamen diuersa dissimulat: & quasi non recte illi senserint contra argumenta obtendit: profecto nemini dubium est: quin hic uerbis: non sensui obiciat: ne imperitum uulgus uocabulis hærens, seduci possit: ac decipi. Hunc igitur locum: si quis latius audire cupit: multos autem esse opinor: præsertim Latinos: qui cum non habeant uerentem illoque opera: libenter audierint: quibusnam rationibus adductis: ea de rebus propositis senserint: quæ non parum absurda primo aspectu uidentur: hunc inquam locum postea exponam: quantum satis esse iudicauero: nunc quod incepti, prosequar. Nemo certe existimare debet uel Aristotelem peruersè: aut imprudenter fecisse: uel sapientissimos illos uiros: qui interdum ab eo reprehenduntur: eade quibus arguuntur, sensisse. Nam quod ad mores Aristotelis pertinet: equidem probum illum fuisse uirum existimo: quod uero ad doctrinam: sciebat quidem ille: quæ sapientissime a Platone præceptore suo audierat: eaque memoria tenebat: sed auditorum adhuc imperitiorum ingenio humaniter cōsulens, ea proponebat: ut omni ex parte tutissime erudirentur: itaque eos, qui male Platonis uerba uel intellexerunt: uel intelligere potuissent, coarguens: Platonem ipsam reprobare uidebatur. Ceterum: uel ratio cur Plato principia rerum naturalium in figuras planas: lineasque resolueret: & quomodo id Aristoteles reprehenderit, intelligatur: animaduertendum est: quod inter omnes cōuenientiam Platonem: quam Timæum: qui Platone uetustior est: ignem: ærem: & reliqua huiusmodi elementa pro materia secunda compositorum corporum statuisse: eaque ipsa elementa resoluisse in materiam primam: & formam: quod licet plane inuenitum in Timæi libro: tum in eo Platonis sermones: quem Timæum secutus, nomine eius inscripsit. Sed quoniam forma ipsa elementorum recipi in materiam non potest: nisi ipsa materia sibi indeterminate insita habeat: ea quæ in generatione determinantur: ideo, alii qualitatibus primis: caliditate scilicet: siccitate: humiditate: frigiditate: præcedentibus quodammodo in materia: hoc est corpore ex quali, generationem fieri uoluerunt: cuius sententiæ Aristoteles est: addita leuitate: & grauitate: quæ causæ sunt motus simplicis: ac naturalis: natura enim motu præcipue notatur. Alii, quorum princeps est Democritus (ut Theophrastus in libro de naturalibus tradidit) spiritibus istis: qui caliditatem: frigiditatem: reliquaque huiusmodi principia ponebant: in diuisa corpūscula: quæ ipsi atomos uocant: pro primis causis statuere. Pythagorei uero: Timæus: & Plato, figuras planas excogitarunt: uidelicet quæ simul & quantitatis: & qualitatis rationem suggererent. Cum enim autores illi qualitatum primarum causam: quare ignis calefaceret: aqua refrigeret: nullam redderent: nisi quod alterum calidum: alterum frigidum esset: nec quicquam ulterius quærent: hæc scilicet pro primis causis accipientes: Pythagorei exquisitiis hæc tractari censuerunt: si qualitatum quoque huiusmodi causas inuestigarent: itaque ulterius resoluentes ad planas demum figuras deuenirent: easque causas esse priores caliditatis: frigiditatis uel dixerunt. Quæ enim discernere: ac diuidere possent: hæc sensu caloris: quæ uero cōstringere: ac condensare: hæc frigoris sensu efficere posse crediderunt. Figura autem etiam qualitas est: tamen ante qualitatem intelligi potest: utpote quæ de genere quantitatis deducta est. Omne enim corpus: prius, quod quale sit: quantum est figuratum: itaque materia prima per se incorporea est: secundum autem subiectum corpus exquale per se est: sed figuris uarie formatum: quod a corpore mathematico differt: quatenus ipsum materiale est: tangi potest: cum scilicet corpus uentis suis: quanquam non caliditate: aut frigiditate: tactui obnoxium sit. Hoc igitur secundo subiecto uarie figurato: suggerit quatuor elementorum principia uoluit: scilicet Pyramide ignis: octahedro aeris: icosaedro aquæ: cubo terræ: atque ex huiusmodi figuratum differentis ceteras omnis: siue uirtutes: siue potentias sequi: & uicissim mutationes: & generationes: utpote quod ex pauillo aquæ multum aeris generetur, causam reddunt: quod cum aquæ figure sint plures: icosaedris enim complerentur quoties discernunt: multa necesse est octahedra constitui: proindeque multum aeris: qui ex octahedris constat: constari oportet. Rarefactioni enim: & condensationi: quæ potentia incorporea sunt: causam tribuere auctoris: diminutionis uel non probant: quandoquidem non posse fieri existimant: ut potentia incorporea superueniente: uel augetur: uel diminuit ipsa corpora possint diuidi etiam posse negant. Diuisionem enim fieri per figuram ignis: qui diuiditur non autem po-

tentia incorporea existimant. Negant quoque fieri posse: frigida qualitatis additione graui-
 or corpulentia fiat: quod enim graue est: quantum non quale esse opinantur: itaque aequalitate: &
 inaequalitate censent esse diuidendum. quemadmodum igitur Aristoteles corpus exquale: quod
 qualitibus subiacet: primum fieri ex materia: & formam initiumque esse statuat: profecto, ut figu-
 ram quoque idem habere concedat. necesse est nec figuram praecedere: qualitates sequi neget: sic
 Pythagorei, cum principia qualitatum quaterentur ad figuras postremo deuenissent: non tamē
 figuras mathematicas: quae longitudinem duntaxat: & latitudinem haberent: his enim opponi
 illa merito possent: quae ab Aristotele dicta sunt: sed naturales figuras: quae cum longitudine: &
 latitudine altitudinem etiam: siue profunditatem haberent: & prima constitui in rebus natura-
 libus possent. Quod ita opinari se plane ostendunt: cum materiales dicunt figuras. Quocirca cum
 primo de materia doceret figurari ea formulis: & numeris ait: quod Timaeus in eosque supradixi-
 mus libro, his uerbis expressit. Principium eorum, quae generantur: est materia, ut subiectum: forma aut
 ratio: ex quibus corpora simplicia orta sunt tetraqua: aemignis: quorum generatio talis est. Corpus oē
 ex planis est: plana ex triangulis: quorum alius rectangulus est: alius aequicursus: alius semiquadrans
 gulus: cumque reliquas enumerasset triangulorum differentias: quatuor ex his supradictas figuras
 constituit: quas elementis quatuor tribuit. Hanc igitur opinionem nihil ex his, quae Aristoteles
 obicit, infringere potest: neque enim ex his partem lineam non esse lineam sequitur: neque lineam
 ex punctis constitui: aut magnitudinem non esse in infinitum diuisibilem: nec reliqua, quae ex
 mathematica ratione obici possent. Nec uero impossibilia illa: quae sequi corpora naturalia di-
 cit, ex linearum indiuiduarum positione sequuntur: non enim lineae ex punctis constitutur: in
 puncta diuidi possunt: neque motus a corporibus tollitur: neque grauitas: aut leuitas: aut ullae oīno
 passionēs huiusmodi a rebus naturalibus hac ratione remouentur: multo quoque minus sequi
 quicquid ex his: quae aduersariis effudit. Magni profecto momenti essent obiecta Aristotelis: si il-
 li mathematicas figuras statuisset. Verum quoniam non mathematicas, sed naturales esse uo-
 luerunt: argumenta illa non tam sensum coarguunt: quae uerbis illudunt. Ratio igitur, quam obtulit
 Plato pro qualitatum principis figurarum quantitate statuerit: satis hinc manifesta est. Licet
 tamen etiam aliter hanc opinionem tueri, quod uidelicet nec Pythagorei: nec Plato principia
 rerum naturalium huiusmodi: triangulos tanquam certam posuerint: sed quemadmodum astro-
 logi: cum causam quaerent in aequabilis motus coelestium corporum: qui scilicet aequabili cer-
 to: & ordinato eorum motu contrarius est: alii excentricos: alii epicyclostali reuoluentes sphae-
 ras introduxerunt: non quod uarietas ista in caelo sit: sed quia principis huiusmodi positus: ser-
 uari possunt: ea: quae praeter rationem uidebantur accideret: cum tamē omnia coelestia corpora
 orbe suo: & aequabiliter moueantur. Sic illi cum generationis rationem nullo modo seruari pos-
 se existimarent: nisi quantitas aliquo modo prior consideraretur: & quoniam indeterminata es-
 set ad figurarum rationem simplicium: & similitudine: proportionemque coherentium aptius re-
 seruetur. Idcirco figuras ita pro principis simplicioribus posuerunt: ut eiusmodi quantitas sub
 notitiam suae qualitatis: quae certa figura est, caderet: & quam non ita esset: quasi tamen ita esset,
 intelligeretur. Cuius rei (ut clarius ueritas elucescat) uidete quid Plato ipse: postquam figuras pro
 principis statuerat, loquatur: & quomodo eam positionem non satis certam, probandamque exi-
 stimet. Sed si quis, inquit, apertius excogitare quicquid potest, ad eorum constitutionem: illum ego
 non ut hostem odero: sed ut amicissimum amplectar. Ex ante haec principium ignis, inquit, &
 eorum ceterorum ponimus: quemadmodum suadere nobis probabilior ratio uidetur. Prin-
 cipium autem principiorum Deus norit: & homo: qui deo carissimus est. Simile quiddam ab
 Aristotele de huiusmodi rerum dubitatione in secundo libro de caelo dici uidetur. Cum enim
 causam indagaret: cur non ea quae longius a prima sphaera sunt paucioribus motibus mouean-
 tur: ueneratione, inquit, potius dignum, quam reum temeritatis hunc animum arbitrari oportet.
 Siquis philosophandi disciplinam sitiens: exiguas etiam facultates libenter haurit in his rebus
 inuestigandis: quarum dubitatione maxime teneatur. Itemque exquirendum amplius de his est:
 quamquam parum certi habemus unde exordiamur: tamquam remoti sumus ab euentis: quae ipsis acci-
 dunt: non ita sane audaces, ac temerarii doctissimi illi uiri fuerunt se rerum omnium: causas co-
 pertas habere existimarent: sed quae perfecte nouerant, demonstrabant: de quibus uero ambige-
 bant: ea quomodo poterant, probabili ratione tractabant: nec pudebat eos fateri: non oīa
 naturae secreta potuisse comprehendere. Sic igitur Pythagorei, & Plato in exquirendis naturae prin-
 cipis: ueluti elementorum sumerent qualitates, competere simplicius aliquid conati sunt:
 & quod competere, tandiu seruandum censuerunt: donec melius aliquid occurreret: quem mo-
 dum doctissimi omnes, & uetustiores: & iuniores seruauerunt. Aduersarij autem uiros doctissi-
 mos reprehendunt: damnant: maledictis: contumeliosis insequitur: quasi ipse norit: quae illi nesciue-

tunt: & liceat in quem uelut pectoris sui uirus euomere.

De Parmenidis: & Melissi ente intelligibili non physice: sed theologice disputato.

Versus Parmenidis de uno ente infinito.

Eiusdem uersus de ente finito.

In ente intelligibili ueritatem esse, In rebus naturalibus homines falli.

Res naturales opinabiles potius appellandas esse: quam scibiles.

Versus Parmenidis de elementis rerum.

Melissi uerba de entis immobilitate.

Disputationem immaterialis: & simplicis entis ad physicum non pertinere.

Aristotelem undecimo diuinarum rerum cum Parmenide: & Melisso sentire. Caput. XI.

Ed iam tempus est: ut quod pollicitus fui: persoluam: ambiguique apud Latinos Parme-
 nidis: & Melissi rationem explicem. Erit enim (ut opinor) operis pretium id audiuis-
 se. Deinde huic quoque libro finem imponam. Cum Aristoteles rerum naturalium prin-
 cipia: quot: & quae essent, inuestigare: necesse est inquit, aut unum esse: aut plura: & si
 unum: aut immobile, ut Parmenides: Melissusque dixerit: aut mobile, ut physici placet. Post ubi
 nonnulla de altera suae diuisionis parte differunt, aggressus est alteram: atque unum: & immobile
 esse ens: siue principium entium: quod positum a Parmenide: & Melisso fuerat, refellit: positio-
 nemque huiusmodi haudquaquam ad naturae considerationem pertinere dicit: nec posse principium
 esse: si unum sit: & ita unum immobile, quippe alicuius rei: aut aliquarum rerum principium esse oportet:
 tere: quod principium sit: uidelicet: aut ea, quorum principium est, representet. Hoc uero non ita
 esse: si ens (ut illi dixerunt) unum sit solum. Itaque positionem inopinabilem: & ratiocinationem ca-
 priosam: falsam: in concludam: tam materiaeque forma argumenti peccantem. Hanc Parmenidis:
 & Melissi sententiam dicit: & reliqua: quae praeter eosque enim refert omnia necesse est: sic Ari-
 stoteles illorum inscitiam redarguerit: sententiamque eorum nulla ex parte probare uidetur. Verum
 longe aliter res se habet: quod ut dilucidius aperiat, repetendum paulo altius est: quod illi doce-
 re pollicerentur: & de ea se sentirent: quam sibi exponendam statuerant: non illi naturalis disci-
 plinae sese professores faciebant: nec de principis: elementisque naturae eo loco docere proposue-
 rant: sed de uere ente intelligibili: & primo principio sciscitabantur. Quod ipse quoque Aristote-
 les significare uidetur principio statim suorum uerborum, cum dicat. Necesse est aut unum prin-
 cipium esse: aut plura, & si unum: aut immobile, ut Parmenides ait: & Melissus: aut mobile, ut
 physici placet: quasi dicat Parmenidem: & Melissum in physico minime numerari. Et rursus
 ad extremum ita inquit. Ens esse unum: quod impossibile sit, apertum iam est: (ut physici dicunt)
 duplex est modus: recte quidem a physico eos separat Aristoteles. non enim physici erant: nec de
 principis physico: hoc est naturalibus: sed diuinis: & intelligibilibus differabant: quinetiam in
 his libris: quos de eisdem rebus scripsit: & metaphysica, hoc est supernaturalia appellat: non ita
 eos insanos facit: ut inter ignem: & aquam nequaquam discrimen esse cognouerint: imo uero in libro de
 generatione: & corruptione: tam ipse, quam eius expositores referunt Parmenidem in eo uolumine,
 quod de opinabili ratione inscribit: quia uidelicet res sensibiles: & opinabiles in eo tractantur:
 ignem: ac terram principium rerum omnium statuisse. In eo autem: qui de ueritate inscribitur:
 ubi de intelligibilibus: & diuinis tractatur: in quibus solis ueritas certa: praecipuaque consistit: unum oīa es-
 se: dictum ab illo fatentur: tum etiam alibi idem Aristoteles plus tribuere Parmenidi uidetur, quam
 rerum naturalium ratio patiatur: siquidem ita inquit. Parmenides itaque alio uidetur spectare: qua-
 si dicat: non rem naturalem Parmenidis tractat: cum unum esse omnia asserit: sed aliud quidem
 intelligere uidetur: quo modo enim Aristoteles ignorare illos existimaret: tam uariarumque mul-
 tiplicem rerum formarum: aut saltem illud se duos pedes habere. Cum itaque uiri illi de rebus in-
 telligibilibus: ac diuinis: & de primo principio: uereque ente agerent: his uerbis utebantur: unum
 esse ens ipsum: idque immobile: & infinitum: & reliqua: quae huic sententiae conueniunt: in qua
 re cum alios plerisque uetustiores secuti sunt: tum in primis Xenophanem doctissimum uirum
 qui praceptor Parmenidis fuerat. Conuenit enim inter Xenophanem, atque Parmenidem ens ip-
 sum unum: atque finitum esse: ea ratione: quod unum prius, quam multa esse, necesse sit: & quod ceteris
 omnibus causa est: aut determinetur: & in quantum finitum magis, quam infinitum describi debeat:
 tum etiam, quia quod omni ex parte perfectum: absolutumque est, suumque praecipuum obtinet si-
 nem: id finitum: & finem: ac principium omnium esse oportet: quod enim imperfectum: & in-
 digens est, id non dum finem recepisse dicendum est. Verum in eo inuicem dissident: quod ad
 motus priuationem pertinet. Xenophanes enim in eo, quod motu ita priuatur: ut nunquam moue-

nionem iandudum apud omnes probatam confirmet. Ita enim Homerus inquit.
Res mala, multiplici terras ditioe teneri.
Esto unus princeps, populos cui pace regendos,
Iustitiam dedit magni regnator olimpi.

Epilogus libri secundi.

Caput. xii.

Abetis iam: quod & ipse pollicitus fuit: & fidem amplissime facit non ita accipiendas esse in quoscumque Aristotelis reprehensiones: ut uerba ipsa praesertim uidentur: sed multos iure optimo defendi posse. Quo in loco: cum Parmenidem: & Melissum: tum in primis Platonem constituendum arbitrari: cuius duntaxat gratia ea mihi in mentem uenerunt: quae de Parmenide: & Melisso ab Aristotele scripta in praesentia commemorari. Sed cum iam perspicuum omnibus sit: aduersarium frustra operam: atque oleum, ut aiunt, in reprehendendo Platonis disciplina perdidisse: Platonemque non modo doctissimum: & plene diuino ingenio praeditum: uerum etiam catholicae fidei ueritati: quatenus gentili homini licuit: proximum fuisse. Iam secundi libri finem faciamus.

BESSARIONIS CARDINALIS NICENI: ET PATRIARCHAE
CONSTANTINOPOLITANI IN CALVMNIATOREM
PLATONIS LIBER TERTIVS.

Argumentis quibus tanquam ex opinione Aristotelis usus est aduersarius separatim respondendum esse: idque scholastico: & dialectico more faciendum: sepositum omni orationis officio orationis.

Caput primum.

OST HAEC ALIO VOLV MINE COLLIGAM AD respondendum recte aduersarii argumenta omnia: quae in Platone asseruntur: quasi ex philosophi Aristotelis opinione: quaequam haec loco certe illorum habenda sunt: quibus Aristoteles uir praecellens ne respondendum quidem & censet: & praecipit. Tam enim nulla in eis uis est: ut contemnenda potius: quam ad solutionem repetenda esse uideatur: sed cum meum his in libris institutum non id potissimum sit: ut hominem hunc errasse ostendam: quod effici sine ulla difficultate potest: sed ut grauius aliquid: & philosophandi studio dignum afferam uiris nostrae aetate sapientiae studiosis: quo eorum ingenia quamuis acutiora fortassis ad iudicandum reddentur. Idecirco repetam argumenta illa: ut friuolis aduersarii rationibus alias respondendum: utile pro uiribus reddam: syllogismosque eius colligam ex medio tumultu uerborum: quibus cum Platonem reprehendere studeat: seipsum decipi: labi per summos errores declarari: quae colligi eos: atque in aliquam redigi speciem ratiocinandi: longe difficilius: quam soluere est. Ita enim reprehensor hic Platonis argumentatur: ut non quid dicat intelligendum: sed quid dicere uelit: ratiocinandum omnino sit. Sed ne hoc quidem laboris recuso: modo haec mea respondendi ratio: non nihil fructus hominibus scientiae philosophandi deditis afferat. Exponam igitur singulas eius rationes: ea figurate modo: quo ipse asseri uelle uideatur: & singulis respondebo: non aliter: quam ex more uulgaris disputationis: scilicet omisso sermone: ac omni praeparandi: disponendi: exornandi: artificio: ut quisque meae responsionis rationem accipere: & parte argumenta aduersarii resellantur: prospicere facilius: & iudicare diligentius possit. Nec longius: quam necessarium sit: progrediar: nisi in autorum probatissimorum testimonio: quae eo asseri copiosius debent: quo quid unusquisque uir doctrina illustris eadem de re senserit: audiuisse non modo plurimum iouat: uerum etiam delectat. Nec uero numerum: aut ordinem capitum aduersarii praetermittam: ut si ubi nae quae scripserit, minus meminit: locum audiatur: & ut libitum est, sua repetat.

Plures a Platone constitui Deos eo ordine: ut secundus a primo: tertius a secundo: & reliqui deinceps procedant: non modo consentaneum esse naturae: sed etiam Aristotelis: & aliorum nobilium philosophorum sententia constare.

Auicennam affirmare a prima intelligentia secundam duntaxat prodire: illam uero producere tertiam.

Creaturam creare duplici modo intelligi posse.

Omnia secundum Proclum a prima causa produci: & primam causam ipsum bonum esse: & quicquid a secundis producitur causis: magis a prima produci.

Caput. II.

Aperte suo primo libri secundi: plures dicit a Platone statui deos: quorum secundus a primo immediate: tertius a secundo: & reliqui ad hunc modum usque ad ultimum processissent: atque ob eam rem irridendum censet. Sed quae naturae rationi consentanea haec Platonis opinio de diis fuerit: cum reuelationis diuinae adhuc tempus non esset: intelligere licet iudicio tum Aristotelis: & reliquorum nobilium philosophorum: tum sanctorum nostrae religionis theologorum: qui & ipsi eadem quodammodo admittunt: quae Plato senserit. Iam Auicenna (si physice loqui aduersarius uelit) a prima intelligentia secundam solum prodire asserit: secundam autem cum ad primam se conuertens intelligit: producere tertiam: tum deinde eandem seipsam intelligendo: animam primi orbis creare: uidelicet ea naturae ratione: qua autore Aristotele: ab uno simplici principio: non nisi unum produci potest. Sic enim ille secundo de generatione: & corruptione libro edocuit: satisque sibi placere significat: ut si intelligentiae creatae sunt: secundam a prima: & tertiam a secunda creatam esse necesse sit. Quod & Albertus cognomine Magnus idem sensisse in octauo physicorum suorum libro affirmat: quae cum ita ab Aristotele inchoentur: ab Auicenna: & Alberto expressius ad creationis rationem accommodentur. Aduersarius, qui hanc Platonis de diis sententiam irridendam existimat: plane ignorare uidetur ordinem: quem in creandis rebus natura sibi proprium seruat. Si theologice potius agere uelit: sciat: in his opinionibus doctores sanctos: tamen inter omnes conuenit omnem creaturam ab uno principio immediate esse productam: tamen nonnullos admittere quodammodo, ut creandi potentia creaturae etiam possit communicari: atque altera creatura producere alteram possit: licet non principaliter: sed ratione instrumentali in primi uirtute. Patet hoc sententia magistri sententiarum. in. c. quarti libri: & diui Thomae aquinatis: qui postea quaeplura contra hunc illius locum argumentatus est: demum hac tenetur distinctione: Duplici modo intelligi posse creaturam creare. Aut enim ita: ut nihil praesupponatur ex parte agentis: hoc est: ut nihil aliud sit prius ipsa creatura: quomodo impossibile esse creaturam creare ait: aut ita: ut nihil praesupponatur ex parte facti: hoc est: ut nulla materia antecedat: ex qua res creanda efficiatur: quomodo possibile esse potentia: creandi cum creatura comunicari. Non enim sequitur ex hoc: ut in creatura creante potentia sit infinita: cum semper ipsa creatura agat in primi uirtute, ut ministrata. Ita quod theologo nostri diuinitas edocti possibile esse confirmant. Philosophi: qui ratione tantum naturae ducti: rerum omnium causam efficientem posuerunt: confessi sunt: cuius opinionis principem fuisse Platonem commendandum profecto est: non ut aduersarius ducit: irridendum: sic Plato: & qui eum secuti sunt: sic Auicenna: & plerique alii: quauis pluribus tribuant creationem: tamen cuncta ad unum: idemque principium referunt: idque summum: primumque omnium initium: & causam esse arbitrantur: omnia, inquit Proclus, ab una prima causa procedunt. Rerum omnium principium: & prima causa ipsum bonum est. Omne: quod a secundis producitur causis: magis a primis producitur: quae & magis causae sunt: & secundarum ipsarum causarum productrices: sed hic aduersarius: quae a grauissimis philosophis tam uehementer probantur: cum irrisione reprehendit.

Positionem Platonis de primo deo non uerbis tantum contineri, ut aduersarius ait, sed re ipsa constare: confirmarique ratione: & sanctorum autoritate.

Caput. III.

Dedit positionem Platonis de primo Deo in uerbis tantummodo contineri: nec plus quicquam significari: quam signum uerbalemque tam uocat. Ad quem eius locum: & si satis secundo pro Platone uolumine respondi: tum ex uerbis eiusdem Platonis: tum etiam ex doctorum sanctorum sententia: tamen & Augustinum: & Thomam uiros sapientissimos: eosdemque sanctissimos adiciendos putauit, ut latius testimonio piissimi ordinis non uerbalem: sed perquam realem positionem illam Platonis esse constaret. Afferit sane Augustinus libro de ciuitate Dei octauo eandemque Platonis rationes ad ostendendum illud primum: quod aduersarius nihil: praeterquam uerbum existimat. Thomas uero exponens librum diui Dionysii de diuinitis nominibus: scribit de Platonis opinione haec. Considerandum difficultatem esse in libris Dionysii propter multa: sed maxime quia utitur modo loquendi: quo Platonicis uis sunt: apud iuniores consuetus non est. Cum enim illi reducere uellent omnia composita: & materialia in simplicia: & immaterialia principia: posuerunt species separatas: unde hominem singularem sensibilem non esse ipsum hominem: sed participatione illius primi hominis separati sunt.

gulari hunc esse dicebant: quod ut in speciebus ponebatur: etiam in maxime communibus unum primum: quod esset ipsa essentia bonitatis: unitatis: & esse: quod deum dicimus: ponendum censebant: a quo omnia per derivationem bona dicerentur: unde illud primum nominabant ipsum bonum: Quae Platoniorum opinio non consonat ueritati: aut fidei: quantum ad hoc: quod de speciebus naturaliter separatis statuit: sed quantum ad id: quod de primo principio dicebant uerissima est: & fidei christianae consona. Hanc a summis theologis approbatam opinionem hic uerbalem appellat: nec solum remotissimam esse a christiana doctrina contra doctorem sanctissimum Thomam dicere audeat: uerum & nihil esse omnino arbitratur.

Cultum latriae: quem Plato statuisse uidetur: suis diis etiam ab Aristotele probari: quaque neuter sua opinione id fecerit: sed usu communi.

Latriae nomen in usum specialem diuini cultus fideles transulisse: cum apud gentiles non religionem: sed durius quoddam seruitutis genus significaret.

Multa uocabula alioquin communia: a nostris ad aliquid specialem usum esse translata.

Ideo morti addictum Socratem: quia communem religionem negligere putabatur.

Aristotelem mortuo Socrate in Macedoniam migrasse: in illis bis in philosophiam peccandi occasionem praebet. Caput. III.

Icit praeterea cultum: quem Deo soli: & principio primo attribuis: quem latriam theologum nostri uocauerunt: diis creatis: & creaturae tribui a Platone: cum huiusmodi diis sacrificia statuat. Ab Aristotele uero nihil tale esse scriptum contendit: nec uideri crimen hoc idem commune illis esse hominibus omnibus: quos gentiles uocamus: omnes enim illi diis suis sacrificandum censebant: Ex quo cultu uetus sacrarum literarum ritus reuocans gentes hortatur: ne cuiuslibet uni uero deo sacrificent: illi seruiant: soli illum unum adorant: quo nos postea Christi felici nomine nuncupati: latriae nomen in usum specialem translatum accepimus: cum apud gentes non religionem: sed seruitutis genus quoddam obstrictius significaret: quod uel hominibus nota superioris ab inferioribus exhiberetur. quomodo & multa alia uerba translata a nostris in alio usu: siue uno: siue praecipuo remanserunt. Iam Dei nomen & angelis: & sanctis apud illos tribuebatur. Angeli homini cuiuslibet nuntio: Apostoli classis facti uero cuiusque uirtute: pietateque antecellenti: Ecclesiae conuentui populi: Euangelii: nuntio felicitatis uallo martyris testi. Adde dulcissimi hyperduliam: quae nos alio modo: quam illi accipimus. Longum est omnia enumerare: quae nostri ad alium usum transfulerunt. Quod ideo subiicere uolui: ut nomen sacrificii: & latriae: quae Platoni aduersarius obiicit: non idem hoc tempore apud nos: atque olim apud ueteres illos significare constaret. Etenim illis in religione fuit sacrificium. Diis suis facere omnibus: siue (ut Porphyrius ait) generis redderem: uero latriam: nisi deo uni reddere fas non est. Itaque quod modo dixi: Plato ex usu suae aetatis usque a Zamolxide: & Ophoe incepto: agit de sacrificiis: & quod in religionis caeremonia temporibus illis consuetum erat: seruandum censet: quaque ipse remotius a uulgari intelligentia sentiens ad summum primumque omnium principium referebant eum cultum: quem multis: ac uariis numinibus uulgo disponderet. Quod si scrutari diligentius uelimus: ea quae ille de sacrificiis: & huiusmodi cultu deorum scripserit: uidebitur certe non ex suo iudicio sanguine coli praecipere deum: sed ex usu uulgari: & consuetudine longae aetatis coactus sic agere: ne solitam religionem tollere uideretur: quod idem quoque Aristotelem fecisse apertum est. Nam quid ipse Plato hac de re senserit: explicat satis: cum in Epinomide dicat. Ita diis summum exhibemus honorem: si ea de illis sentimus: quae optima: rectaque habeantur. Et Porphyrius in secundo de abstinentia animatorum. Colamus, inquit, deum silentio puro: religionem puris: ueris: de eo opinionibus: assimilari: ei atque coniungi conemur: uitaque nostrae sanctimoniam pro sacrificio offerre: idque deo factum accommodare. Non ergo ille sua sententia Diis honorem sanguine: in idemque uirtuti describit: sed uerbis aliis idem significat: quod nostrae sacrosanctae litterae censent: spiritum esse deum: & spiritum ueritateque eum adorari oportere. Quod & Aristotelem probasse non equidem negem. uerum ille quoque: ut modo dixi: cedens uulgi opinioni: sacrificia diis: & huiusmodi latriam decernit. quaque aduersarius nusquam aliquid tale dixisse Aristotelem putat: scilicet per inscitiam quibusnam de rebus philosophus ille suis in libris politicis tractet. Iubet ille profecto his in libris condi templum diis: atque heroibus consistui: faceret: & faciae pecuniae: quae stotes adhiberi sacrificia: & ritum seruari paterna religionis: nec discedere ullo pacto ab errore suae aetatis audeat: quae do etiam animabus hominum latriam statuit: itam etiam uti hoc nomine licet: quae deo immortalis uni attribuenda est. Heroes enim: quibus sacrificandum censent: homines erant: qui excellens quadam

quadam uirtute notis: e uita abiissent. Sed enim ita agere libuit: ne plebiscito iterimeretur: ut Socrates communis praceptor paulo ante mortem obiit: quoniam religionem uulgarem negligere putaretur. Erat quidem longe laudabilius aperte confiteri: quae recte senserint: mortemque pati ob ueritatem: uerum hoc tantum nostri potuerunt: illi Socratem Sophronisci filium praceptorem sibi habuerunt: a quo exempla uirtutis humanae caperent: non Christum patre Deo immortalis natum: qui suo diuino munere professores suae ueritatis redderet firmiores longe: quam natura humana pateretur. Ergo non mirum si Aristoteles Socrate enecto in Macedonia abiit: uocatusque ab atheniensibus: nolle se dixit praebere illis occasionem: ut bis in philosophiam peccarent. Non mirum si Plato se Italiam: & Siciliam contulit: uitans suorum hominum in philosophos iniquitatem: atque ferens uulgi opinionem. Ita illi melius de cultu diuino senserunt: quam scripserint: atque aliter quam probarent: uulgo assentiri coacti sunt: quae si quis eos reprehendit: quae latriam Deo tribuendam creaturis dederint: quam sentirent: non minus requirit: quam nostri fecerint martyres: cum nos ne christianos quidem illos ne dum sanctos fuisse fateamur.

Platonem sub nomine Iouis unum: & primum Deum coluisse.

Iouem enim Optimum: Maximum: & patrem deorum omnium ueteres dixerunt.

Autoritate Pythagorae: & Varonis illum Iouem colere: qui unum Deum solum sine simulachro colit. Caput. V.

Ed aduersarius longius a furore progrediens Platonem primum de quo docuerat Deum coluisse omnino negat. Cum enim inquit: cultus latriae in sacrificio maxime consistat: Plato uero nusquam inueniatur iussisse primum principio sacrificandum esse nisi ceteris diis citra primum: constat eum non colere primum Deum: quo etiam in loco hominis inconstantia patet. Cum enim paulo ante: Platonem dixerit omnibus diis sacrificandum censuisse: mox primum Deum neglectum ab eodem esse criminatur: et ipsum dicit: non eum coluisse Deum: quem primum: quem summum: quem ineffabilem praedicauerat: respondeo: & si non sub hoc nomine primitiui uniuscuiusque primum Deum a Platone scriptum est: quoniam uulgi cui leges ferebat non eiusmodi nomina sibi cognita: familiariaque haberet: tamen cum in libro. viii. de legibus dies festos duodecim: & caerimonias constituat diis numero duodecim: quorum primus Iupiter est: nemini dubium esse debet: quin idem Iupiter in praecipuis publicis sit: quod in priuatis philosophiae disputationibus: unum: & primum esse bonum ab eodem dicebatur. Egit itaque nomine Iouis cognito omnibus: de primo illo: & uno. Iouem enim optimum maximum: & patrem deorum omnium ueteres illi: & appellauerunt uulgo: & in primis obseruandum instituerunt. Nec omittere nomen hoc debuit: quod uulgo de diis colendis praecipere. Facile enim per nos primitiui aut unius in solentia: incidere suspitionem uulgi: quasi Deum alium praeter paternos quendam afferret: & nouam religionem conderet: quod: & ipse Plato: & eius discipulus Aristoteles in suis civilibus institutis semper cauuit: & suam opinionem quoad tutius posset: operuit. Appellat inquam Plato: in usu civili: sermoneque publico: primum illud: aut unum: & ineffabile implicite sub nomine Iouis: quod si graece dicitur: ut ille locutus est: id significatur: quod uitam in se contineat: & ceteris omnibus praestet. Quo nomine nihil aptius Deo Summo: & Optimo attribui potest. quando nos quoque uitam esse in Deo dicimus: & quicquid creatum est uita in illo fuisse: & uiuere uandos tradit: quibus consueuerat de eorum natura disputare: sed ut uulgi appellare solebat: ita nominat: hoc est Minera: Mercurium: Saturnum: Neptunum: Iunonem: Vulcanum: Apollinem: & reliquos ad hunc modum: licet ueteres illi doctores haec ratione rege uel diuinarum: uel naturalium interpretarentur: atque ut Iouis nomine rationem unius: aut primi intelligebat: sic Minera ad sapientiam: Mercurium ad rationem: Saturnum ad aeternitatem: Neptunum ad formam: Iunonem ad materiam: Venerem ad naturam: Apollinem ad solem: Pana ad uniuersi mundi rationem referebant. Attamen cum de eorum obseruantia apud populum ageret: non sapientiam: aut rationem: aut aeternitatem: aut formam: aut materiam: aut naturam colito dicebat: Sed Minera: Mercurium: Saturnum: Neptunum: Iunonem: & reliqua ex usu uulgari: nisi ita nuncuparet: facile nouae religionis argueret: quod athenienses ueteres dicebant: & capite puniret. Stultus praeterea esset: qui cum leges populo ferret: & religionem probaret: quae morum bonorum custos est: non his ueretur uerbis: quae multitudini ueneranda essent: sed quibus aios hominum ad contemnendam religionem iduceret. Quis igitur Platonem: Proserpinam: Cererem obseruaret: si non his uerbis facta eorum acciperet: sed tetra: frugumque ratione moneatur: scilicet muliercula illa attica: raptam Proserpinam lugeret: peccata tunderent: genas raderent: si Proserpinam raptam a Platone: non aliud esse audiissent: nisi

granam framenti excipi in terra idemque occatum repeti ab agricola cum labore. Arcana hæc apud sapientes illius ætatis erant nec vulgo aperienda. Quod si hæc non alio modo dicere debuit: quod vulgo noiarentur: quamquam ut fecit integrum quod vulgus intelligere debuit: cur non sub Iouis etiam nomine primum: aut unum illud: & causam omnium ineffabilem colere debuit: admonere: quod ipse aliter appellaret: quia populus? Tradidit certe ille multitudini profana: & imperite primum Deum colendum: eam ipsam audire decebat: & colere. Ipse autem non templo: non signo: non immolatio uisus: sed ut uerbis ipsius optime utar: sentiendo ea: quæ optima: rectaque habere: hoc est ueritate & spiritu idem coluit: idemque egit sibi: quod tricesimo fere anno post a Marco Varro ne cui Romano uiro doctissimo scriptum apud diuum Augustinum legimus: ut cum Deum sine simulachro coleret: Iouem coleret. Illi inquit Iouem colunt: qui unum Deum solum sine simulachro colunt: sed alio nomine nuncupatum. Unde nimirum est: quod Numa quoque Pompeilius: qui primus apud Romanos deorum cultum condidit: Dionysio halicarnasensi traditur templum condidisse: sed nullum in eis signum censuisse constituendum. Cum enim inquit Pythagoræ doctrinam probaret: & omni ex parte illius opinionem philosophi sequeretur: idcirco Deum specie forma uel oino uacare arbitrabatur. Sacrificiis uero non ex materia concretis: sed intellectu capiendis gaudere Deum asserabat. In hanc sententiam illud quoque a Porphyrio profecto scriptum est in libro secundo de abstinentia animatoꝝ. Sacrificemus inquit ergo nos etiam: sed ut conuenit: Deo quidem Summo: & primo: ut quidam uir doctus censuit: nihil uel immolando: uel sacrificando: uel noiando. Nulla res enim materialis: non illico impura sit excreto illi: immaterialis quoque tibi: quod in eodem quoque repetit: & plane confirmat idem autor. Vbi sacrificia facta ex sanguine: non diis: sed genitrici reddi censuisse eos: qui potestates uniuersi perceperat. Scribit & alio loco idem autor: Sanguinem diis non placere ullo pacto declarans hæc dicens. Quamquam ueteres non ita agendum censuerant: sed frugibus numina coli uoluerunt: in quibus natura: ois quoque sensus iteger delectaretur: huiusce rei argumentum uel ex more aræ Deliacæ adducere licet. Nullum enim animal illic immolatur: atque ob eam rem ara pia est nuncupata. In templo quoque Epidaurico ita inscriptum esse refert. Castus sit templi quisquis pia limina adibit: Est castus quisquis religiofa sapit. Quæ omnia satis dilucide explicare uidentur: qualis nam de his Platonis opinio fuerit: siue de uulgari: & civili deorum cultu: siue de uera & certa philosophice: atque philosophantium sententia querere uolueris. Ex quo loco intelligi potest aduersarium nulla ductum ratione hæc in Platonem effudisse. Quam enim recte Plato de unitate diuina: & principio primo sententia: satis uolumine secundo exposuisse me arbitror: numerum uero deorum & uaria numina: quæ ex more uulgari: tum ab eorum ab Aristotele ad usum civilem afferuntur: uulgo erant necessario concedenda: quod quod inuitus fecerit Plato: licet intelligere ex ipsa eius breuitate sermonis: qua in libro octauo de legibus: cum de sacrificiis ageret: usus est. Qui enim cætera omnia copiosissime explicauit: hanc unum locum tam paucis uerbis perstrinxit: ut coactus sequi uulgi opinionem plane uideretur. In Epinomide etiam parèdum esse legi paterna: ad usum sacrificandi ait solum: quasi non ipse sit: qui sponte hæc statuat. Ita nos tam uera pro Platone respondeamus Aristotelem etiam defendimus: quæ aduersarius cum Platoni præferre studeat: ita detrahit illi: ut tituperare hunc plane uideatur.

Falsum esse: & sane impium: quod aduersarius asserit Platoni: quia secundos & tertios coluit deos: serpentes etiam: & alia monstra colere debuisse: cum quæuis creatura in infinitum distet a creatore: Creaturarum ad creatorem respectus bifariam intelligi posse.

Deum non quatenus infinitæ simpliciter potestatis est: sed quatenus sua potentia commensuratur rei creandæ.
Non ratione simpliciter infiniti: sed termini sui: creaturam unam ab altera: magis aut minus a suo creatore distat.

Ed quid deinde? Cum Plato inquit secundos & tertios coleret deos: cõsequenter etiam serpentes: & alia monstra colere debebat. Cui enim quilibet creatura in infinitum distet a creatore: & ideo eõliter. Vnum enim infinitum non est altero maius. Si una creatura esset adoranda: eadem ratione & alia. Quid dici de doctrina huius hominis: qui sophisticat: quod exercitationis causa in scholis afferunt: ipse sibi uelut demonstracione possimã persuaserit: nullam creaturam distare ab altera: sed oes æque sua ex parte distare a creatore in infinitum: atque ita studiosius ad hominum utilitatem ut ipse dicit: disputans: Platonem putat ob eam potissimum rationem serpentes etiam colere debuisse: quæuis creatura distet a creatore in infinitum. Proferus hæc eius opinio non solum aduersus Platonem: uerum etiam contra sacrosanctæ ecclesiæ rationem & usum tedit: quæ

quæ diuinos angelos: quos creatos: uenerat: atque obseruatis: serpentes autem odit: atque execrat: ut bestiam ueneratam & ministram: ueteris in genus humanum fraudis. Quamobrem eo libetius respondebo: quo Dei immortalis: non minus quam Platonis causam agam. Creaturæ ad creatorem respectus bifariam intelligi potest. Aut enim ut ad ens infinitum: aut ut ad ens cæteris perfectius oibus ad summum. Quod si ut ad ens infinitum refertur: æque oes creaturæ distant a creatore in infinitum. Sed si ut ad perfectius: quoniam quæ perfectius est: non protendat infiniti rationem: nihil obstat ne creaturæ pro sua uaria conditione: aliis similiores Deo: propioresque habeant. Confirmari hæc ratio potest uel de creatoris ad creaturam proportionem: non enim qua simpliciter infinitæ potentia Deus est: creaturæ enim infinitum crearet non finitum: sed qua sua potentia commensuratur rei creandæ: agit producendo ita creator est. Quod si respectu eius: altera creatura cum altera conferenda est: non ratione simpliciter infiniti referendus: sed ut creatorem commensuratus: sic & creaturas uarie determinari intelligendum est. Dici enim potest non ratione simpliciter infiniti: sed termini sui creaturam alteram plus alteram: aut minus distare a suo infinito creatore. Sed quoniam de re theologica agitur: placet in primis asserere ea: quæ a diuo Thoma de hac re scripta sunt: ut si prædicta ratio autoritate illius asseritur: ualeat. Sin minus omnis cæteris oibus unus ipse sufficiat. Verba eius ex quarto sententiæ: q. v. hæc sunt. In creatione non ita est: ut cum aliquis facit ex simpliciter non ente: quia non ens purum: non est per se terminus creationis: sed per accidens se habet ad eam: dicitur enim aliquid fieri ex non ente: uelut post non ens. Unde creator non habet quantitatem ex distantia non entis ad ens: sed ab ente: quod causa: & ideo non oportet: ut potentia creaturis proportionetur distantia: quæ inter ens & non ens est: sed solum ei: quod creaturæ: quod non est infinitum: quare non requiritur potentia infinita simpliciter: sed infinita secundum quid: scilicet ut commensurata alicui materiae determinate: sicut & omnia agentia naturalia: & materialia agunt. Ignis enim non producit effectum nisi in materia determinata: quia uirtus eius materialis est. Vel dicendum: non esse distantiam infinitam inter ens & non ens ex parte ipsius entis: nisi ens sit infinitum: quoniam tantum aliquid distat ab altero opposito: quantum participat altero: unde non distat in infinitum a non ente: nisi quod esse habet infinitum scilicet deus: quo quanto reliqua entia sunt proximiora tanto magis a non ente distant: quam distantia illa inter ens & non ens: quodammodo infinita est ex parte non entis simpliciter: eo quod oem determinatam distantiam ab aliquo ente signato transcendit. Nihil enim magis ab ente distare potest: quam non ens. sit enim: ut aliqua distantia sit infinita ex altera parte: & finita ex altera: ut cum finitum cum infinito comparatur. Nisi enim talis distantia esset aliquo modo finitum: non minus alia aliis creaturæ distarent a deo: & nisi esset aliquo modo infinita: intelligi posset aliquid magis distare a creatura quacunque quam deus. Creatio uero non respicit hanc distantiam ex parte non entis: sed magis ex parte entis: quod est creationis terminus. Sic diuus Thomas creatorem Deum non proportionari interuallo in finitum non entis ad ens: sed solum ei: quod creaturæ finitumque est commensurari: & moderari autumata: non requirit potentiam infinitam simpliciter ad creandum: sed mensuratam materiae determinate. Ad hæc non esse distantiam infinitam nisi inter Deum & non ens: & ob eam rem nullum ens finitum distare sua quidem ex parte in infinitum: uel a Deo: uel a non ente. Quod si qua ita se habent: ut alterum sit præstantius altero: id quod præstat propius ad Deum accedat: & longius discedere a non ente. Nec uero creationis rationem metiri: ac statui ex non ente: creare intelligatur: ita sit: ut creaturæ: quæ aliquo modo æque distent in infinitum a creatore: non æque distent aliquo modo ab eodem infinito: quod diuus quoque Augustinus affirmans: duo inquit: creati domine: unum prope nihil: quod est materia: alterum prope te: quod angelorum natura est. Plurium sententiam aliorum ex physica schola asserere eodem possum: uerum illa respondendi ratio Thomæ theologi sancti tanti ponderis est: ut nihil oino sit: quod a physicis de sideremus. Planeque aduersarius: qui hoc deceptus sophisticate credidit: serpentes non minus colendos esse: quam angelos diuinos: nullam distinguendi: uel iudicandi rationem tenere coarguat.

Non modo Platonem: sed etiam Aristotelæ demones coluisse: non quales nunc diabolos dicimus: ut aduersarius putat: sed naturas quasdam æreas diis ignobiliores: hominibus uero nobiliores. Homerum siue beneficio naturæ: siue a Moyse propheta edoctum lapsum luciferi: quem Adam appellat descripsisse.

Caput VII.

Rimen etiam illud asserit quod demones Plato coluerit: quod nos commune omnium ætatis illius hominum crimen esse fatemur: nec Aristotelem excipimus: siquidem ut Plato: ita quoque iudicandus ex his: quæ scripserit de demonibus est. Crediderunt enim illi esse

dæmones: quibus merito honor exhiberet: sed non eos, quos aduersarius arbitratur. hic enim eos tantum dæmones nouit: quos a criminatoris uitio diabolos nuncupamus. At illi non eos in religionē receperunt: sed naturas quasdam aëreas: diis quidem ignobiliores: sed hominibus nobiliores: quarum opera genus humanum ad Deum reduceretur: & comuni illi: & summo principi conciliaretur: quibus intercessores: & interpretes quidam inter Deum & homines haberent. Luciferus uero illum sua culpa eiecit in terram: & cælo: excedendum esse illi quoque didicerunt ab Homero suo theologo, qui sine beneficio quodam naturæ: sine Moysis prophetae scriptis carmine suo exposuerat lapsu Luciferi: quæ ille Atam appellat. Errat igitur uel hoc in loco aduersarius per nos dæmonum æquocationem.

Non modo Platonem: sed etiam Aristoteli quædam sumptisse a poetis: nec id uitio dandum esse. Quæ recte honesteque a poetis dicta sunt hæc obseruari Platonem iubere: quæ uero turpiter facta sunt: ueluti pestem uitari. Censuisse Platonem poetas ciuitate pellendos esse: Homerum etiam aliquando reprehendisse. Omnem fere theologiam Platoniam ex sacris literis Ambrosii: Augustini: Cyrilli: & Eusebii sententia sumptisse. Caput. VIII.

Ed quid de tota Platonis theologia? Tota inquit a poetis sumpta est: nec a theologia poetica: & fabulosa differt. Poetas nihil oino dixisse recte: quod uel Plato: uel Aristoteles digne acciperent: nemo dixerit mente sanus. Quia obrem: & si non omnia: quæ de diis a poetis dicantur: Plato secutus est: tamen aliquid accepisse eum non inficiat: quod uel ab Aristotele receptum: probatumque uideo: quæ illud quoque egregium est: quod in primo metaphysicæ libello ab Homero poeta accipit ad primitiuamque entis confirmationem. Rex sit: duxque unus: numero haud inuauat esse tyrannos. Quæ enim de diis pie honesteque dixerunt: poetæ dixerunt: hæc Plato recipi iubet: & obseruari: quod uero minus recte illi sinerunt: hæc detestari: & perinde ac pestem uitare: quin immo ipsos, qui ita carmen exercent: pellendos ciuitate censere ac precipit. Quod & Diuus Augustinus testificat: cum in secundo libro de ciuitate dei sic dicat. Theologia poetica Plato penitus repudiavit: & poetas duxit esse pellendos ex urbe, quæ instituit. Homerum etiam ipsam: ut in eius politica patet: propter inhonestam quædam de diis significationem, reprehendit. Quid igitur sit, quod Plato a poetis male accepit? Equidem hunc plura a sacris literis nostris uideo: quæ a suis poetis accepit: sed quæ in ægyptum profectum adiuuasse Hieremiam prophetam: conuenit, ut idem Augustinus ex sententia diui Ambrosii refert: nec incredibile sibi uideri dicit, hebræas literas illum didicisse: unde quod in Timæo de mundi creatione scripsit: ex libro genesis accepisset. Sanctus quoque Cyrillus: doctor singularis: in libris: quæ contra Iulianum in defensionem facti euangelii edidit: Pythagoras inquit, & Plato: cum in terra ægypto operam disciplinis darent: multoque aliorum uirorum illustrium: & in primis Moysis doctrinam pro suo studio non ignorarunt. erat enim per id tempus apud ægyptios nomen Moysis non in mediocri admiratione. unde rationem Deitatis hoc est primæ causæ: eos quidem integri accepisse: perindeque sensisse: discernisseque melius cæteris, de rebus diuinis existimo. Quod idem Eusebius quoque Pamphilus uir doctus: & uaria rege historia peritissimus narrat: in libris de euangelica præparatione: qui longius de Platone pergreddens: omnem fere theologiam Platoniam rationem a sacris literis nostris acceptam esse ingenue fatetur. Noibus tamen deorum eiusdem, quibus poetae Plato etiam uti uoluit: quonia, ut supra dictum latius est: discedere a publico: uulgarique usu eiusmodi nominum sine suo periculo non posset. Nec aliter ab Aristotele de usu nominum scriptum intelligo: quæ ut iis: quæ uulgo tradita sunt utamur: quæ nonnulla aliter atque uulgus intelligere debemus. Siquid etiam uel morem sermonis seruans: uel hominum ingenium consulens operarius dixerit: satis me respondisset hac de re arbitror secundo uolumine: quod nuper de eius opinionibus edidi.

Minime reprehendendum esse Platonem: si uel fingit aliqua se accepisse a muliere: quod in dialogis licet uel uera refert, cum mulieres etiam constet multa diuinitate posse referre. Caput. ix.

Uod autem aduersarius adicit: Platonem anilibus fabulis credidisse: cum ea de diuino amore differeret: quod libro, qui conuiuium uel de amore inscribitur: explicat: hominibus plane non eruditi iudicium est. Quis enim nesciat dialogi quo utitur Plato: eam esse siue legem siue naturam: ut personæ fingantur: quæ disputent: & uariis ultro: citroque argumentis de re proposita discutiant: & quasi excudant: quod certi: uerique statui debeat. Quæ disputandi modum. M. Tullium etiam seruasse uidemus. nemo tamen ob eam rem sententiam esse personarum: quæ disputare fingunt: sed autoris qui personarum sinerit arbitri: nisi quædam loci & solatii causa: aut improbatum: pro ingenio personarum constituta: & distribuantur: quæ enim grauius digna: quæ homine sapiente differant: nemo inquam tam

tam fatuus est: ut personæ fictæ: quæ illa nunquam disputari potius, quam autori ipsi qui dialogum conscripsit censeat tribuenda: quæ ab alio se fatenti accepisse. At hic aduersarius: quod Socrates in dialogo fingit se accepisse ex muliere Diotima: non Socrati: non Platoni: sed Diotimæ attribuit: atque aniles fabulas uocat: quæ Diuus Dionysius areopagita: uerbis eiusdem Platonis scribens de diuino amore exposuit: in libro secundo latius declarauit. Platonis hæc sunt non mulieris: sed libuit ita fingi: ut quæ diuinitas dicerentur: uates quædam, & uelut Sibylla referre uideretur. Non enim siquid a muliere dictum est: continuo fabula est: sicut aduersarius putat: hinc enim suæ reprehensionis sumit rationem: quasi non multæ extiterint mulieres doctæ: non multæ spiritu actæ diuino futura prædixerint: & commodissime admonuerint uiros. At qui Sibyllæ de Saluatore nostro: de redemptione nostra: & generis humani restauratione prædicauerunt: spiritu sancto præparante usque a temporibus illis salutem hominum. Profecto Plato non modo non uituperandus: uerum etiam laudandus est: siquidem afferri posse opera mulieris credidit ad reperiendum diuinam cognitionem. In quibus cognoscendis Aristoteles suis principibus nihil posse attingere arbitratus est: & Albertus philosophus singularis aliud desiderare in initium se fatetur in suis metaphysicis libris: cum dicat. Si quæ est irradiatio superiorum: ad inferiora, ut Plato dixit, & theologi omnes contententur: illa certe per rationem inuestigari non potest: sed ad eius cognitionem, alia principia statui oportet: scilicet ex fide religionis: reuelationeque spiritus: quæ cum peripateticorum doctrina non conueniat. Ita Plato siue fingit: seu uere fatetur se illa accepisse a muliere: non peccat: quædam & lege dialogi fingere licet: & mulieres diuinitus plura posse referre plurimum est: nec fabulas narrat. Sed quæ uel naturæ ratione cognosci possunt: uel nostri olim theologorum: & prophetarum lumine illustrati superiorum: cernere potuerunt: hæc & credidit: & docuit.

Falso argumentari aduersarium cælestia corpora ideo coli ab homine non debere: quia secundum Aristotelem corpora cælestia ad finem sunt: homo uero sit finis: cum constet Aristotelem in sexto ethicorum cælestia corpora longe hominibus anteferre. Eundem in libro de mundo ad regem Alexandrum dispositionem totius orbis ad primam causam referre. Aristotelis sententia id corpus: quod prope Deum est: Dei uirtute maxime frui. Rem alteram duobus modis ad alteram ordinari. Cælum secundum Aristotelem esse animal immortale: atque diuinum. Alterum altero nobilius esse: aut sua forma: aut suo inuicem respectu. Finem bifariam accipi: aut perfectiue pro bono, & appetibili: quo petitur id a quo appetitur: aut effectiue pro effectu quo homo: aut equus: aut arboreus: tale quid est, quod effectum est. Finem ut in rebus naturalibus accipi: aut per se ratione effecti operis: aut ad aliud ad quod scilicet refert. Non esse inconueniens finem duplicem: aut multiplicem esse eiusdem numero: ratione diuersa. Cælum ordinatum quidem ad hominem esse: sed ut superius: non ut inferius. Hominem cælo nobiliorem esse: nihil aliud est dicere: quam id postquam hominem generauit nobilius esse seipso non dum homine generato. Cui duplex sit finis: quæ, & cui. hominem quidem finem esse cuius: nam finis quæ cælestium homo est. Caput. x.

Fert etiam aduersarius argumentum: quo se demonstrare certo putat ex principibus Aristotelis cælestia corpora coli ab homine non debere. Finis inquit non debet colere ea, quæ sunt ad finem: cum nullum nobilius debeat colere id, quod est ignobilius: sed homo est finis corporum cælestium: non debet ergo colere corpora cælestia. Huius argumenti minorē probare conatur ex uerbis Aristotelis: quæ partim a secundo libro de generatione sumit: partim a secundo physico. Vbi enim in illis de generatione philosophus hic dixerit generationem esse continuam per motum cæli continuam: & causam generationis: corruptionisque esse accessum: recessumque solis per circulum obliquum: declarans id per causam finalem: Cum natura appetat, inquit, semper quod melius sit: meliusque sit esse, quam non esse: hoc autem impossibile sit esse in omnibus: quonia longe ab ipso principio absunt: idcirco Deus eo, quod reliquus esset modo uniuersum suppleuit: cum generationem fecisset continuam. Vnum itaque hinc locum sumit: alterum uero a libro secundo physico: ubi nos esse finem omnium dicitur. Sic enim hic nouus peripateticus ratiocinatum omnium corporum naturalium finis nos sumus: corpora autem cælestia sunt: quædam corpora naturalia: ergo ea quoque ad hominem: ut finem ordinantur. Ita fidem suæ minoris assertit propositionis. Argumentum uero & uis tota argumentationis consistit in eo, quod corpora cælestia ordinari ad hominem: ut ad finem ponatur. Ad quod respondendum recte est: omnis superuacuis in quibus abundare solent: qui in necessariis deficiunt. Sed quonia aduersarius hoc ita esse ex Aristotelis philosophi opinione contendit: breuiter uerbis ipsius Aristotelis prius apertam contra omnino sensisse illum, quæ hic putat. Ille enim in libro sexto ethicorum: sic de nobilitate cælestium corporum scribit: & homini

illa antepone. Nec refert, inquit, quod homo optimus cetero generis animalium est: etenim multa alia natura diuina hodie sunt: ea apertissime ex quibus mundus constat. Ita hic cœlum nobilissimum esse hodie aperte fatetur: quod aduersarius suae opinionis patronum adducit: nec minus hoc idem declaratur in iis: quae ad regem Alexandrum scribens de mundo: dispositione totius orbis: & respectum ad primam causam edocet. Censet enim Deum summum: perinde, ac regem sedere in sublimi immotum: corpora autem cœlestia: perinde, ut principes alteros suo motu agere & gubernare omnia: suique summi principis potestate referre: quam sententiam secutus Auerroes in commento quadragesimo quarto. Dispositio inquit, in iuuamento cœlestium corporum: & in seruando entia, est ut dispositio optimorum magistratum ciuitatis: quorum omnes actiones ad primi principis actionem referuntur. Plura etiam Aristoteles eodem in loco de excellenti cœli natura: quorum unum illud quanti ponderis sit intelligat aduersarius si potest. sed maxime, inquit, uirtute Dei fruitur: id quod prope illud est corpus: deinde, quod ab hoc proximū: atque deinceps ad hunc modum. Hinc nemini dubium esse potest: quin cœlum ex sententia Aristotelis ratione & aere: & corporis nobilissimum hodie sit: quando & propius est: & magis fruitur Dei uirtute. Quid uero illud, quod in primo libro meteororum legimus. continuus uero necessario quodammodo supernis delationibus est: ita, ut eius uirtus omnia inde gubernetur: unde enim principium motus omnibus est: illi causa prima attributa est. Num quisquam dubitare potest: quin cœlum nobilissimum Aristoteles putet: cui gubernandi potestatem: & primam causam tribuat? Hæc cum ita sint: quod doctus & uere locutus sit aduersarius, facile intelligi potest. Nunc ad respondendum recte eius argumento: nonnulla subiiciam: ut mea respondendi ratio distinctius: ac dilucidius reddi possit. Primum rem alteram ordinari ad alteram duobus modis: aut enim, ut inferiorē: quomodo materiam dicimus ordinari ad formam: eamque esse propter formam: non formam propter materiam. Aut, ut superiorē: quomodo principem constituitur aliquem dicimus: qui sua uice id faciat: quod ipsum facere immediate non debeat. Constitui enim quædam ordinari est: & hæc ordinandi ratio: non inferiorē: sed superiorē esse se declarat: cum: qui ad aliud ordinatur. Gerit enim personam superioris, qui ordinauerit: & alter ille tantisper est: unde magistratus constitutos a summo pontifice: aut reges plebs non tantum ignobiliores continent: sed, ut superiores: nobilioresque honore prosequitur: & iussu eorum seruit obedienter. hoc notius est: quod ut ulla autoritate Aristoteles egeat. Secundum: corpora cœlestia esse ita ingenue a iusta philosophi sententia: aut cœlum ipsum de quo loquitur aial sit immortale: atque diuinitatis: constat hoc libro secundo de cœlo. Sed nos, inquit, de his: uelut corporibus tantum & unitatibus ordine quidem præditis: sed omnino inanimatis cogitamus. At uero ita existimandum est: ut actione & uita participant: & demonstratum iam est, inquit, quod mouetur primū & simplex: & ingeneratum: & incorruptibile: & omnino immutabile esse. Tertium: alterum altero nobilissimum esse: aut sua forma: aut suo inuicem respectu: sua inquam forma, si hominem esse equo nobilissimum dicamus: cum hic rationale: ille irrationale sit animal. Respectu autem suo inuicem: si alterum forte finis: alterum spectans ad finem sit: quo modo materiam esse forma ignobiliorē fatemur: quod plenius Aristoteles in secundo physicorum declarat: aut, inquit, quod finis: bonumque ceterorum est. nam cuius causa illud optimū: finisque esse uult ceterorum: quod siue bonum: siue apparatus bonum dicimus: nihil referat: finem etiam ipsum esse: quo id perficiatur: cuius sit finis. autor idem in quinto metaphysicæ est. Eo, inquit, perfecta sunt: quia habent finem: atque cum finis ultimum sit in malam etiam partem transferentes dicimus quicquid perisse perfecte: cum nihil interitus: malique deest: atque in ultimo res est: sed suo quodque in genere hoc est analogice perfectissimum & optimum esse suo fine intelligendum est. Nam si inter se ipsa comparantur: finem alium nobilissimum rem: alio esse apertum est: uel ordinis ratione. Sicut Aristoteles in primo ethicorum tibi finem tibificis imperfectiorē esse ostendit tibicine: scilicet finem: cui efficitur. Vel quia forma: quæ finis est: præstat: aut quia finis melioris agentis est: ut idem in tertio topicorum. Cuius finis melior est: & ipsum melius esse asseruerat. nec uero finem, quo perficitur unūquodque: dicimus in alio esse: nisi in ipso: cuius est finis. Sua enim forma perficitur unūquodque: perfectumque est: cum a fine, qui in intellectu rationeque prouenerat: motum peregerit: formam autem ipsam principium motus esse: quauis non naturale, autor Aristoteles in secundo physicorum est. Quoniam igitur quod naturaliter mouet duplex est: tamen alter non naturale est: quippe, quod in seipsum non continet mouendi principium: tale autem est: siquid ipsum non motum moueat: quale est quod omnino immobile: primumque omnium est: atque etiam quod quod est: & formam dicimus. finis enim hoc: & cuius gratia est. sed quoniam quod agit: & actu iam est, quod potentia fuerit: non solum suum bonum: & suam perfectionem appetit: sed etiam efficere opus certum intendit. Ideo finem bifariam accipiat: aut enim perfectiue pro bono & appetibili: quo perficitur id: a quo appetitur: aut effectiue pro effectu: qua homo: aut equus: aut arbor: aut tale quid est: quod effectum est. Primum Aristoteles

teles designat: cum in primo ethicorum dicat. Quamobrem bene asseruerunt id esse ipsum bonum: quod omnia appetant. Secundum etiam in eodem declarat: cum tibi: denique instrumenta finis appellet. Ad hanc sententiam & Symplicius locum secundi physicorum de duplici fine exponit: ut in exponendis libris Aristotelis diligentissimus. Verbum enim illud *ἐξ ἑαυτῆς* quod spectare: & ex usu uulgaris disputationis intendere est: ad effectum refert, non ad bonum cuius proprie appetitus est. Licet etiam hunc physicam finem illum metaphysicum appellare. Finem enim physicum esse rerum subiectam sensui rationem Aristoteli placet in tertio de cœlo. Finis inquit, scientiæ: facti uel opus est: physica autem quod proprie secundum sensum subinde apparatus: forma uero: quæ finis est attribui metaphysico aptissime potest: quando idem philosophus non id esse naturale principium motus aperte fatetur. Sed cum finis physicus peractio: & motus ultimum sit: ut Aristoteli placet. Finis, inquit, est tale: quale ipsum quicquid est: genuisse: & nullum, inquit, tam naturale est: quod tale fecisse alterum quale ipsum quicquid est: & quippe cum magis egisse, inquit, & generatum esse finis sit: quod generari & agere: in sexto topicorum hoc in secundo de anima illa cum ita sit inquam: non effectum: quia forte homo: aut tale aliquid est: per se agens: sed peracta actione: quæ forma agentis: quæ agens est: atque ita finis alteram intelligi differentiam: ut alter actiue sit: alter passiuæ. Egisse enim finis agens est: actum esse: & hoc, aut hoc: ex parte rei subiectæ: stat. In qua motum esse passiuæ certum est: & cum sibi quodque nobilitatem: perfectionemque inde trahat: unde ortum est: effectum eo nobiliorem esse: quo a nobiliore agente prodierit: quippe cum medicina sanitas quodammodo sit: & ædificina forma sit ædium: & homo hominem generet. Verba hæc Aristotelis ex duodecimo metaphysicæ sunt: & forma, inquit, quam intelligis talis est: qualis res unaqueque est in libro de motu animalium: & qualis quisque est talia agit & loquitur: & uiuere itidem in quarto ethicorum. Ad hæc finem in rebus physicis accipi: aut per se ratione effecti operis: aut ad aliud: ita ut quod primo modo fuerit finis: cesset tantisper esse finis: idque loco ultimi finis sit: ad quod referatur, uerbi gratia, Sanitas: quæ finis medici per se est in intendendo sanitatem efficiendam: cessat iam esse finis: dum ad hominem pertinet: cui medicus sanitatem comparat: & ensus qui finis fabri per se est in intendendo ensam efficiendam, cessat iam esse finis: dum ad militem pertinet: qui eo utatur. Finis ergo ulterior est: & perfectior ibi homo: hic miles: de qua duplici ratione finis docet Aristoteles in primo ethicorum, cum dicat. Sed cum plures finis uideatur: eorumque aliquos eligamus propter alium, uerbi gratia, diuitias: tibias: & omnino instrumenta constat non esse eos perfectos. Cuius loci meminit idem & in secundo physicorum dicens. Nam & faciunt artes materiam aliam simpliciter: aliam cultiorem, & utimur: utpote: cum omnia nostri causa sint: quippe cum nos etiam finis quodammodo simus. duplex enim cuius causa illud est: ut in libris de philosophia exposui: & in hoc enim loco idem de fine docet: ut quod fines sunt artium: eadem ad hominem: qui his utatur: non præterea rationem habeat finis: sed pertinentis ad finem: atque homini tanquam fini subiiciantur. Quin & in secundo de anima duplicem hanc rationem repetit finis: & terminis propriis differuit: quo loco animam: & effectalem: & finalem causam esse demonstrat. Corpora, inquit, naturalia omnia tam animalium: quam plantarum instrumenta animæ sunt: utpote: quæ animæ causa habeantur. Sed id cuius causa: bifariam est: aut enim quod dicitur cui. Nec uero Symplicius hæc differentiam finis: quem & cui: alio modo declarati ego exposui. Item non esse inconueniens finem duplicem: aut multiplicem esse eiusdem meritatione diuersa: ut hominis medici finis: seruasse: aut recuperasse sanitatem est qui medico competit: & uirtus qui homini. Accipitur hoc a secundo physicorum. Naturam etiam ubi fieri non potest: ut pluribus ad plura utatur eodem uti ad plura: ut lingua ad loquendum: & ad sapientiam percipiendum: dentibus ad cibum conficiendum: & ad locutionem expressiorem: respiratione ad cordis refrigerationem: & ad uocem. Cõstat hoc in libris de animalibus: & de anima. Hæc ita plenius subiicere uolui: ut facultas esset ad dissoluenda argumenta quorundam: qui exercendi ingenii causa plures de fine difficultates mecum his diebus mouerunt. Nam quantum ad argumentum aduersarii attinet: non tanta opus est præparatione. Sed quid ille? Homo, inquit, nobilior cœlo est: cum finis sit motus cœlestis: & quisque finis nobilior sit eo, quod spectet ad finem. Quidam negant hominem habere in motu cœlesti rationem finalem: qui si alias metaphysicæ ipsi hunc locum tractarent: apte statuere ita possent. Sed quoniam respondere ad hominem debuerunt: qui ex motu: generationemque arguerat: non recte negarunt: quod principium esse physicorum est: ut quod per motum intenditur: finis sit. Fateor enim uerum: quando non equidem Platonem defendo: sed ueritatem: quam si uisum apud aduersarium uidero oppugnari: non minus me ipsum ipsam: quam Platonem defendam: facile itaque ego aduersario concedo motum cœlestem habere finem: generasse hominem: & sua continuitate seruasse species generabilium omnium. Nec uero cõtendam sophistarum modo si hominem dicit finem: sed sit homo finis: f iiii

modo stet in eorum: quæ subiecit ratione: & quidem affirmo: & peritius fortasse, quæ aduersarius hominem esse finem: ex loco secundi physicorum illo Aristotelis. Constat igitur necessarium id in rebus naturalibus esse: quod uelut materia dicitur: atque etiam motus eius ipsius materia: & cum de ambabus causis differere homo studiosus naturæ debeat: tum uel maxime de ea: quæ cuius causa est. Hæc est enim causa materia: in materia est causa finis: & nimirum finis ipse: & cuius causa illud a definitione rationeque petitur: ut in his patet: quæ arte constituuntur rebus. Cum enim talis sit domus: hæc fieri oportere: atque præcedere necesse est: & eam ualetudo hoc sit hæc fiant & antecedant necessario cõuenit. Ita si homo hoc est: hæc, & si hoc, hæc. Atque etiam ex se primo politicorum illo, ratio nostra: & intellectus finis natura est. Sic itaque cælo finis in motu naturali generasse hominem: aut speciem seruasse humanam. Diuus autem Thomas: & Auerroes: & Alexander, qui finem cæli esse dixerunt assimilationem siue Dei: siue primi motoris: metaphysice de fine locuti sunt: non physice. Nec absurdum finem hunc duplicem esse: alterum ut cælo, & simpliciter alterum, ut generatori: & secundarium ex officio naturali. Intelligi etiã potest ut ordinandus ad finem ulteriores siue Deum: siue naturam uniuersalem: atque ita finem: quæ pertinere ad finem cuius perfectionem esse. Sed aduersarius: cælum, inquit, ordinatum ad hominem est. Concedo. Sed ut superius non inferius finem, inquit, hominem habet. Cõcedo. Sed passiuæ: & denominatiue a fine posito in perfectione agentis: & ut finalis actionis subiectum. Talis autem finis imperfectior est. Contra, inquit, finis ratione finis perfectissimus: atque optimus est. Concedo. Sed suo in genere: & ratione boni: non ratione effectus & hominis: atque ita bonum illud & finis: quem cælum in generando appetit: in ipso cælo positus est: eoque nobilius cælum habetur: quo hominem generauerit: nec aliud est dicere: ita hominem cælo nobiliorem: nisi cælum postquam hominem genuerit: seipsum esse nobilius non dum homine generato: quod & philosophus diceret: & propterea colendum: quæ generari: sicut & Deum: quia creauerit. Ergo, inquit, finis hic homo est. Concedo. Sed non sic. ut forma mixta materia: sed ut forma sine materia posita in intellectu agentis producenda in opus: quam ubi produxerit: consecutum est suum finem: & proinde nobilius est suo materiali effectui: & nobilitate eum non eo nobilitatur. Nunquid forma, inquit, in materia hominis: bonum sit: & appetendum? Ita est: sed non tantisper appetendum. Ergo, inquit, bonum illud cæli foris in effectum: non in cælo positum est. Non sequitur bone uir. Forma enim in materia hominis est, quam appetat materia hominis: prius, quæ formetur: & qua ipsa perficiatur: non quæ sibi appetat cælum: cum enim actu sit cælum: non plus uel appetit: uel intendit: quæ generasse: quæ generationis ratione perficitur ea forma: quæ non in homine: sed in ipso quod generauerit est. Ceterum te fallit ambiguitas termini: siue nominis: quæ enim formam domus idem esse, quod adificandi habitus audieris: credis nihil referre in intellectu: an foris acceperis formam. Alterum etiam locum: quem a secundo physicorum sumit sibi præsidio: non secus, quæ primum exponit. Non enim ita omnia esse nostri causa ibi dicitur: ut nihil excipi possit. Sed Deus & cælestia corpora excipi debent. Agitur enim ibi de usu hominis: illa autem non sunt usui nobis: & proinde nos finis illorum non sumus: & utimur, inquit, utpote cum omnia nostri causa sint. Sumus enim & nos quodammodo finis. Quæ itaque ad usum ueniunt hominis: horum tantummodo finis est homo. Sed quoniam duplex sit finis: quæ & cui: ita intelligendum: ut homo finis sit cuiusdam finis quem cælestium homo est. Res igitur arte confecta: & animalia, quibus homo utatur: & reliqua generis eiusdem referri ad nos: ut ad finem non superiora illa putandum est. Quod uel ex illo libri secundi de anima satis probari potest. Corpora, inquit, naturalia omnia: tam animalium: quæ plantarum instrumenta animæ sunt: utpote cū animæ causa habeantur. In primo etiam politicorum ipse, quibus nam describi debeat rebus usus hominis declarat. Nemo enim expositor eius esse melior potest, quæ ipse sui. Existimandum inquit, ut plantæ animalium causa sint: ipsa autem animalia hominis gratia: cicuter certe ad usum: uictumque: feræ autem, & si non omnes tamen plurimæ uictus: commoditatisque alterius causa habeantur: quo uictis: & pleraque ex his alia subministrantur: quod si natura nihil uel imperfectum: uel frustra facit: Hæc hominis causa facta esse a natura necesse est. Quantum itaque sub hoc termino omnia complectatur: planum hinc est cum hæc dicens ostendet ea tantum: quæ natura ad usum hominis fecerit. Quamquam cum locum Simplicius familiaris noster ita exponit: ut ne naturales quidem res illæ: sed solum artificiales intelligantur in qua sententia: & Diuum Thomam fuisse certum est. Sed ego liberalius agens cū aduersario: do non solum res arte confectas: uerum etiam naturalium modo non se extendat ad superiora: quæ diuina animalia esse: & nihil commune habere cū miseris hominis Aristoteli placuit. Scripta autem huius philosophi: quæ a me ita in latinum conuertuntur: si discrepare uidentur ab his: quos expositiones & cõmenta habent: petantur græca exemplaria: & an bene conuerterim: quærant diligentius eruditi linguæ latinæ: & græcæ.

Confido

Confido enim sic foret eos: qui illa cõmentis prædita sequuntur: si hæc nostra ad scripturam Aristotelis iudicentur: his potius uellent fortassis studiū se cõsumpsisse. Nec uero si aliquibus terminis nouis fere uti sumus, reprehendendum est. licet enim docendi causa ita faceret: quando qui aliis quibusuis terminis utens, de re mecum contendat. demum sese de termino non de re contendisse intelliget. Sed hæcenus de fine.

Falsum esse quod aduersarius asserit uelle Aristotelem: ut primus motor nullo modo sit motor appropriatus primo mobili: neque moueat primum mobile immediate effectiue: idque probari Auerrois: & aliorum expositorum sententia.

Solutio septem argumentorum aduersarij.

Caput. xi.

Illud etiã asserit Aristoteles uelle ut primus motor, qui prima causa est: nullo pacto sit motor appropriatus primo mobili: neque moueat primum mobile immediate effectiue. Quod & si nonnulli & doctores ipso tueri conantur: ita audacter pronuntiare summa temeritas est: præsertim cū expositores multi, præsertim Aristotelis aliter sentiunt. Iam Auerroes in duodecimo metaphysicæ cõmento quadagesimo secundo: quod a junioribus dicitur, inquit, primam substantiam esse priorem primo motore falsum est. Vnaqueque enim substantia abstracta: est principium substantiæ sensibilis: secundum motum: & secundum finem. Quod uero Aristoteles inquit, si aliquæ substantiæ essent non mouerentur: essent ociosæ. Idem cõmento quadagesimo quarto. Dicamus igitur inquit, nullam formam esse: quasi finem cõmunem: & uniuersalem: nisi eam ex qua ceteris cõmunis actio habeatur: quæ scilicet mouet primum cæli motu diurno. Idem cõmento trigesimo. Substantia, inquit, abstracta secundum idem mouet, ut finis: & ut efficiens. Quibus aperte exponit eandem substantiam: quæ finaliter mouet: efficienter etiam mouet: & omnes substantias abstractas esse principium alicui substantiæ sensibilis: quod certe non ita effertur: & prima substantia appropriaretur: & efficienter moueret. Pluribus etiã aliis locis idem ita de separatis substantiis loquitur: ut nullam excipere uideatur: quæ non appropriet: aut non moueat eadem: & ut finis: & ut efficiens. In hac sententia & Thomas anglicus autor grauis est: quæ ex aliis uerbis Aristotelis: ut ex illis octauo libri physico: quibus infinita esse potentia primi motus ostenditur in motu perpetuo diurno: arbitratur hoc ex philosophi illius opinione: substantiam primam appropriari mobili primo: & cum idem ubi nam sit ille motor: qui nec per se: neque per accidens moueatur, quærat: statuit demum illum in deo esse: esse primi orbis: quo facilius: & uelocius ipse orbis moueri possit: in qua sententia & Alexander graecus cõmentator est: atque Simplicius octauo physicorum exponens. Plutarchus quoque in libris de opinionibus philosophorum: Aristoteles, inquit, deum formam esse intelligibilem dicit: & eundem insidere sphaeræ uniuersæ asseuerat: unde fitur effectiue immediate moueri: & appropriari: quando & locus ille circūferentia primi mobilis designatur: nec dici ab aduersario potest hæc de motore interposito illo intelligi. Aristoteles enim de motore: qui nec per se: neque per accidens moueatur, differit: quæ quidem immobilitatis rationem non nisi primo motori competere aduersarius ipse arbitratur. probat hoc idem ille doctor ex numero substantiarum separatatum inuestigatione: qua usus Aristoteles in duodecimo metaphysicæ est. Quod enim totidem esse intelligentias dixerit: quot delationes sint cælestium corporum: & ordinem illarum esse ad motus astrorum rationem. Cõcludit hic singulas substantias separatas singulis appropriari mobilibus: quod non ita consequeretur: nisi prima, ut aduersarius uult, non appropriaretur: nec totidem essent numero: quod Aristoteli placet. una enim illa non appropriata numerum addita augetet. Accedit ad hæc testimoniū diui Thomæ autoris grauissimum: qui exponens hunc Aristotelis locum: & reprehendens Auerrois opinionem: quæ primum mobile non moueri immediate a primo: sed ab intelligentia causata a primo statuerit: cõcludit his uerbis. Satis cõuenite uideatur: ut primus motus rerum corporalium: ex quo ceteri omnes dependent: habeat sibi pro causa primam imaterialem substantiarum: ut quædam cõnexio: & ordo sensibilium: & intelligibilium seruetur: ita huius quoque doctoris sententia declaratur: primam substantiam motorem esse appropriatum mobili primo: & ratio cur ita: redditur illa: ut cõnexio: & ordo sensibilium: & intelligibilium seruetur. Sed tamē aduersarius nimirum quantum audacter contra totamque clarorum uirorum iudicium: dixit ita esse ex Aristotelis sententia: ut primum mobile non immediate moueatur a primo: & Platonicos, qui ita Aristotelis uerba interpretantur reprehendit. Ceterum argumenta: quibus hoc probare conatur, uideamus. Motor, inquit, appropriatus: beatus ex generatione continua inferiorum: quia finis beatus: sunt ad finem: deus autem non beatus ex aliquo extrinseco. Item quia motor appropriatus mouetur per accidens ad motum mobilis: quauis non per se. Aut enim sicut anima aut sicut gubernator mouetur. Deus autem nec per se: nec per accidens mouetur. Item omnis motor

appropriatus componitur ex actu & potentia: & subicitur motui: & tota uita sua non est simul
 quæ non cõueniunt Deo. Item Aristoteles in primo de cælo: ea quæ sunt extra cælum nõ est
 se in loco: nec in tempore dicit: nec fenescere: nec ullo modo mutari: sed uitam habere optimam
 & esse æternam: & diuinam. omne etiam diuinum esse immortale: & primum: & summum. At primum
 & summum non nisi deus solus est. Ergo deus est extra cælum: uita æterna immobilis: & nullo
 in loco: sed motor omnis appropriatus est in loco mobilis: quod mouet: & mouetur per acci-
 dens: nec uere æternus: & immortalis est: ergo deus non est motor appropriatus. Item idẽ phi-
 losophus dicit: ex eo depẽdere cælum: & totam naturam. Ergo motor appropriatus primi mo-
 bilis depẽdet ex primo motore simpliciter. A liter enim non depẽderet cælum: & tota natura:
 sed pars tñ. Item nullum primum simpliciter: est primum tale in aliquo genere: quia illimitatũ sic
 esset limitatũ: sed deus est primum simpliciter: ergo nõ est primum motor appropriatus: quia es-
 se appropriatum aliquam affert aditionem: & restringit. Item si primum motor moueret: mo-
 tor appropriatus non differret a cæteris motoribus natura: & dignitate: nam si differret: hoc ef-
 fet ratione mobilis: sed mobile primum non differret sua natura a cæteris: omnia enim cælestia
 corpora quintũ corpus esse ab Aristotele ponitur. Ergo nulla ratione differret a cæteris. Hæc
 colligi ita possunt: quæ ipse passim: confusèq; in secundo suo capite refert: allucinans argumen-
 ta aliorum sine iudicio: & dans sine mente sonum. Solutio primisq; non omnis motor appro-
 priatus beatus ex generatione inferiorum. Siquidem beati perfici est. perfectio enim motoris ex
 finem non nisi his motoribus cõtingit: qui naturaliter moueant: quod si deus: & quæcũq; substã-
 tia separata non naturaliter mouet: sed ratione boni: & appetibilis: quæ admodum superiori so-
 lutione declaratũ est: perficit sane nõ perficit: dũ mouet. Cõtra inquit finis est: quo unũquodq;
 perficit: cõcedo. & ideo modo dixi deũ esse eũ finem: quo mobile primum perficiat: & beetur: sed
 nego quodcũq; mouens habere finẽ sibi naturalem. ad quem moueat: hoc est. ut motũ ipsam
 moueat alterum. Hæc enim ratio causæ unde motus physica est. In substãtiis uero illis intelli-
 gibilibus. si admittẽda eorum sententia est: qui effectiue eas mouere dixerunt. Aut ita hic effectus
 intelligendus est: ut cõsequens sit appetitum: & finis non intentus: sed accessorius: quo perficiat-
 tur non motor: sed mobile: & alteram afferat naturam: & cõstat ratio huius finis. decimo libro
 ethicorũ. Aut ita ut uelut obiectũ moueat intelligentiã ad se appetẽdam: qui & ipse motus non
 mouens: sed mobile perficit. Ad secundum negatur motore appropriatũ moueri per accidens
 Demonstratum est enim ab Aristotele in octauo physicorũ non moueri: nec per se nec per acci-
 dens: quod mouet motu sempiterno: nec posse continuũ & perpetuum esse hunc motum: si
 eius motor ita moueretur. Alexander etiam: & Symplicius ita uoluit ne per accidens quidem
 moueretur: quãquam Alexander hoc ideo esse dicit: quia motor ipse non in parte est. in tota or-
 bis circũferentia est. Symplicius autẽ: quia abstractus: & immens: & supremus. Ad rationem uero:
 quam affert: aut sicut anima: aut sicut gubernator: dicimus uerũ hoc esse in motu naturali per
 principium unde motus: sed deus non ita mouet: sed ut amatum: desideratum: quod in duode-
 cimo metaphysicæ constat. Cæterum si rem. de qua agit. intelligeret aduersarius: probabilis
 utiq; argueret inde: quod motores orbium secundorum moueantur per accidens. Verum & si il-
 li quidem mouentur per accidens: tamen ita per accidens moueri intelligendum: ut per aliud
 moueantur non per se. mouetur enim illi motores in quãtũ sphaera: quas mouent: & per aliud
 de moueantur: quod mouet per accidens per aliud est nõ per se accidens: quod ei conuenit: &
 ad motum sui mobilis proprium moueatur. Deus uero per aliud moueri nõ potest: quia sphae-
 ra eius non mouetur motu alterius sphaera superioris. Ad tertium: negat omnẽ motorem
 componi ex actu: & potentia: hoc est passiuum: ipse accipit. Id enim in motu mere naturali solũ
 est: negatur etiã reliqua: quæ sine ulla ratione: sine ullo testimonio adicit: quasi satis sit asseruis-
 se tñ præsertim per absurda quædam ad integram disputandi rationem. Ad quartum: quæ
 ab Aristotele in libro de cælo de supercælestibus substãtiis dicuntur: quoniã pluratio numero
 explicantur: non solũ ad primam substãtiã separata refertur debent: sed etiam ad secundas: quas
 & antiquorũ opinio: quæ in eodem loco memoratur: supercælestes tulerit: & æuo præditas: i-
 mortalitateq; summa prædicari. Itaq; diuus Thomas eũdem locum exponens: hoc intelligen-
 dum est. inquit. de deo: & de substãtiis oĩbus separatiss: quæ non in tẽpore sunt: neq; in loco: quæ
 abstractæ a materia sunt: & ideo ibi non ut in loco: sed ut non cõtenta incõtinentia corporalium
 rerum sunt: quia totam rerũ corporalium naturã excedunt: & ideo non mutantur: & uita optimã
 habent: & sufficientem. Idem mox adiicit antiquos autores sub his uerbis: diuinũ: immutabi-
 le: primum: summum: intellexisse omnem substãtiã separatã: diuinãq; appellasse: quia non sub-
 iecta motui est: primam. quia non subiecta tempori est: summam. quia non cõtenta in loco est:
 ita diuus Thomas locũ eũ exponit: in quo aduersarius Aristotelem ideo plurali numero usum

dicitur uel mysterium trinitatis induceret: uel quia plurali pro singulari uti liceret. Sed quis tã
 eius ineptum sensum non spernat: quãdo uel Aristotelem docere trinitatis mysteriũ arbitratur:
 uel quod in græco sermone plurali numero exponi non potest: id pluraliter dictum arbitratur:
 præsertim ab Aristotele: qui quoties de primo: & summo principio loquitur: cauet magnopere
 nequid pluritatis suspicetur. Cum igitur nõ solum primus: sed etiã secũdi motores extra cælũ
 esse dicantur: non ob id primus motor appropriatus non sit. nec uero si tam primus: q̃ secũdi
 incircũferentia suorum mobilium sint: ideo accidit. ut in loco limitentur: quod ipse inepte ima-
 ginatur: neq; per motum ipsam aliquid ex sua immortalitate possunt amittere. Ad quintum
 non cum cælum nominatur simul: & aggregatum ex mobili: & motore intelligitur. Itaq; sen-
 sus huius scripturæ integer ille est: ut cælum non suo cum motore ex Deo depẽdeat: sed ipsam
 corpus cælestis sine altero motore ex primo immediate. quod autem sibi magnificat: illud &
 tota natura quid iuuet. non uideo: nam ut eius fraudem omittam: cum ipse addiderit tota: ubi
 Aristoteles non tota: sed natura tñ dixerat: quid iuuet. quæso etiam tota natura dependens: ut
 ipse accrescens dicit. Non enim si tota natura: cõtinoũ & intelligentia dependet: quæ res natu-
 ralis non est. iam Aristoteles. cum naturam dependere ex primo illo principio dicit: ita intelli-
 git autem Alberto: ut principium motus corporũ naturalium generabilium: non cælestium inde
 depẽdeat: quoniam motus ille ab anima: non a natura est: autem diuo Thoma motus cæ-
 lestis dicitur naturalis: ratione passiuũ principii: itaq; dici potest primum cælũ circũscripto mo-
 tore ratione sui principii passiuũ: & naturam: hoc est principium motus primi passiuũ. depẽdere.

Ad sextum: Quidam uolunt siquid principium est omnium entium: sicut deus est: idẽ possit
 & simpliciter dici primum tale in aliquo genere: sed inferri ab aduersario potest: nihil posse dici
 principium omnium entium: aut generum: quod primum simpliciter sit. Quate aliter respondẽdũ:
 negando quod primum simpliciter sit idẽ: non posse primum dici in aliquo genere. Iam enĩ
 theologiã prima scientia simpliciter est: & prima in ordine: cum a ciuili autore ordinant scien-
 tia ad usum ciuilem. Ad rationem uero dicendum: non esse incõueniens: ut q̃ illimitatũ sim-
 pliciter sit: aliquo modo limitetur: hoc est in quãtum cõsideratur cum aliis: ut primum ad secũ-
 dum. Item cum eadem res aliter a physico: q̃ a metaphysico cõsideretur: nullum incõueniens
 sit: ut Deus: qui primum simpliciter sit: per cõsiderationem metaphysicã: motor sit primus per
 physica cõsiderandi rationem: in quãtum physicus procedens deueniat ad ultimum: quod mo-
 ueat: non motum ipsam: & si plura huiusmodi sint: quod prius: & principalis sit. cõsideret.

Ad ultimum: in dẽdus iam hic Platonis irrisor est. in quo enim Aristoteles reprehenditur a
 Platonicis: quod parum digne de deo egerit: cum nihil grauioris fungẽdi officii illi tribueret:
 q̃ ut cum cæteris intelligentiis partes suas moueret: hoc ipse incõueniens pro sui argumenti ra-
 tione accipit: & si primus motor moueret: appropriatus. inquit. non differret natura: aut dignita-
 te a cæteris. sit: ita Pletho uir Platonius dixerit: qui hoc argumento usus in Aristotele est: nec
 uidet se cõtra Aristotelem: quem descendit. argueret: cum ita ratiocinetur. quod itaq; ad eum per-
 tinet: responsũ sit illud: ita sit. Sequitur enim inconueniens istud: non culpa Platonis: sed eius:
 qui motore primum appropriatũ statuerit. Verum quia me non affectus: sed ratio uera ad hæc
 cõtrouersiam mouerit: non minus Aristotelem. q̃ Platonẽ defendendum a me cẽseo: atq; ita
 apud cæteros dico non bene asserit: motores non differre inter sese: quoniam mobilia ipsam
 natura corporis quinti conueniant. non enim si cõueniunt in natura quinti: cæteris quoq; oĩ-
 bus rebus cõueniant. iam homo: & equus cõueniunt in natura animalis: & tamen differunt sua
 ppria specie: q̃ si cælestia corpora differunt inter se specie: ut pleriq; autores illustres sentiunt
 motor primus q̃q; appropriatus: præstantior cæteris esse potest: differentia ipsa sui mobilis specie
 descripta longe nobilior: sed si specie non differunt: ut aliqui nõ contẽnendi autores uoluerunt
 ne ita quidẽ sequet quid incõueniens: autore Auerroẽ: & Messalaco: & Alexandro: qui ea cõue-
 nire in specie differre participatione speciei eiusdem inæquali secũdũ prius: & posterus: atque
 ita alia aliis esse posse nobiliora existimarunt. Neq; id esse impossibile in his: quæ materia carent
 passiuo uero aptis: q̃ ut cõueniant in genere: & specie differant: quãdo forma: quæ cõuenien-
 tior cælestibus est: speciem comitatur. q̃ materia: qua generis nomine indicetur. Quãquam Al-
 bertus: & diuus Thomas: & Symplicius eam sententiam oppugnat: uoluntq; omnino: ut specie
 cælestia corpora inter se differant: sed huius questionis discussio non conuenit huic loco: sa-
 tis itaq; sit tueri Aristotelem in respondendo. si differentiam esse cælestium corporum di-
 cimus: licet uel in genere: uel in specie conueniant: quod facere aduersarius nesciẽs. cedit ratio-
 ni Platoniorum: ut Deus nobilior cæteris motoribus esse non possit: si motor appropriatus sta-
 tuatur: Ita aduersarii tela frustra in Platonis scholam coniecta sunt: quæ deum esse motore pri-
 mi mobilis appropriatũ refert ad Aristotelem autorem.

Confutatio: & solutio alterius argumenti: quo aduersarius arguit primū mouētē esse uitam optimam: & uitam eius esse totam simul: ceterarum uero intelligentiarum minime totā simul esse: secundum Aristotelē: quod falsissimū est: & ideo ipsas intelligentias nō esse aeternas. Intelligentias oēs secundū Aristotelis sententiā aeternas esse: nec successione ullā pati. Caput. xii.

Enio ad aliam eius argumētationem: quae talis est. Primū mouens est: uita optima, inquit, & uita eius est tota simul. Vita autē ceterarū intelligentiarum secundum Aristotelem non est tota simul: sed in quadam successione consistit: in quā appropiatur mobili: & ideo aeternitas eorū non est tota simul: nec cōtinet totū tēpus: & earū duratio aeterna est magis extensiuē. Hāc uidetur quidem ex nostra theologia allucinari: sed imperitia uitam intelligentiarum nō esse totā simul pronūtiat: & ignarus: quod Aristoteles hac de re scripserit: attribuit illi ineptē: & falso: quod ipse peruerse a nostris theologis intellexerit. Nostrum enim sic censentur esse Dei solū aeternitate mēsurat: neq; in eo sit aliquid successione: uel secundum esse: uel secundum operationē: sed similtas sit omnifaria: angelos uero quātum ad esse nō aeternitate mēsurari uolūt: sed aeternitate autē aeternitate: quod esse aeternū nullam recipit successione: quod esse autē utiq; patitur propter uarias angelorum electiones: a tempore uero differre: quod esse temporale prius: & posterius habet: estq; mutabile: cum in aeternitate sit prius: & posterius: in quo inuatio: & inueteratio est: quae in angelis esse nō possunt. At hic nouus theologus uitā intelligentiarum ceterarum non simul totam esse ait: idq; Aristoteli fidēter ascribit: quod q; Aristotelis placitū sit, uideamus. Appellat ille intelligentias oēs sempiternas: ut cōstat in duodecimo metaphysicā: ubi ultra substantiam sensibilē perpetuā esse: ac sempiternam substantiā pbat: & ubi numerū substantiarū separatarū inuestigat: oēs eiusmodi substantias sempiternas uocat: q; si oēs iudicio illius sunt sempiternae: uitam earū totam simul esse necesse est: primo etiam libro de cōlo: quae sunt extra cōelum & aeterna: & uitam habere nō tēporalem: & extēsam demonstrat: quē locum diuus Thomas exponēs de oibus substantiis separatis intelligēda esse uerba hāc Aristotelis ait. Nulla igitur intelligentia est: cuius uita successione ullam patitur: si ex opinione Aristotelis iudicio probatissimorū expositorū loqui uelimus: sed quauis separata substantia prima: summa: & diuina: ab eo ipso philosopho appellat: prima: quia non subicitur tēpori: neq; a tēpore mēsuratur: summa: quia non loco continetur: diuina: quia non subicitur motui: ratione etiam rei facile coargui potest. Nam si qua successio est in secundis intelligentiis: hāc aut in earū esse: aut in operatione sit, necesse est. At non in esse est: quia esse illarum (ut Peripateticis placet) abstractum oīno a motu est: cuius ratione motus successio est. Nec uero in operatione esse potest: quādo intelligere: & uelle in substantiis separatis non differūt ab earū essentia: ut tertio de aia cōstat: & cōmento Auerrois: qui in intellectu agente nō esse potētiam ad aliquid: sicut in intellectu recipiēti asseuerat. Cōmento etiam duodecimo libri metaphysicā trigesimo primo: oportet inquit, has substantias existere: cum enim moueant: sine ulla potētia: sine ulla materia esse necesse est: aeternas enim esse necesse est. nec non cōmento trigesimo nono: intellectum: & quod intelligitur idem esse ita affirmat. Omne inquit cōpositū est nouū: nisi qd per se cōponi dicatur: sed siquid per se cōponatur: id de potentia in actū per se exeat: & moueatur per se sine motore necesse est: quo in loco addit in formis materia carētibus: praedicatum: & subiectū: hoc est quicquid praedicatur: & subicitur: unum esse in re: q; duo in cōsiderando: reduci nāq; ad unā intētionem: siue rationē essentialē: nec differre nisi in intelligēdo solum: Ita actio intelligentiā non differt ab eius esse: & cum nulla in his cōpositio: nulla creatio noua sit: nec successione esse possibile est: uel in ipso esse: uel in operatione. Sed aduersari: qui nostrae theologiae rationē ad Aristotelē refert: cum a nostris audierit Deū nosse spirituale creaturam per tempus: hoc est per successione tēporis discreti: ppter uarias angelorum electiones: & uarios actus intelligēdi: Aristoteles hoc sensisse ait: quod remotissimū ab eius philosophi sensu est: cū unitum esse: & unitā actionē: apertissime ipse statuat: cum & esse celestiu corporū nullo tēpore mēsuratur: quoniam nullam in se habet successione in esse: nec sunt in potētia ad esse: sed aeternitate ipsa mēsurantur sententiā Aristotelis licet motus eorū tēpore mēsurat: nec dici pōt successione hanc esse in quātum mouēt caelestia corpora: aut enim ratione moti: aut ratione mouētis hoc sit: qd si ratione moti: pari ratione deus quoq; habebit successione: quo primū cōlū mouet. Sed si ratione mouētis: cū mouere nō aliud sit: nisi uelle ipsius intelligentiā: ut in uoluntatis actu nulla successio est, autore Aristotele: sic ne in mouendo quidem esse potest.

Falsum esse: quod Aristoteles, sicut aduersarius refert, dixerit omnia ex nihilo a deo pducta. Atqui Platonem uere sensisse primum principiu nō per seipsum: sed per alterū creatū mundū,

quod religioni nostrae cōsentanenni est: quae uult oia per filiū a patre creatā esse. Caput. XIII.

Inde opinio Aristotelis, inquit, de rerū productione est magis consona fidei: q; opinio Platonis: quia Aristoteles posuit deū oia produxisse ex nihilo: & a Deo oia dependere immediate: sicut a causa efficiente: quae quidē dogmata cum dogmate christiano multū conueniūt: solū differūt in mūdi aeternitate: quā fides non asserit. Platō autē credit: q; primus deus nō pduxerit uniuersum immediate: sed per alterū Deū a primō productū: & quāuis regem eū appellat: tamen nō sibi rerū causalitātē actiuā immediate tribuit. Hāc nullo pacto ad Aristotelē posse referri: declaratū satis a nobis secūdo uolumine est. Platō nē autē ita sensisset: ut principiu primū non per seipsum: sed per alterū crearet mundū: uere ab aduersario dicit. Sed hoc cōsentaneū magis nostrae fidei est: q; illa Aristotelis opinio: ut deus non pduxerit mundū. Nā ne fides quidē aliter ponit: q; ut per filiū cūcta creatā a patre sint: oia p ipsum facta sunt, inquit. Ipsum autē est uerbu: quod in principio erat: & deus erat: quod si mysteriū trinitatis suspectū ab aliquo illorū gentiliū dici fas sit: Platoni hoc uni dādum est: qui a primō principio genitū asserit personā diuinā: quae in uirtute patris cūcta crearet. Audi Porphyriū in quarto libro historiae philosophicā, Platonē ita de bono scripsisse referentē. A bono mens prodiit in intelligibilis quodā modo humano ingenio: atq; per se subsistens: in qua ea: quae uere entia sunt, cōtinentur: omniumq; entium substantia sita est: quod & primitus pulchrum est: & de se ipsum formam pulchritudinis possidet. Prodiit uero aeternae a causa Deo ipso emanās: q; sui ortus principium non ad aliud refert: quoad non per motū producta est: sed ipsa sponte sua ex Deo prodiit: sicut ipsa autor est: nec uero a tēporali ullo initio processit: tēpus enim nō dū erat: nec factū iam tēpore: subiicitur ipsa temporis rationi. Semper enim intemporalis: solaq; est: atq; ut primus deus: quāuis cūcta efficiat: tamen unus: solusq; semper est: propterea quia non cū uis numeret: & ordinet: sic mens sola: sempiternaq; est: & tēpore ipsa uacās: tempus ipsa rebus temporalibus est manēs in eadē suae sempiternae subsistētia ratione. Hāc Porphyrius ex Platonis sententiā. Vtrum aduersarius pro sua cōsuetudine illud quidem intelligere unquam uoluit quod apertissime ab Aristotele scriptum est: Platonē solū arbitrarū: creatū: generatūq; eē cōlū. Atq; ita quem nullo pacto est Aristotelis placitū: quod ipse dogma appellat: Aristoteli tribuit: & cum Platonem calūniat: Aristotelem ita praefert: ut non satis callere aristotelicam disciplinam uideatur.

Qui interpretati sunt apud Aristotelem: deum non uitam: sed animal esse: haud male interpretatos esse: ut aduersarius putat: sed bene excusandumq; potius esse in ea parte Aristotelem: ut Thomas existimat: q; damnandum: ut censet Albertus. Caput. xiiii.

Hāc interpretes inquit, male interpretati sunt Aristotelē: ubi dicit: q; deus est aīa aeterna: & optimum. Debuerūt enim interpretari uitam: aut uiuentis: nō animal: quia animal in graeco non dicitur ab anima: sicut in latino: sed a uita. Alter hic error aduersari est: ut graeca noīa ex etymologia: id est ratione noīs: non ex usu analogico interpretemur: uerbi gratia cū graeco *ζῷον* dicimus: me hominē interpretemur: sed reminiscētemi: & cum *θῆλον* deum: sed currentē: & cum *ζῆλον* non uitam: sed fetuorē. Sic enim censet ut quāuis Aristoteles *ζῷον* hoc est animal dixerit: tu non animal interpreteris: sed uitam: a qua *ζῷον* dictum est: quasi cū aīa dicit: nullo pacto quis intelligere uitam queat. Atqui animal ab anima dicta refertur eodem potest: quo *ζῷον*. Anima enim principiu uitae est: & licet in plātis animalia uitaq; sit: tamen quia perfectius: patentiusq; in animali hāc santhinc Graeci a uita *ζῷον*: Romani ab anima animal nominarūt. Sed cur deum animal Aristoteles appellauit: facile dignoscitur ab hominē potest: qui usum: & uemaculos, ut ita dixerim, mores graeci sermonis teneat. Nō enim suo ipse iudicio: & inuestigatione cōpertū hoc ita eē asserit: sed phamen dicit: hoc est dicere solemus deū esse animal sempiternū: optimūq; ex publica opinione confessum accipiat aīa esse: cui aeternū cōtinuū ipse attribuat: quod per demonstrationē iam cōperit: aut certe: ut suae demonstrationi uulgarē etiā opinionē cōgruere ostēdat: quod saepenumero ita facere cōsueuit: ad quē sensum & diuus Thomas exponēs appellat, inquit, Aristoteles deum animal sempiternū: optimū: quia uulgo ita dicebat. Vita enim in solis animalibus manifeste nobis sentitur: quae cū illi praecipue cōpetat: proinde animal dictus est: sic diuus Thomas: quāq; Albertus cōlū motū dicit aīa: errori Aristoteli ascribit: ita constat Aristotelē animal uoluisse: nō nitā dicere: sed aduersarius non usq; quaq; peritus graeci sermonis: nec aduertens quē admodum Aristoteles in docēdo praecedit: dānat: & emēdat interpretes: & quae nunq; ad discere ipse potuit, docet alios.

Mysterium trinitatis neque ad Platonem neque ad Aristotelem referendum esse siqua tamen apud hos philosophos eius rei significatio esse potius apud Platonem. Impossibile esse trinitatem naturali ratione cognosci: sed duntaxat factis autoritatibus probari posse. De uestigio quomodo a theologis accipiatur: & quid sit. Quae sit inter uestigium atque imaginem differentia. Probari aliquid per effectum bifariam posse. Cum Paulus dicit inuisibilia Dei cognosci ex rebus creatis: unitatem dei intelligere non trinitatem.

Caput. XV.

Secundi capitis crimen est: quod Plato nihil de trinitate diuina sentire potuerit: cum Aristoteles aperte intellexerit trinitatem esse in Deo ex solo uestigio impresso in rebus creatis. Quod ita probatur per uestigium inquit potest intelligi uestigium: cum uestigium sit similitudo uestigii. Ergo Aristoteles: qui res naturales: & creatas intellexerat trinitatem etiam intellexit. De cognitione trinitatis: quod ad hos philosophos primum dixi satis secundo volumine: cuius loci summa haec est: ut mysterium trinitatis non sit referendum nisi ad nostrae fidei auctores. Siquid tamen significationis: & cuiusdam suspicionis tantae rei uel in exteris autoribus quaerenda sit: & notanda: longe plura: expressioraque indicia operari apud Platonem: quam apud Aristotelem possunt. quod cum satis suo loco ostensum sit: hic argumentum solum aduersariis quo Aristotelem probare conatur aperte cognouisse trinitatis diuinam rationem: refellere debeo: quia contra theologorum non solum sententiam est. Dicit ex rerum peritia naturalium cognitum esse trinitatem diuinam: cum diuus Hylarius libro de trinitate dicat: non putet homo sua intelligentia: generationis sacramentum posse cognoscere. Diuus Ambrosius. Impossibile est generationis scire secretum: mens deficit: uox si let. Diuus Thomas in prima parte: quaestione trigesima secunda: articulo primo. Impossibile est inquit per rationem naturalem ad cognitionem trinitatis diuinam peruenire: & qui probare enititur trinitatem personarum naturali ratione: huiusmodi derogat: primum quantum ad dignitatem: cum fides de rebus inuisibilibus sit: quae humana excedit rationem: ut Apostolus epistola ad Hebraeos: fides inquit de non apparentibus est. Mox quantum ad utilitatem inuitandi ad finem homines: cum enim rationes non cogentes inducat: incidit certe in irrisionem infidelium. putabunt enim nos illi rationibus tantum his inniti: & propterea ita credere: quae igitur ex fide sunt: non nisi per autoritates probari debent: apud eos: qui autoritatem recipiunt: apud ceteros uero: satis est defendisse: ut impossibile non sit: quod a fide praedicatur. Quibus grauissimis: ac uerissimis sanctorum uirorum testimoniis latissime patet: primum trinitatem cognosci ratione naturali impossibile esse: secundum plurimum derogari fidei ex huiusmodi ratione: tertium fidei irriteri: quartum autoritatem tantum factis posse probari trinitatem. Contra: quae aduersarius palam scribere audeat: expressus item sanctus idem demonstrat: philosophos non cognouisse propria diuinarum personarum ex autoritate Pauli epistola ad Corinthios: Loquimur Dei sapientiam inquit: quam nemo principum huius seculi nouit. principes enim pro philosophis ibi accipi confessum est. Diuus quoque Augustinus primo de trinitate: mentis nostrae acies inualida inquit in tam excellentissimam lucem higitur: nisi per iustitiam dei emundet. In hac eadem sententia est & diuus Basilius: homo milia super scripto illo: In principio erat uerbum: & diuus Gregorius Nazanzenus cum locis pluribus aliis: tum sermone de diuinitate: & altero sermone de filio. Sed aduersarius: qui suo argumento fretus: quid sancti auctores scripserint: minime curat: plus ualeat inquit apud me ratio una: quam multae autoritates: responde ad rationem inquit aut te uictum fateri: quae suae rationi confidens hic uerba: & impetum facit. Sed quantum ualeat eius ratio uideamus. In rebus naturalibus: quas Aristoteles nouit uestigium esse trinitatis: atque ita cognitam esse trinitatem ab Aristotele ait. uestigium trinitatis esse in creaturis: siue rebus naturalibus certum est: Sed quid: & quomodo hoc uestigium sit: & quantum cognitionis afferre possit: cogitemus: quo eius ratione exposita: perspicuum sit: in quantum error incidit aduersarius in ratione uestigii definiti. uestigium itaque a theologis translatum a rebus corporeis analogiae quadam ratione: accommodatum diuinis est: atque ut corporis uestigium: perobscure: ac imperfecte representatur: sic diuinitatis uestigium admodum imperfecte in creatura est. Nam ut qui uestigium pedis humani uiderit: intelligit quidem non equum: sed hominem esse: qui impresserit: uerum quis nam sit Socrates: nec an Plato: intelligere nequit: ita & quod metaphora uestigium primae causae in creatura haberi fatemur: impressio quaedam est: quae essentialia attributa diuinis personis cognosci possunt: appropriata uero: & propria: non nisi fide: quasi fundamentum subiecta recipi possunt. cum enim summa apud theologos differentia inter propria: & appropriata diuinarum personarum est: tum ne ipsa quidem essentialia rationem appropriatorum recipiunt: nisi per relationem intelligantur. proprium namque id esse uolunt: quod ita uni personae conueniat

ut nullo modo, salua fide possit attribui alteri: ut paternitas: & generatio actiua: patri attribuitur: propria: nec filio ullo pacto: aut spiritui sancto communicantur: filio autem: & generatio passiva: filio: spiratio uero passiva: spiritui sancto. Appropriata autem esse attributa essentialia: ut potentiam: sapientiam: bonitatem: quae non ita attribuitur: ut potentia sit in patre: & nullo modo in ceteris personis: sapientia in filio tantum: bonitas in spiritu tantum. Sed ita ut communia omnibus: atque essentialia sint. Essentialia uero ipsa ita intelliguntur: nulla cum relatione adhuc ad personas deo attribuantur: ut potentia: sapientia: bonitas: absolute diuinam naturam attributa. Cum itaque uestigium trinitatis in rebus his creatis inesse fatemur: non propriorum: aut appropriatorum: quae appropriata sunt: uestigium intelligimus: sed essentialia: quibus & ducimur ad dei cognitionem: uelut praecursus quibusdam: siue exudimentis: siue elementis: quoad naturam humanam imbecillitas diuinam res assequi potest: idque triplici ratione. Aut enim ut assimilatum ad exemplar referatur creatura ad deum: quod idea diuina est: aut ut productum ad productorem: aut ordinatum ad finem relatione mensuratur: suo enim quodque sine mensuratur: Nec uero uestigium intelligi integre potest: nisi triplici hoc respectu genere: cum singula non sufficiant: auctore diuo Augustino: libro octuagintatium quaestionum: quaestione septuagesima quarta. His igitur tribus respectibus theologo considerantur appropriata diuinis personis. Quippe cum creatura respectu similitudinibus repraesentet exemplar: quod filio appropriatur: respectu productionis potentiam: quae patri appropriatur: respectu spirationis bonitatem: quae spiritui sancto: quae uel aliis nominibus interdum redduntur: nam & nomine substantiae: uirtutis: operationis: & numeri: ponderis: & mensurae: & unitatis: speciei: ordinis. Quamobrem generale: & ueluti regula reddi de uestigii partibus ita potest: ut omnes perfectiones: quae reduci ad trinitatem possunt: sub quadam mutua connectione: uestigium constituere possint. Verbi gratia. cum a substantia uirtus procedat: sicut filius a patre: & a substantia: & uirtute operatio: sicut a patre: & filio spiritus sanctus. Ideo his tribus consumitur uestigium potest. Patet etiam qua ratione uestigium ab imagine differat. uestigium enim imperfecte: & sub ratione speciei repraesentat: ut dictum est: imago autem perfectius repraesentat: quippe quae sub ratione indiuidui refert: ut describi possit: quo repraesentatum sit aliquid totius tam speciei: tam particularis: imitando illud: cuius imago est. Sed redeo illuc. Cum uestigium inquit ad Dei essentialia reducti fuerimus: finem ibi faciamus: necesse est: nisi fide subiectione: maiora deinde contemplerur: unde fit: ut iuuenur quidem cognitione rerum naturalium ad Dei contemplationem: sed non amplius: quam quoad deum omnipotentem: sapientem: bonum: & reliqua huiusmodi intelligimus: idque est: quod ab Apostolo scriptum legimus. Inuisibilia Dei cognosci ex rebus sensui subiectis: paternitatem uero ineffabilem illam: & filiationem: & spirationem nullo pacto nosse attingere intellectus potest: & nisi principis his essentialibus attributis utendo: & fidei in primis subiectione: ad propriam cognitionem enitatur: remaneat in cognitione essentialium tantum: atque exteriora quadam non interiora diuinam naturam contempletur: necesse est: omnino ut similitudine uestigii: aut imaginis utimur ad docendam trinitatem: postquam fide firma articulum tenuimus trinitatis. Sic inuestiganda: & operanda: quae his eisdem iuuantur: & aut similitudinem designamus: quemadmodum argumento intellectus uerbi: & uoluntatis personae diuinas distinguimus: aut dissimilitudine quadam: ut diuus Augustinus propterea patri appropriari potentiam ait: quia patres apud nos solent esse ob senectutem inermiores: aliquid tale suspicemur in patre illo summo: atque omnipotenti. Haec a diuo Thoma parte prima: quaestione xxxix. articulo sexto: plene scribitur. Ex quibus facile intelligi potest Aristotelem: & reliquos philosophos illos essentialium attributorum dei cognitionem ex suis studiis aliquam: propriam uero: aut appropriatorum nullam omnino habuisse: atque oppositum eius: quod aduersarius putat affectos: ex rerum naturalium disciplina: quae enim deus triplici persona distinguitur: tam haec ueestigia non sunt a tribus illis personis: in quantum sunt tres: sed in quantum sunt unum. Itaque fit: ut intellectus: qui ratione monitus naturalis: diuina contempletur: quae in his distingui senserit: si uicio naturalis conditionis: haec uenienda iudicet in diuinis: & quo priora: superioraque repetat: eo deueniendum ceseat ad simpliciora: unitioraque. Dixi philosophos nullam habuisse cognitionem appropriatorum: quoniam & si essentialia attributa cognouerunt: tamen non ut appropriata diuinis dignoscere potuerunt. Quippe cum appropriata ipsa relatione quadam designantur: quae cognosci non potest: cum proprium: hoc est terminus ignoratur. Unde Auerrois commentator exponens locum duodecimo metaphysicae: quo Aristoteles deum esse substantiam sapientem: & uiuentem fatetur. Est igitur inquit deus unus: & sapiens: quo argumento quidam trinitatem esse in dei substantia putauerunt: conaturque suam tueri opinionem: ea ratione: quod deus sit tres: & unus: tueri tamen non possunt: quia cum substantia fuerit numerata: congregatum entium erit unum per intentionem unum: additam congregato. Non igitur si Aristoteles attributa essentialia cognouit: eadem

& ut appropriata cognoscere potuit: loqueq; minus per essentialium cognitionem deuenire ad proprium potuit. Adde quod creaturæ ducunt in dei cognitionem in quâ tum ille causa entium productiua est. Talis autem causa: cõmunis toti trinitati est: cū in hoc tres personæ uniantur non distinguantur. Atq; ita per effectum cognosci nõ trinitas: sed unitas potest, ut & diuo Dionysio placet, capite secundo de diuinis nominibus: cõmunia totius trinitatis esse oia causa: & diuo Augustino in quinto de ciuitate Dei: capite decimo septimo: Sicut pater: & filius: inquit, ad spiritum sanctum sunt principium unum: ita omnes tres personæ sunt unum principium ad producendam creaturam. Nec uero Scotus uir summæ subtilitatis aliter sentit: cū dicat: ultra doctrinam philosophorum esse necessariam christianam theologiam: quoniam proprietates primæ substantiæ: quæ cõmunicabilis in tribus personis est: intelligi non potest ex effectibus: quæ a deo procedunt: ut ab uno non trino: Plusq; erroris, inquit, q̄ cõmoditatis afferunt: cum nulla creatura sit una numero in tribus suppositis distinctis. Deniq; ratio creandi usq; adeo uni tantum tribuitur, ut summi theologi dicere non dubitarint: si una tantum esset persona: adhuc in ea esse plenam sapientiam: & potetiam: posseq; producere omne possibile: ita causalitas ex sua ratione in quâ tum ad exteram productionem refertur: non affert habitudinem ad internam productionem: licet Deus fundamentum necessario sit: & ratio: & causa utriusq; productionis: & quidem prius internæ: q̄ exteriæ: quapropter philosophi: quamuis habitudinem rerum ad principium efficiens, necessario animaduertent: tamen productionis exteriæ habitudinem: ad internam productionem non adhibuerunt. Cumq; res naturales productas esse faterentur: ad internam tamen diuinam illam productionem aspirare non potuerunt: & cum creare nihil aliud sit, q̄ dare esse: terminus aut actionis ostendat principium actionis: omne enim agens sibi simile agit: si terminus creationis est esse: principium quoq; producens creaturam est esse diuinum: tribus personis cõmune: sicut & essentia est. Ergo esse creatum: non trinitatem: sed unitatem declarat: tum etiam cum deus causa creaturæ sit: non uniuocet: sed æquiuocet: aut analogice: nec nisi si minimam quandam similitudinem fundatam in unitate analogica habere possit creatura cū deo: non sequitur, ut si in re creata sit aliqua trinitas: in re etiam increata sit. quæ enim in inferioribus distinguntur: hæc in superioribus uniantur: nec ex naturali quidẽ ratione intelligere quocquam multiplicari in natura diuina possumus: quãdo quod in effectu multiplicatur: atq; distinguitur: id in causa eminens: unitatemq; cõtinetur. Vnde diuus Thomas quæstione undecima de ueritate: articulo ultimo: quamuis, inquit, in creaturis aliqua reperiatur similitudo personarum: non tamen ex similibus illis concludi licet ita esse in diuinis: cum ea: quæ in creaturis reperiuntur distincta: in creatore sine ulla distinctione sint. Sed aduersarius uacuis harum rationum putat Aristotelem exploratum sibi habuisse mysterium trinitatis: peritia rerum: quas calluerat naturalium: & quod munus sanctissimæ fidei: & reuelationis solum esse theologi nostræ religionis arbitrantur: ipse naturæ attribuit: & argumento quod insolubile putat: hoc aggreditur sapientissimos omnes doctores: qui adhuc in religione Christi clauerint: per uestigium, inquit, potest intelligi uestigiatum. In rebus aut creatis: & naturalibus est uestigiũ trinitatis: Ergo Aristoteles: q̄ res naturales: & creatas intellexit: trinitatẽ etiã intellexit. Hoc nõ solum nõ idissolubile est: sed etiã facile solubile. Falso etenim dicitur uestigium trinitatis in quantum trinitas est: esse in rebus creatis. Non enim ea ratione qua trinitas distinguitur sua productione interna. uestigium trinitatis in reliquis creaturis est: sed qua unitum: & unum: quomodo exposui. Contra, inquit, Aristoteles hoc cognouit demonstrato deo. hoc autem est trinitas: ergo cognouit trinitatem. Hoc a pueris didicit: qui in scholis ingenii exercendi causa ita arguunt: Sed quod uel illis soluere facile est: sic respondendo: Aristoteles deum trinum: & unũ cognouit: & tamen non cognouit deum trinum: & unum: ipse imperitia soluendi lapsus est in tantum impietatis errorem: ut nostræ religionis arcana declarari naturæ facie pingui existimet. At si trinitatem cognitam ab Aristotele dicit sub ratione: qua trinitas est: sine cognitione priorum: atq; appropriatorum: id nec possibile est: ut quis trinitatem sub ratione: qua trinitas est, cognoscat: & tamen ignoret qua ratione distinguantur ipsa supposita: & propriis suis: aut appropriatis describantur: ac limitentur: & eodem uoluitur: ut in natura diuina distinguat: quæ unire omnino debet. Quid uero trinitas illa Aristoteli cognita: per distinctionem ne rationis sit: an per distinctionem realem? Nam si per distinctionem rationis: nihil ad nos pertinet christianos: sed si reali profusus: aut ita essent accidentia realiter distincta sint: quod esse in deo nemo concesserit: aut ita ut tres substantiæ primæ realiter sint distinctæ. Sic enim ab illo supposita: & hypostases distinguuntur. Plura, inquit, aduersarius meam sententiam tuentur. dic sodes reliqua: ut calor effectus a solo: in hoc subiecto calore esse a sole declarat: sic & trinitatem esse in creatore exprimit uestigium: quod in creatura a creatore positum est. Hoc reliquum nihil est: & contra te est. Calor enim effectus a sole non est in sole

In sole formaliter: neq; ita sol calidus: sed uirtualiter est. Quid uero: cum ne effectum quidem a Deo quicquid sit opinione eiusdem philosophi Aristotelis? Quid, inquit, theologi sancti adducunt rationes ad probandam trinitatem: si nulla exprimi ratione possit? Quid Paulus inuisibilia Dei per ea: quæ facta sunt: conspicit intellectu dicit? Sunt ista quidem: sed tu imperitia distinguendi: quæ admodum dicantur intelligere: nequis. probati enim aliquid per effectum: bifaria potest: aut enim ita, ut ab effectu ad causam cognoscendam: deueniatur: quomodo ex motu primus motor: & Deus cognoscitur: aut ita: ut posita causa conuenire effectum causæ positæ ostendatur in syderali scientia eccentricos esse probamus: quod ratio apparentium circa motũ seruari possunt cõuenienter tali positioni. Cum itaq; diuus Augustinus arguat ex processione uerbi: & amoris ita intelligendum: ut non ducatur per inuestigationem ab effectu ad ponendum trinitatem: sed ut posita trinitate ex fide: congruere positioni rationem uerbi amoris: & reliquorum huiusmodi declarat. Quod probandi genus ratio uerisimilis quædam est: & quæ solui de facili possit. Non enim si deus est infinitus: sequitur, ut filium quoq; infinitum producat. physicus. n. productionem hanc internam esse impossibilem dixerit: & potentia Dei infinitam apparere in dependentia entium: aut in productione rerum ex nihilo: si admittit ex nihilo esse productas: nec oportere tantam in effectu: quantam in causa esse perfectionem. Nec uero sequitur si intellectus noster producit uerbum: ut intellectus quoq; diuinus idem faciat: cum non uniuoce intellectus de nobis: & de Deo dicatur. Paulus uero neminem principum huius seculi: hoc est philosophorum trinitatem cognouisse aperte ad Corinthios scribit, ut dictum est: quod autem ad Romanos dicit: Inuisibilia dei intelligi ex rebus creatis: unitatem dei: non trinitatem significat. Agit enim apud eos: qui plures Deos colebant: in quem errore aptissime uti poterat argumẽto creaturarum: quæ deum unum esse declarant: ut a theologis expositum omnibus Magister sententiarum in primo refert. ita aduersarius frustra capita tria tota consumpsit ad ostendendum Aristotelem christianum fuisse contra: q̄ religio censet.

Platonẽ, teste Augustino, patrem: & uerbum in unitate essentiæ statuisse. Eudẽ secũdũ Thomam appropriata diuinis personis intellexisse: factis literis in Aegypto edoctus: tres etiã substantias realiter distinctas ad eum referri: quem Porphyrius est secutus. Caput. xvi.

Ed cū friuola hæc ita dixisset: quasi iam potissimis rōnib; uictoriã obtinuerit: effert sese cõtumeliosus: & Platonẽ ne somnare qdẽ trinitatis rōnẽ potuisse ait: fatetur tñ eudẽ: quẽ ne somniasse quidẽ trinitatẽ dicit: semel tanq; furore concitatu appellasse deũ patrẽ: quasi parũ hoc sit ad Platonis egregiã laudẽ. Sed q̄ Plato pius ad trinitatis cognitionẽ: q̄ Aristoteles accesserit: satis suo loco ostẽdimus. Nũc breuiter diuũ Augustinũ meminerõ: qui in octauo libro cõfessionũ fatet sese legisse in libris Platoniorũ autorũ: q̄ nõ eisdẽ uerbis: rationẽ euãgelii nostrũ illius: In principio erat uerbu: & uerbu erat apud deũ: & reliqua loci eiusdẽ: usq; ad uerbu caro factũ est: exclusiue. Diuũ etiã Thomã non prætereõ: quãuis pperẽ: qui iter initia sententiã, allegas diuũ Augustinũ. Plato, inq; hoc intelligere potuit: cū in Aegypũ pfectus esset. In prima etiã parte: reperit, inquit, in libris Platoniorũ. In principio fuit se uerbu uerũ: non ut uerbu personã genitã significet: sed ut ratio rerũ idealis intelligat: p quã deus cũta creauerit. Caterũ & si appropriata tribus personis illi cognouerũt: deuenire ad spiritus sancti bonitatẽ nõ potuerũt: quia cognoscentes deũ nõ ut deũ coluerunt. Hoc idẽ & diuus Augustinus de Porphyrio Platonico autore in decimo libro de ciuitate dei testificatur: uidelicet, quæ filius a Macrobio dicta est. tertiam, aiã mũdi: quã Maro poeta ex Platonis opinione spiritũ uocat: Spiritus intus alitototusq; infusa per artus: Mens agit molẽ. Ita Plato, teste diuo Augustino: patrẽ & uerbu in unitate essentiæ statuit: Diuo aut Thomã altero teste. Appropriata diuinis personis intellexit: idq; in Aegypto a sacris literis didicit. Tres etiã substantias realiter distinctas referri ad Platonẽ: qui autor Porphyrii fuerat, iustum est: nec magis danãdus ille est: q̄ nõ triũ suppositorũ distinctionẽ realẽ in eadẽ natura statuerit: q̄ cõmẽdandus: quod præter alios tam prope ad diuinã trinitatis rationẽ accesserit. Plato, inquit, semel, quasi furore cõcitatus patrẽ deũ appellauit. Ergo & filiũ affert: qui patrẽ appellauit. Nõ enim pater uel esset uel intelligi põt sine filio. pulchrũ uero: & quod fateris ipsum: furore quodam actũ illũ ita dixisse. furor enim hic est pius: ille & laudabilis: quem his tribuimus: qui numine instinctus: tres diuinas quæ ratio attingere nequit humana, referunt: sed tu, quæ laudare debes, uituperas.

Falsum esse quod aduersarius inquit, uestigiũ satis esse ad trinitatis cognitionẽ: idq; & rōnẽ: &

sanctorum autoritate ostendi.
 Aduersarium manifeste sibi contradicere: cum hominē post peccatum per fidem potius, q̄ per uestigiorū cognitionem intelligere trinitatem uelit: & tamē Aristotelem qui fide caruit: dicat per uestigia trinitatem cognouisse.
 Caput. xvii.

P Ergit in asserendo uestigium satis esse ad trinitatis cognitionem: assertor non itē argumētum: sed cōclusionē sine ulla p̄batione. Si oīa inquit uestigia creaturarum in unum colligerentur: perfecta dei cognitio haberet ad oīa: excepta cōprehensione dei & infinitate. Arguimus igitur cōtra hanc falsam cōclusionē ad hūc modum. Si per uestigia creaturā pōt essentia dei distincte intelligi: hoc certe fuerit aut per speciem rerū sensibilibus: quæ non modo rem: cuius species est: uerū etiā causam rei eiusdem representet per p̄pria ipsius rei causata uestigiis: aut per argumētationis rationē a nostro intellectu proficiscētē. At per similitudinem effectus æquiuoci: cognosci essentiā causæ æquiuocē impossibile est. Nō enim similitudine uermis cognosci pōt essentia specifica solis: cū non solū specie differant: sed genere etiā physico. Cum itaq; deus sit causa æquiuoca oīum creaturarū: nec nisi unitate analogica, cum his cōueniat: hinc per eiusmodi effectus ad quādam cōmunitā tñ: non ad p̄pria usq; cognosci pōt. Nec uero intellectus noster ex cōmunibus argumētādi principiis elicere potest cōclusionē p̄p̄iam ad dei rationem: quāquidē immediatā p̄positiones deo aptas ignorat. Sint etiā oīa uestigia in eodē collecta: quod aduersarius argumētō dedit. Sed cum aggregatum hoc finitum: limitatūq; sit: nec diuinā æquare possit perfectionē: sed in infinitū a Deo ipso excedatur: deo aut uno: aut altero uestigio essentia dei cognosci non potest: sic ne per uestigiū aggregatū quidē poterit p̄pter dissimilitudinem limitationū: & infinitā distantia quocūq; posito. Autorū etiā oīum sententiā eodē plane tendit. Iam diuus Thomas in primo cōtra gentiles: capite tertio: esse aliquas ueritates diuinas refert: quæ cognosci nisi per reuelationē diuinam non possint ut ueritatē diuinæ generationis: aut p̄cessiōis. Idem in prima parte: quæstione. xii. articulo secūdo. Impossibile esse ait essentiā per aliquā similitudinē cerni ab intellectu nostro: quod his mediis probat. primū diuī Dionysii autoritate: qui capite primo de diuinis nominibus: similitudinē rerū ordinis inferioris: nullo modo posse cognosci res superioris ordinis cōfirmat: ut enim per speciem corporis cognosci substantiā incorporeā nō possent multo minus per quāuis speciem creaturæ posse cognosci substantiā dei arbitrat. Mox rationē: quæ essentia dei est ipsum eius esse: quod nulli formæ creaturæ cōpetere possit: & quia esse diuinū est incircūscriptum & illimitatū: eminens supra oīa: quæ intelligi possint: quæq; aut forma creata est limitata ratione: uel sapientiæ: uel uirtutis: uel essentia: uel alicuius generis eiusdē. Philosophi uero sic uolunt, ut quiditas substantiarū separatarū: & maxime primæ: cognosci non possint quātum ad quod est per materialia: & sensibilia: quæ aliquā esse huiusmodi substantiā intelligi pōt: idēq; magis ad id quod ipsa non est: quā ad id: quod est. Vnde Aristoteles primo metaphysicæ. Vt uesp̄rionum inquit, oculi ad lucē diei se habēt: sic mens aīæ nostræ ad ea: quæ naturæ oīum apertissima sūt: & in primo de partibus animalium: res nāq; illas superiores, inquit, tamen si leuiter attingere possumus: itā ob eius cognoscēdi generis excellentiam magis oblectamur: quā cū hac nobis iuncta oīa tenemus: & in secūdo de celo argumēta de corporibus cœlestibus facta, dissolui non possent si ratione topica scribit. Auerroes etiā cōmētō tertii libri de aīa sexagesimo declarans: quæstionē illam Aristotelis: an intellectus noster possit intelligere substantias non in materia positas. Impossibile est, inquit, per res sensibiles intelligere quiditatē substantiæ abstractæ: sed hoc fuerit: cū intellectus agens unietur forma intellectui possibili. Alexander quoq; in hac eadem sententiā est: & diuus Thomas exponēs secūdo metaphysicæ librum: & tertiu de aīa: dicit substantiā nos intelligere posse: quātum ad esse: non quātum ad essentiam: ita & rei ratio: & autoritas uirorum illustriū impossibile esse declarat: ut per res corporeas essentia dei proprietatē distincte intelligatur: quod aduersarius possibile esse autumat: si uestigia in idem omnia colligantur: delapsus ad hunc errorem, ut opinor, cum referētē quēpiam illud Scotē audiuisset: posse hac in uita distinctam haberi cognitionem de articulis fidei: quod schola diuī Thomæ non probat. Cæterum Scotus nō id fieri posse per uestigia creaturarum arbitratus est: sed per speciem diuinitatis miraculo procreatam: quæ distincte hoc representet. Sed an hæc opinio recta sit: nō hoc loco quærēdum est. Aduersarium hic nihil uel a se rationis: uel ab aliis autoritatis pro sua opinione habere, iam ostendisse satis est. finem huius responsionis faciam: nisi prius sibi ipsum cōtradictentem apertam. Dicit hominem: nisi peccasset: prius cognoscere potuisse trinitatem per sapientiam ex uestigiis: quæ per fidem: sed post peccatum cognoscere prius per fidem: quæ per sapientia: hoc est per uestigiorum cognitionē esse necesse. Quod si post peccatum illud originale nemo potest

potest ad trinitatis cognitionem per uestigia deuenire: nisi antea fide illustretur. Aristotelē autē fide caruisse: nec aliquid literarū sacrarū degustasse: me ipse quidem negat: qui fieri potest: quin sibi ipse turpiter cōtradicat: cum eūdem & fide caruisse: & per uestigia trinitatem cognouisse cōfiteatur: sed uidetur non satis uim colligendæ contradictionis: syllogismi: cum animaduersione conficiendi habere. Nec uero quod de primo homine putat cognoscere illū potuisse trinitatem: si in statu innocentie p̄stitisset: caret impietatis errore. religio enim ita uultur quāuis ille non peccasset: perfectamq; haberet scientiam: tamen nunq; assequi posset trinitatis cognitionem: & reliqua: quæ a fonte fidei profluunt.

Falsum esse quod ait aduersarius tres dimensiones corporis realiter distinctas facere unum sine compositione: & dimensiones corporis certius nos ad trinitatis cognitionem ducere: quæ animæ distincta: eademq; unita ratio: quod & rationis: & sanctissimorum uirorum, autoritatē repugnat.
 Caput. xviii.

I N quinto suo capite: cū demonstrare uestigiū expresse trinitatis cognitionem præbere uellet: corpus, inquit, quāuis secūdo quod est in prædicamēto substantiæ sit cōpositum ex materia: & formatū secūdo quod est in prædicamēto quātitatis: & habet tres dimēiones: nullā cōpositionē dicit: & sicut tres personæ diuinæ sunt unum sine cōpositione in essentia: realiter tamen distinctæ: sic tres dimēiones corporis realiter distinguuntur: & faciunt unū sine cōpositione. Sed falsum, quod dicit est: & recte Ioānes Gattus theologus: p̄fessor familiaris noster tūdit affirmādo corpus: uel ita sumptū dicere cōpositionē: hisq; usus est rationibus. Si tres dimensiones unum cōstituit sine ulla cōpositione hoc fuerit: aut quia in altero quodam ita idem efficiuntur una res numero sit: quomodo de tribus personis respectu diuinæ essentia dicimus: quod quidē rebus naturalibus dare non modo aduersus rationē physica: disciplina: est: uerum etiā theologis nostris derogat autoritatē: qui diuinæ naturæ pro priū esse prædicant: ut in ea tantum sint tria distincta numero: & supposita: quæ res una numero absoluta sint. A ut quomodo a Scotis dicitur: ut licet in diuina essentia sint distincta attributa formaliter: tamen non faciunt cōpositionem: quia nullū eorum sit in potentia ad alterum: cū nullum per alterum p̄ficiatur: quod dimensionibus non cōgruit. Altera enim p̄ficiat altera: ut suo sine: & cum singulæ ipsæ dimensiones: neq; actus puri: neq; potētia: puræ sint: sed partim in actu: partim in potentia statuantur: hinc unum fiat ex his necesse est: sicut ex entibus: quorū alterum se habet ad alterū: ut actus: aut potentia: quæ quidē unio nisi cum compositione fieri non potest. Hæc ille. Sed quoniam de Aristotele: & de dimēionū naturali rōne agimus: placet afferre: quæ in philosophis de hac re senserit. Ceterus ille in primo de generatione: & corruptione rerū naturalium unāquāq; bifariā dicitur: carne: os: corpus: & reliqua: aut enim secūdo formā: aut secūdo materiā. Nam & materia, inquit, & forma dicitur caro: aut os. Item octauo metaphysicæ negat hominē esse idē: quod aīal rōnale: mortale: aut aīal ingressibile: bipes: sed aliqd præter hæc esse arbitrat: quod hæc materia sunt. Nō est, inquit, cōpositio: & mixtio ex his: quorū cōpositio: aut mixtio est: sed aliquid esse oportet: quod præter hæc sit: nō utiq; elemētum: neq; ex elemētis: sed substantia: quæ exclusa materia dicit. His ita positis respōdeo. Corpus, de quo loquimur: tate: aut ut quod tribus dimēionibus cōstitit: lōgitudine: latitudine: profunditate: & in prædicamēto positū quātitatis: in quo nulla materia sit: & tamen cōtineat tres dimēiones: unitas sine ulla cōpositione est: hominē dialecticū: quod impossibile est, pro possibili accipit. partes enim definitionis in quauis re pro materia habentur: idq; est corpus, si corpus: quod definitur est. licet & exclusa materia corpus accipi pōt: altero modo: sed id non ex dimēionibus est: ut ne homo quidē ex animali: & bipede: quæ scriptura: quam modo p̄posui Aristotelis declaratur. Sed hic non aduertens quid ille autor de his rebus scripserit: credit dimensiones in corpore nullam oīno facere cōpositionem: nec potuit cogitare quodlibet corpus fore nobilius intellectu humano suo iudicio: quā triplex illa dimēio in corpore tñ est: cui uim cognoscēdi trinitatē diuinā ipse attribuit. Fuerit ergo ipsi quidē infimæ creaturæ magis ad imaginē dei: quā homo: & reliquæ præstatiores: quæ infania est. Quod autē assertor corpus in quātum habet tres dimēiones unitas sine cōpositione subsistit: sicut deus in tribus personis: nō solū cognatū præcedenti eius opinioni est: sed etiā a philosophia: ratione alienū: quæ suæ scholæ aptissimū: nihil enim nisi substantia subsistere pōt. Corpus autē, de quo loquimur: nō substantia: sed quātitas est: p̄indeq; accidēs: quæ prædicamētū quātitatis inter prædicamēta accidētis enumeratū est. Postremo licet, inquit, in aīa nostra nobilior similitudo trinitatis inueniat: itā nobis, qui in foridibus corporū includi-

in nullū expressius uestigium est: quod in corpore continet. Quod si de se ipse dicit, numero utens plurali pro singulari. s. sua regula: qua & Aristotelē locutum de intelligentiis putat: ita sit: ut ipse propter suas, si ita uult, sordes: trinitatē nisi in corpore cognoscere nequeat. Sed si de omnibus hominibus ita sentit: uelut errat, ut solet. Non enim diuus Augustinus: cuius iudicium si grauius iudicio aduersarii dicam: non digne agam cum uiro illo diuino: cū explicare articulū trinitatis nobis studeat: uestigio dimensionum accipit argumētum: sed a processione uerbi: & amoris in nostra aia positi: quod non ita ageret: si (ut aduersarius idicat) uestigiū in corpore expressius: cōmodiusq; ad cognoscendam trinitatē contineret. Non diuus Thomas in tractatu de ratione fidei docens: quē admodum respondendum sit infidelibus de fidei ratione: corpus: dimensionesq; pbat: & petit: sed nullū est, inquit, medium aptius ad declarandam infidelibus trinitatē, quā: quā in nostra anima reperiunt: non ceteri sancti: qui exēplū aut ab aia: aut a nonnullis aliis rebus: spretio corpore acceperunt: & recte illi quidē. notior. n. nobis est imago posita i aia nostra, quā dimensiones: & uerius suggerit similitudinis rationē: quā quicquid nostrū in se ipse experit uerbum: amorē ue in spiritū. dimensiones uero cōiectura quadam intelligit. Tam si aduersario cōcedatur lineam esse improductā: superficiē autē: & p̄funditatē esse p̄ductā: cognosci quidē hoc uestigio p̄t unum esse improductū: duo autē p̄ducta. Sed quā nam p̄ductio sit: cognosci nō p̄t. At aia nostra argumēto cognoscit p̄ductionē filii esse modo uerbi: spiritus sancti: modo amoris. Nō ergo dimensiones corporis certius nos ad trinitatis cognitionē ducent, quā aia distincta: eademq; unita ratione: nec fordibus immergi intellectus humanus existimandus est: dum intelligentiis iungitur: & Deo immortalī assimilatur.

Confutatio: ac solutio multorum: quā aduersarius collegit: ut ostenderet Aristotelem trinitatis diuinā cognitionē habuisse: cum id principiis eius sit plane contrarium.

Formam, quā non nisi in materia esse p̄t secundum Aristotelem cōmunicari pluribus eiusdem speciei indiuiduis posse: formam autē: quā in materia non est: cōmunicari non posse. Itē plures fore motores, si plures essent mūdi: non autē posse distinguī numero: nisi materiā habeat. Secundū Aristotelē, causam multiplicationis indiuiduorum dūtaxat esse: ut species cōseruetur.

Principium primum & unum esse plene perfectū: & sua ipsam ratione sufficiens.

De triplici usu articuli apud Græcos.

Tagathon in principio moralium Aristotelis ipsum bonum potius quā summum bonum interpretandum esse.

Falso dici non aliud esse naturam, quā Deum.

Caput. xix.

Ed quāuis finem capitis aduersarius faciat: tū p̄positi finem nō dum facit. Verū p̄cedens ulterius capite etiā quarto: & quinto conatur Aristotelem corporis usu cognouisse trinitatē diuinā ostendere: Scriptū esse ab Aristotele ait: principium: ultimum: & medium habere numerū uniuersū: quā ipsa trinitas: quo in loco: cū trinitatis nomen, inquit, cum articulo posuisset: dicens: τὸ πρῶτον καὶ τὸ δεύτερον καὶ τὸ τρίτον: summam trinitatē significare uoluit: quā deus est. Alioquin fuerit alia præcipua trinitatis ratio: quod ne fingi quidē potest. Hoc argumētum tātam habere uim dicitur: & sibi: & ceteris recte sentientibus plene satisfacere possit. Dicitur etiam ab eodem autore referri: homines quasi lege natura accepta: uel ad ceteronias deorum hoc uti numero: & appellationes hoc pacto accommodare: cum duo ambo dicamus: & & duos ambo: aut utrosq; non omnes: sed de tribus hac appellatione primum utamur. Ex quibus arguere sic uelle uidetur: ad quod impellimur a natura: & maxime in sacrificandi ratione: id & profuit a Deo: & referendū ad deū est: cum quodcūq; in natura cōmuni cōtētum a prima impressum sit causa. Ergo quod in sacrificando seruādum natura ipsa docuerit: id naturā diuinā attribuendū est. Item cū homines oēs a natura impellantur ad sensum trinitatis: sequitur ut ratio trinitatis naturalis ratio sit: p̄indeq; trinitatē in Deo esse putādum sit: natura enim ipsa impellens nihil aliud est: nisi naturā autor ille: & creator: qui deus est: & cū oīs causa imprimat sui similitudinē in effectu: res autē naturalis sit dei effectus: sequitur, ut quod in hac patet: idem in deo esse intelligēdum sit. Eodem tendūt & quā in primo libro de cælo de supercelestibus substantiis modo plurali: modo singulari numero differunt: hoc enim trinitatē dei declarat. Ad de quod in problematibus quaeritur: cur aquilo nocte ortus: nunquā tertiam lucem excedat. Red dicitur enim causā: oia per terna perficiantur: & quā minima sunt, per primam trinitatē finē assequantur: nam si omnia trinitate perficiuntur: quo autem unūquodq; perficitur: finis ultimus est: sequitur, ut trinitas sit ultimus finis: & bonū ultimum rerum: sed tale bonum deus est: ergo deus trinus: & unus est. Hinc intelligi etiam facile potest: trinitatē diuinā causam esse efficiētē

tem

tem omnium rerum. principium enim primum: & finis idem re sunt: quā differat ratione: ut in natura: & quāuis arte manifestum est. Efficiens namq; forma: & finis: coincidunt autore Aristotele: quod si trinitas sit finis ultimus rerum, ut demonstratum est: principium quoq; efficiens eandem esse necesse est. Ita sit, ut Aristoteles trinitatē sanctam & cognouerit: & coluerit. Hæc ex longa eius familiaritate collegisse me fateor: & nulla forma ratiocinandi ab eo exposita: redegisse ad syllogismos: quē admodum ipse argumentari uelle mihi uidebat. Nam ipse quidē suum sensum ne exprimere quidem satis mihi uidetur. Conatur igitur Aristotelem ex gentili: & infideli apostolum facere: & quod peius est: cōtra sententiam autorū sanctorū: qui trinitatē nō nisi ex fide posse cognosci arbitrantur. Ceterum quod Hieronymus scribēs ad Paulinā dicit in illos: qui Vergilium de incarnatione filii dei locutum putarent, Puerilia sunt hæc: & circularum ludō similia: ac si sine Marone non possemus esse christiani. Idē aptissime dici potest in aduersarium nostrum: puerilia ab eo scribi: & ut minime uera: sic nullo pacto christianæ religioni utilia. Atq; ut latius doctrina hominis appareat: primum trinitatis diuinæ rationē principii Aristotelis esse absonam: & cōtrariam, ostendam. Mox rationes: quas hic attulerit, patefaciam: falsas: leues: pueriles esse: & autoritates: quas allegauit, minime quo tendat: ab ipso intelligi. Nam tertium illud Aristotelem dicere suspicātū quidē fuisse trinitatis diuinæ rationem, declamātū iam est eo loco: ubi trinitatē cognosci naturali quidem ratione non posse ostendi: & fide illū philosophum catuissē: sine qua ipse quoq; aduersarius fatetur nemini posse cōtingere hanc cognitionem: nec uero reuelatione dignatū: aut a libris hoc didicisse iudeorum: quādo ne aduersarius quidem ipse uel peritiorē fuisse Aristotelem iudeorum libris: uel diuinitus reuelatum sibi habuisse trinitatis intellectum cōtendit: sed una rerum naturalium scientia id factum autumat. Ergo cum primo de cælo Aristoteles mūdi unitatē inuestigare: accepit uelut pronuntiatum quoddam: siue proloquū: ut forma: quæ non nisi in materia esse potest: cōmunicari pluribus speciei eiusdem indiuiduis possit. Forma autem: quæ in materia non est: cōmunicari nō possit: utpote quæ per se ipsa subsistat: sed adiicitur si forma in tota materia est: cōmunicari cū pluribus nō possit. Ex quo intelligi potest: ut si diuina essentia: & deitas ipsa sit forma per se subsistens: nec in materia posita: nullo modo pluribus naturæ eiusdem personis cōmunicari possit: eius quidē ipsius philosophi sententiā: Nec dici potest Aristotelem hoc de cōmunicatione cū diuinitate substantiæ: non de cōmunicatione cum unitate essentiæ cogitasse. Impossibile enim Aristoteli est: unam essentiam numero non in materia positā: cōmunicari pluribus numero distinctis: quæ forma non in materia posita: cōmunicari pluribus indiuiduis cum distinctiōe substantiæ: quippe cum in illo duo repugnent. s. formā subsistētē cōmunicari pluribus: & unam numero esse in tribus realiter distinctis: in hoc autē unū tātum illud obstat: formam subsistentem cōmunicari pluribus. Item. xii. metaphysicæ plures fore motores arbitrat: si plures sint mūdi: nec posse distinguī numero: nisi materiā habeant. Quod si plures personæ distinctæ numero sunt in diuinis cōuenientes in natura una: sequitur iudicio eius philosophi, ut distinguantur numero per materiam: quod absurdū est: nec dici potest distinguī per proprietates relatiuas: hoc. n. non Aristotelis est: ut ex iis, quæ modo exposui: patet. Distinctio enim indiuiduorum eiusdē naturæ per materiā est: nec possibile apud Aristotelem haberi: ut suppositum cōstituat in esse personali: subsistatq; nobilissimum per relationē: quæ minimæ entitatis est: nec fundatur immedia te in substantiā: sed in quātitate: qualitate: & actione: ut autor ipse in quinto metaphysicæ est: & inter prædicamētā accidētis enumeratur: quæ & si a nostris theologis ita exponuntur: ut quod fide tenemus: non implicet sibi cōtradictionem: tamen hoc tuētis est sua: non monstrantis: & Aristotelem itidem sensisse dicitur etiā secūdo de anima causam esse multiplicationis indiuiduorum: ut species cōseruetur: cum in uno indiuiduo cōseruari nequeat. At natura primæ substantiæ abstractæ: cōseruari in uno supposito potest. ergo autore Aristotele trinitatē in illa esse nō necesse est. Adde etiam: quod in duodecimo metaphysicæ demonstratum est principium primum: & unū esse plene perfectū: & sua ipsam ratione sufficiens. Nam si ipsum sufficit unum ad oia tuenda: quæ de Deo dicantur: frustra posueris pluralitatem: & primo physicorū scribitur: principia frustra esse infinita: quando tria sufficiunt: & cum generatio sit species motus: quodq; intelligit: & quæ intelligitur idem sit in abstractis substantiis: nullus autem motus esse possit in primo motore: & abstracta ipse substantia sit: non est: quod Aristoteles ex suis principiis cogatur ponere trinitatē: uel propter filii generationem: uel propter uerbi p̄ductionem: ita ratio trinitatis diuinæ non ex principiis Aristotelicis accipi potest: immo uero pugnat cum eis: & altius ad gratiam reuelationis se refert: quæ si aduersarius animaduertisset: non frustra tam multa dixisset. Sed uenio ad eius argumenta. Atq; ad primum: quod a primo libro de cælo sumitur: respondeo: male id ita sumi. Expositores enim: quorū maior: quā aduersarii auctoritas est: non ita eū locū exponunt: sed diuus

g iii

Thomas in primo sententiarum. Non inquit trinitatem personarum ponendam in Deo Aristoteles censet: sed cum in omnibus creaturis perfectio in trinario principium dico: medium: & finem appareat. Ideo ueteres numerum hunc seruandum in caerimoniis statuisse narrat. Idem in quaestionibus de ueritate: quaestione. xi. dicendum inquit Aristotelem non trinarium numerum in Deo intellexisse: sed huius perfectionem numeri ostendere uult ex eo: quod ueteres hunc in sacris seruauerint. Quod idem in prima etiam parte. q. xxxii. ar. primo refert. Albertus etiam tractans eundem locum. c. ii. Numerus inquit hic trinitatem rerum significat naturalium. quod obrem Pythagoras eo ipso colendos esse Deos per sacra admonuit: quoniam eius actus apparet in naturalibus rebus: utpote cum ita perficiantur. Reliqui uero expositores: quos enumerare longum est: in hac eadem sententia sunt: Aristoteles: cum uerbis uteretur illis: non intellexerit trinitatem diuinam: sed trinitatem solum rei naturalis: cuius perfectio in ternario consistit: cuius oes eiusmodi res perficiantur suo principio: medio: & fine. Articulus uero: quem Aristoteles graece loquens coniungit cum nomine trinitatis: non summam: & praecipua quandam rem significat: ut aduersarius credit: sed praeterea usus eius est tum ad rei ipsius rationem: & formam: hoc est non sub conditione particulari suppositi huius: aut illius: sed sub ratione formalis: in qua supposita conueniant oia: ut si eum dicere uelim hominem: in quo particulares conueniant oes homines: cum articulo dicam *ὁ ἀνθρώπος*: cum autem particularis sine articulo *ἀνθρώπος* tum etiam ad rem cognitam iam ei apud quem loquor tendit usus eiusdem: ut si discipuli inter se de suo doctore loquantur: cum articulo nominem necesse est *ὁ διδασκαλός*. Res enim alteri cognita ab altero nominatur. Cum itaque triplex usus articuli apud graecos sit: Aristoteles cum uniuersitate rerum naturalium numero contineri principium: medium: & finem dixisset: hac trinitatis habere numerum attulit cum articulo *τὸς τριῶν*: ac si diceret: non huius: aut illius particularis trinitatis: sed trinitatis ipsius simpliciter sub ratione trinitatis. quod non facit: ut trinitas abstracta in diuinis illa intelligatur: sed quod ex opposito est: haec significet trinitas: quae in materia est sub trinitatis simpliciter ratione: quae cum formali singulis trinitatibus efficitur: & forma hominis addita materiae cum hominis nomine spem humanam significo. Sed aduersarius: quod Leonardus aretinus audierat conuertisse primo ethicorum libro *τὰς τρεῖς* summam bonum credidit: sepe usum eiusmodi articuli egregiam quadam summam re dicere: cum nec Leonardus recte conuertit: sed melius Ioannes argyropolus nostris bonum ipsum interpretatus est. Appetit enim oia bonum non ratione summam: sed ea quae bonum: & expectandum est ratione formali: quod per ipsum non per summam significatur. & licet aliquando summam significetur non semper: ut satis iam declaratum est. Hoc est illud aduersarii argumentum: in quo tanta uim esse dicitur: plene & sibi & ceteris: quod recte sententiam satisfiat. sed quod imbecille ac frigolium hoc sit: iam oibus constat. quae tamen de eo aduersarius praedicat: non omni ex parte falso dicta uelim. facile enim suo ut dicit auctori: quod de plenae satisfacere potest. Ad secundum cum a deo & in deo esse id in quo a natura impellimur dicit: Certe do id esse in deo: uerum non eodem modo: sed ut effectus in sua causa est: nihil igit ualeat consequentia aduersarii illa: quod a natura impellimur offerre deo aial aut numerum perfectum: ergo id tale in deo est: quae a nobis offertur: quod legitur ut in deo sit aliquo modo: quod quod & nos confitemur ex sententia Aristotelis numerum ternarium esse in deo: ut effectus in sua causa est: nec minus quaternarium: in quadrupedis ratione continetur. quod ne efficiens quod deus est iudicio Aristotelis: nisi in quantum quod a secundis efficitur causis proprie: id refertur quodammodo possit ad primam quae principium eandem: uide: seruandis: dependendi secundis est: sed tamen quod nos dicimus quod factum est in deo fuisse & esse Aristoteles quidem negare poterat: cum oia unite in illo principio contineri: atque ex eo dependere sateretur: quod creatum & factum dicere recusaret. Ad tertium non sequitur trinitatem esse in deo: propterea quia trinitatis ratio naturalis est: ut dictum iam est. unite enim in deo sunt ea quae distincta res perficiuntur naturalis iudicio Aristotelis. Ad rationem uero nec uere dicitur nihil aliud esse naturam nisi deum: quod per cum natura non deus sit: sed ex deo dependeat: auctore Aristotele: & si istud quod male dicitur trahere ad meliorem sensum uelimus: ut natura quodammodo deus sit: quia dei uicarius quidam est: in quantum ea facit: quae deus ab aeterno noluerit: non sequitur: ut si ternario res suas perficiat: ternario quoque perficiatur ipse: qui naturae auctor est. Ut enim ille longe eminentior est: quam naturae: sic & modo suae perfectionis longe superior est: quam ut trinitate perficiatur. quod itaque in deo unitum est: id in natura distinctum ternario refert sui auctoris summam & ineffabile unitatem: quod idem & Synesius cyrenensis philosophus illustris docet: cum dicat. Entia prima simplicia sunt: descendens uero natura multiplici ratione uariatur. Plato, Proclus & oes platonici idem sentiunt. Igitur ex Aristotelis sententia: unitas quae in deo est simplicitatis representatur trinitate: quae in rebus naturae est: scilicet modo quo fieri poterat meliori: quando impossibile erat ut simul & natura esset: & unitas seruaretur. Ad quartum non sequitur: ut dictum saepius est: eodem modo haberi in causa quod ex primitur in effectu. non enim quia homo bipes: aut equus quadrupes est: deum quoque bipedem esse: aut quadrupedem dixeris. omnem autem causam imprimere suam similitudinem in effectu

ita intelligendum: ut pro subiecta materia: & pro natura ipsius effectus: modo quo fieri potest meliori similitudo exponatur. Quo sit, ut quoniam forma producenda in materia stare non poterat cum unitate: sed optime pro subiecta cum ternario stare: idcirco trinitas in re naturali sit: quae in causa esse non potest: sicut & quadrupedis ratione distincta sine qua equus stare non potest. in deo esse nefas dictum est. Ad quintum satis ante responsum est. Ad ultimum: Aristoteles in eo probemate non ita usus est uerbo: ut argumentando aduersarius sumit. In tribus enim & per ternam ille ad exitum deueniri dicit: quod & medici ternariis diebus criticum. id est decretorium statuunt morbis. Sed aduersarius in experientia tum rerum graeci sermonis putat *τὰς τρεῖς*. unum illud semper significat: formaliter perfici: cum non solum formale perfectione: sed etiam exitum rei & terminum motus significet. unde & *τὰς τρεῖς* non modo sine: cuius causa cetera agantur: significat: uerum terminum quoque: & exitum ipsum actionis quod obrem & ridiculum dicere productum ait Aristoteles illum poetam: qui dixerit: habet ipsum sine: cuius ortus gratia est: finem enim statui non omne extremum: sed quod optimum est. Ceterum si ita loqui aduersario placet: non referat: modo trinitate perfici ita intelligatur: ut per ternarium aut ternarios ad exitum uentum sit: aut bonum: aut malum. Sic enim arget quarto aut septimo die moriturus: & status aquilonis: de quo Aristoteles differit: tertio finitur. id est definit. Quo ita positio: quae admodum arguit aduersarium: uideamus. Oia trinitate perficiuntur inquit. quo aut unum quoque perficitur: finis ultimus est: ergo trinitas est ultimus finis. Respondeo perfici trinitate bifariam. aut enim si ne qui forma est perficitur: aut sine qui terminus & exitus motionis est. finitur: quod & ipsum perfici dici potest: praesertim si exemplo graeci huius loqui uelimus: ut & perfecte perisse Aristoteles dixerit: quod in ultimo corruptionis iam est. Sed quid ulterius? Ergo inquit trinitas est ultimus finis: & bonum ultimum rerum. Non sequitur bene uerum enim cuius causa cetera sunt: non omne extremum statuimus: sed quod optimum est & forma. Quid uero dicam cum procedens asserat conclusionem illam? Ergo hoc ultimum & bonum Deus est. Nam & si quis concesserit trinitatem esse bonum & ultimum: non sequitur ut & Deus hoc sit. perficitur enim unum quoque suo bono: & hoc ultimum & optimum analogice est. Alioquin consequetur ex hac illatoria ratione aduersarii dialectici noui: ut asinus sit Deus. forma enim asini finis & ultimum bonum: quo perficitur asinus est suo in genere. Quod si omne bonum & ultimum est Deus: forma asini finis est Deus: & asinus est Deus ratione aduersarii nostri: qui in eos errores dilapsus est: per ignorantiam distinguendi. Sed correlarium eius uideamus. hinc & facile intelligi potest inquit trinitatem esse causam efficientem omnium rerum principium enim primum & finis: idem re sunt: efficiens namque & forma & finis coincidunt. Formam esse finem uere ab aduersario dicitur: sed hoc nuper uti puto didicim: correctus a Theodoro nostro familiari: quippe agens aduersus Theodorum hoc argumento madauerat suis literis: Generatio inquit: nihil aliud est quam inductio formae in materia: unde si forma generationis sit finis: sequitur idem sibi ipsi finem esse: quod ridiculosissimum inuenitur. Haec ita antea sentiebat & scribebat: nunc uero postquam responsione Theodori melius sentit: formam esse sine constitutur. Sed sit ita: ut tria haec ueniunt saepe in idem auctore Aristotele. nam homo hominem generat: & equus equum. Verum quid tamen? Ergo inquit trinitas: qui finis est: efficiens quoque est. Ridicula res. quasi coincidat semper ita argumenta. At non semper haec conuenire: sed saepe hoc est: quoties quod efficit idem sibi specie efficit: Aristoteli placet. Aliter enim sequitur ut caelum aut sol sit homo: cum in generando hominem finem hominem habeat: quod & aduersarius usus est argumento cum demonstrare uellet hominem esse caelo prestantiorem. Adde quod si finis & efficiens conueniunt in diuina trinitate: ad aristotelis sensum: quo aduersarii ratio fundatur: seque aduersarius putat ut declaratum iam est. nec efficiens esse potest: & longe minus ad deum referri haec possunt. Sed ipse fallitur: & miscet confunditque res: quarum conclusiones monstra plane sint contra naturae rationem.

Confutatio & solutio octo argumentorum aduersarii: quibus demonstrare se putat aristotelem non uuisse mundum ex nihilo esse productum. Sententia aristotelis non modo ex nihilo productum esse mundum: sed nullo modo esse productum. Apud aristotelem pro principio haberi nihil fieri ex nihilo. Mundum esse ingentum: sempiternum: & necessarium secundum Aristotelem. Aueroem aperte tenere quod ex nihilo nihil fiat: & contrarium tenentes reprehendere. Aueroem ab Aueroe reprehendi: quod ex nihilo aliquid fieri posse contra philosophorum sententiam existimauerit. Alberti sententia non posse a principis aristotelice disciplinae accipi productionem rerum ex nihilo: quod etiam Erici & diui Thomae sententia confirmatur.

Ranfit aduersarius ad mundi creandi rationem & q. Platonem audierit scripsisse mū-
 dum esse creatum ex materia: conatur capite suo sexto. viii. ix. x. demonstrare Ari-
 stotelem opinatum ex nihilo mundi productionem: ut ueritō christiānū faciat ari-
 stotelem quasi Plato ex materia sensibili præsupsita mūdum creatū putaueritque
 eū probare studeat sic argumentari uelle uidetur. Deus prima causa efficiens omnium rerum
 est: autore Aristotele qui. xii. metaphysicæ libro. cœlū & naturam depēdere ex deo ait hoc enī
 produci & effici est. & secūdo de generatiōe: deū cōpleuisse torū faciēdo cōtinuā generatiōē.
 & primo de cœlo: & tertio de anima: deū & naturam nihil facere frustra. hoc enim indicat: deū
 esse efficiētē causam principalem: Naturam autem causam instrumentalem. Item cum Deus
 causa finalis rerum omnium sit finis autem & efficiens in deo concidant. Agit enim propter
 seipsum Deus, sequitur ut deus sit causa efficiens omnium: & proinde mūdi, de quo agit. Itē causa
 quæ est actus purus: nō agit per motū: neq; i tēpore: & pīde nō ex potētia materiæ alicui: nec
 subiectū ullū materiale sibi præsupsit: quia sic per motū & in tēpore ageret. Deus autem est
 causa: quæ actus sit purus: ut duodecimo metaphysicæ demonstratum est: ergo deus sine motu &
 tēpore agit: & nihil præsupsit: & pīde ex nihilo producit. Itē cā oīpotēs nihil in pducēdo
 sibi præsupsit. nā nisi eius potentia ultra subiectū materiale se extenderet: nō oīpotēs esset.
 sed deus est causa omnipotens: cū enim actus sit purus sine ulla potentia passiuā habeat infinitā
 potētiā intensiue nō extēsiue: necesse est: proindeq; oīpotēs sit ergo Deus ex nihilo oīa pro-
 ducit. Item necesse fuit ut Dei omnipotētia aliquo modo manifestaret: quod cum non alio
 modo fieri posset nisi per productionē ex nihilo: ita enī potētia infinita requirit: quæ super di-
 stantia infinita: quæ inter ens & nō ens terminos creationis est: praeualeat: ideo cūta ex nihilo
 Deus producit. Item dari primā simpliciter causam efficiētē in ordine causarū efficiētū
 necesse est ut secūdo metaphysicæ demonstrat. Hæc autē deus est: quæ causa cū nihil præsupsit
 & per motū: sequitur quod deus propter primam causalitātē efficiētis causam: nihil sibi præsupsit
 sed ex nihilo agit. Item cum tria principia sint agentia: scilicet quæ formam accidentālē
 producat: non attingens substantiam: naturam: quæ formam producat substantialem: non attingens
 materiam: & deus quod potius primo: secūdoq; est: cum ex eo illa dependant: sequit ut hoc
 simpliciter possit producere: & nihil agendo præsupsit sibi: atq; ita ex nihilo facere. Item si
 unūquodq; se solū in sua principia: ut domus in lapides: & ligna: ex quibus constituta est: mū-
 dus quoq; si resoluatur: id reuertetur: ex quo factus est. at remota uolūtate diuina reuertet
 ad nihilū: ex nihilo ergo factus est. His rationibus persuasus aduersarius Aristotelem mundi
 productionem sensisse: & ex nihilo arbitratur: quæ ipsi quidem potissimā quædam habēt de-
 monstratiōes. Cæteris uero etiam mediocriter eruditus: sophismata sunt: & solui facillima. Sed
 prius q̄ soluiam ineptias istas: explicabo sententiā Aristotelis: & expositorum: impossibile esse
 nō solū ut ex nihilo: sed etiam ut omnino productus sit mundus: aut creatus: nihil enim resert
 apud philosophum hanc siue productū: siue creatū: siue factū: aut generatū dicit. ergo nihil
 ex nihilo fieri inter omnes constat. Quod & Aristoteles primo physicorum pro principio acci-
 pit. quod si quis aliquid ex nihilo factū: siue productū dicit: aduersus Aristotelem enuntiat.
 Nihil enim fieri posse: & aliquid fieri posse: sibi inuicem pugnant. Nec recte dici potest hoc in-
 telligi de productione rerum per motū: quæ materiam præsupsit: nō de simplici emanatione
 rerum: quæ nihil præsupsit. Hæc enim distinctio non ex sensu Aristotelis est: sed eorū
 qui Aristotelis opinionem non pugnat cum creatione ostendere uelint. Quod & ipsam non
 tollit: quin Aristoteles senserit mundum non productum. Hic enim philosophus nec uerbo
 usus est tali: ut & aduersarius ipse fatetur: nescio quo admonēte: nec suis principiis indicat simpli-
 cem illam emanationem: ut quamuis non explicite: tamen implicite dicta elici possit: nisi quis
 cœli naturæq; dependentiā: emanationē interpretetur: quod uel nos facile concesserimus. Iam
 uero is primo physicorum libro: cum materiam primam ingēnitā esse probare uelit, accipit rā-
 tionem: quod si generaretur: præsupsit sibi aliquid aliud subiectum: & in octauo eiusdem
 operis: omne, quod sit, inquit, possibile est fieri: alioquin impossibile esset id fieri: & quod esse pos-
 sibile est: id ex materia est: quæ est in potentia ad formam: in quinto etiam metaphysicorū po-
 tētia actiua est, inquit, principium mutandi alterum: quia alterum est. Quod & in octauo eiusdē
 operis repetit: ubi Commentator definitionem hanc dicit esse priorem omnibus definitioni-
 bus eorum: quæ nomine potētiæ appellatur: ut principium sit mutandi alterum: quia alterum
 est. Item eodem in libro scriptum legimus. Si qua substantia est forma sine materia: hanc pro-
 prius per seipsum esse ens: atq; unum: nec ullam habere causam: quæ se faciat ens: & unū: ita pa-
 tet nullam aliam productionem intelligi ab Aristotele: nisi cā: quæ per motū sit: subiectūq; præsupsit

supponat: quando quidem in libris metaphysicis ita loquitur: ubi non de motu: non de natu-
 ra: non de aliquo eiusmodi agitur: sed de ente ipso: quia ens est. Profecto si ad physicam tantum
 producendi rationem hæc redigenda putaret, ut aduersarius credit, non ea parte philosophat:
 qua res diuinas tractare uellet potentiam definit actiuam per mutationem: nec diceret potē-
 tiam immutandi esse primam in genere potētiarum: si potētiā creandi illam agentem sine
 motu ullo pacto admitteret: neq; negaret formam sine materia subsistentem habere causam sui
 essentis materiam semper in productione præsupsit arbitrareretur eē necesse. Quid uero mun-
 dum ingēnitum: sempiternum: & necessarium esse diceret: si productum putaret: necessariū enī
 id esse uult: quod nullo modo possit non esse. at si creatus ex nihilo est: potest nō esse: cum ita
 eius naturæ conueniat non esse: & habeat esse a causa externa: & prius naturæ ordine conueni-
 at non esse, quam esse: quod necessarii rationi repugnat. Quamobrem Auicenna opinatus est:
 quod creatur a primo: possibile esse sua natura: & necessarium causa externa. quam opinionem
 Auerroes improbat in primo de cœlo cōmentator, quo diligentior neminem Aristotelis
 opinionum fuisse omnes arbitrantur: qua propter in allegandis expositioribus hunc in primis
 censui adducendum. Hic igitur in primo physicorum cōmento octuagesimo primo: exponens
 locum Aristotelis illum ex nihilo nihil fieri hæc refert. Qui generatum esse quicquam ex non
 ente dicit: cōcedat alterum de his duobus necesse est. aut enim, ut mutatum sit sine mutatione:
 aut, ut mutatio sit in mutatiōe: quæ impossibilia sunt. Sed iuniores: hoc impossibile recipiunt:
 scilicet assueti: quoniam a pueritia id audiunt. Cōsuetudo enim natura altera est. Nunquid du-
 bium sit ne iudicio Auerrois ex sententia Aristotelis impossibile sit aliquid ex nihilo fieri. Hoc
 igitur primum ex Aristotelis opinione accepimus ab Auerroes: ut nihil productum ex nihilo es-
 se possit. Secundum autem in octauo physicorum cōmento quatuordecim hunc modum. Conue-
 nit inter ueteres omnes auctores: ut ex non ente puro nihil generetur: sed assertores, & Sarraceni
 nostri: negant principium hoc: & possibile putant: ut ex nihilo aliquid generetur: cuius erroris
 causa est: quod plura uisu incomprehensibilia generentur a rebus uisu comprehensibilibus: nam
 ratio: quam afferunt ad id probandum: q̄ subiectum necessarium agēdi dimittit autoritatem
 agentis: uulgaris & friuola admodum opinio est. Agens enim si agere non potest quicquā im-
 possibile: dicendum non est amittere suam autoritatem: sed tenuerit impossibile est: effici pos-
 se arbitrari. Id certe falli & decipi est. Ita Auerroes confessor intimus Aristotelicæ disciplinæ:
 & principium hoc per se notum esse existimari: nihil ex nihilo fieri: & christianos iudæos: & sar-
 racenos: qui creatum esse ex nihilo opinantur: impossibile sibi admittere: assertores enim & lo-
 quentes hos uocat: quoniam sine demonstratione loquuntur: & tantum asserant. Rationem enī
 illam q̄ subiectum requiritur in actione agentis imperfecti: non perfectissimi & infiniti. Friuo-
 lum esse arbitratur: cum fieri non possit: ut aliquod agens rem impossibilem faciat: quale est ex
 nihilo quicquā fieri: idq; non esse in potentiam & defectum agentis: quando dignius id nō pos-
 se. quam posse Deo est. Falli item: ac decipi eum: qui credit ex nihilo posse quicquam fieri ap-
 erte exponit. Ex quibus latissime patet aduersariū loqui ex opinione fidei nostræ: & Platonis nō
 Aristotelis: sed Auerroes, uel super tertio physicorum idem fatetur: ubi & Auicennam reprehē-
 dit: q̄ aliquantulum dissentire uisus fuerit in opere de substantia orbis a communi philosopho-
 rum consensu: ut nihil ex nihilo possit fieri. Quod si opinio hæc Auicennæ aperte ab Auerroes
 improbat: ut a sententia Aristotelis aliena: nemo utiq; potest sine reprehensione attribue-
 re Aristoteli creationem ex nihilo factā: plura etiam Auerroes de hoc locis aliis asserit improbā-
 do: q̄le uel illud est: quod in duodecimo metaphysicæ: cōmento decimonono, his uerbis expo-
 nit. Qui autē creationem statuunt: ens totum ab agente creati ex nihilo aiunt: nec esse necesse ut
 materia sit in quam agat. Totum enim ipsum creati: quæ quidem opinio assertorum legis tum
 nostræ tum christianorum est: & quidē Ioannes christianus possibilitatē non esse nisi in agente
 ait: ut Alpharabius narrat libro de entibus mutatis. Auicennæ quoq; opinionē loco eodē me-
 minit: quæ datorē statuit formæ: ut agentia naturalia disponat tantū materiā p̄ qualitates pri-
 mas. Forma autē detur aliūde. Memorat etiā Anaxagoræ opinionē de formæ latitudine. Po-
 stremo Aristotelis asserit sniam: ut agēs faciat cōpositum ex materia & forma: idq; certo modo
 mouendo, & immutando materiam: donec exeat de potētia in actū: atq; educendo nō inducē-
 do: ne creatio ex nihilo sit: sed præsupsito semp subiecto: agens extrahat in actū: quod in poten-
 tia est: & quodāmodo latitat: quo sit, ut & latitationi Anaxagoræ aliqua ex parte assimiletur: &
 creationi uidelicet: quatenus, quod potentia fuerit: actū ex nihilo quodāmodo existat. Adde
 quod super eodē libro cōmento quadagesimo quarto cōtra Auicennā ab eo dicit de intelli-
 gentiis. Aiunt, inquit, quosdam intelligentiarum consequi: quosdā, ut causatū causam: primam

uero unā esse debere: ac simplicem: a motore autem primo puenire aīam primū cœli: & motorem orbis sequentis: atq; ita esse necesse: ut nō sit simplex: & habeat causam priorem. Quæ ratio imaginaria est. Nullus enim ibi prouentus: nulla consecutio est: aut actio: ut dici possit unam actionem consequi unum agens tantum. Causa enim & causatum ibi eo modo est: quo intellectum esse causā dicimus intelligentis. Quod cū ita sit possibile est: ut qd̄ est per se intelligētia & intellectum: id causa plurimorum entium sit: in quantum uarie intelligitur. Idem mox. Verborum autem, inquit, consuetudo illa apud iuniores: ut a tali motore: talis proueniat motus: aut prosequatur: aut producat: aut procedat: & reliqua id genus nō uere de abstractis substantiis prædicantur. Hæc enim omnia dispositiones sunt agētium superficie tenus: non uere. nihil enī prouenit ab agente, ut dixi: sed tñ extrahere in actū: qd̄ est in potentia: interest agētis. Itaq; cū ibi potentia nō sit: nec agens est. Intellectus utiq; tātum, & intellectū ibi est pficiens & pfectū: quæ admodū artificia alia ab aliis pficiuntur eo, qd̄ sua picipia alia ab aliis trahunt: de mūq; oīa reducunt ad idem uniuersale artificium: unde sua quæq; picipia accipiunt. Quamobrem scientia prior primū dei est: quæ in prima philosophia continetur: scientia uero propria principiorum: quæ sub illo sunt: similis est sciētis particularibus: quæ primæ philosophiæ subiacent: ut Nicolaus peripateticus in suo de philosophia primo opere refert. Quod autem a Platone scribitur: creatos esse a primo deos: quibus præcipere ut mortalia animalia ipsi crearent: primum autem illū creatorem requieuisse: ac uacuum labore mansisse: non est ita intelligendum: ut uerba sonant. Quinto etiam libro eiusdem operis exponens locum de necessario: hæc refert. Si sunt entia simplicia: æterna, & imutabilia: ut declaratum alibi est: nullum illorū acquiri sibi esse necessarium: ab alio: neq; est quicquā in illis extra naturam. Hæc Auerroes. Sed redi gamus ad summam: quæ huius Aristotelici autoris sententia contra aduersarium dicitur: opinionem Auicennæ statuētis creationem esse omnino repudiandam. In intelligētis nō esse causam, & causatum: nec agens, & actum: sed intelligens, & intellectum: quoniā aliam alia intelligit: intelligendoq; perficit. A gens nulla alia ratione dici agens: nisi quia extrahit ad actum, quod in potentia est: & proinde semper agens præsupponere subiectum materiale: nec esse possibile: ut nullo præsupposito ipsum agens producere quicquā possit. Intelligētias esse entia necessaria per se: ac sibi esse necessarium: ab alio non acquirere. Item Platonis uerba non ita esse exponenda: ut sonant: quæ cum ita sint: constat latissime aduersarium falso per ignorantiam attribuisse Aristoteli creationem ex nihilo. Sed alterum testem: & hunc grauissimū adducam: Albertum Aristotelicæ scholæ familiarem: ut qd̄ aduersarius erret, magis: magisq; explicet. Hic duodecimo metaphysicæ tractatu ultimo capitulo septimo, ita concludit. Incertus est nobis motorum numerus cœlestiū corporū cum suis motibus. Ideoq; Aristoteles dubitauit: locutus de his est. sed quoniam per rationem causandi nihil aduersus hæc comprehendere possit. ideo aut nihil omnino de his differit: aut talia esse reprobat. Cæterum sunt, qui neutram harum uiarum sequentes putant sese per uiam philosophandi incedere. si philosophiam cū theologia confundant: ab uno simplici primo agente per essentiam: non est nisi unū inquit. Itaq; si quod ab aliquo est: multum & multiplex sit: non id a quo est: agit per essentiam. Videmus autem non alterum per alterum ecelum produci inesse: nec omnino generari ex materia: ipsumq; multiplex esse & uariū. Ergo producitur inesse ab aliquo agente per electionem. Hoc enim multa agit unū existens, ut uult & causat ex nihilo: cum non indigeat materia præiacente: ppter suæ infinitæ uirtutis excessum supra omnis agentis rationem. Sed nos ut supra diximus: non positiones hæc tractare hoc loco uolumus. Non enim hoc negotio nisi sententiā peripateticorum instituiimus explicare. Quæ autem a Platone dicuntur: maneat quoad possunt: donec ab aliquo exponantur. Theologiæ uero ratio nostræ: non cum philosophorum principiis conuenit: quoniam reuelatione: inspirata: ueroq; diuinitus hæc fundatur: non demonstratione humana. Sic Albertus negat a principiis Aristotelicæ disciplinæ accipi posse: productionem rerum ex nihilo: & deum esse agens per electionem multa producentis: & propter suæ infinitæ uirtutis excessum: nulla ægens materia: sed a theologia tantum hæc accipi posse fatetur: quæ per reuelationem habeatur. Verum aduersarius, quod peculiare fidei est: ad peripateticam scholam refert: & quod nostri theologi pœnitens repudiarunt: ipse tueri: & ad sacram ducere aulam contendit. Erix andauensis doctor egregius ex Aristotelis opinione, inquit, Trifariam aliquid dici se habere ad esse potest: aut enim, ut ex se sit formaliter necessarium esse: & ab alia causaliter: aut ex se sit formaliter necessarium esse: & ab alio dependent. Aut tertio: ut ex se sit possibile esse: & ab alio habeat esse necessarium: quia causa possibile illud necessario causat. Primus modus cōtradictionē includit: nā quod causatum ab alio est: id de se est nō ens: & possibile esse: quod autem de se est necessarium esse: nullo modo possibile est.

Ergo dicendum est Aristotelem addidisse hunc modū notando cōtradictionem: & quia putauerat intelligētias habere necessarium per se esse: negauit eas a prima causaliter dependere. Tertium etiam modum negat: qui similiter cōtradictionem includit: ut Comētatoris iudicio patet in duodecimo metaphysicæ. Contra Ioannem grammaticū. Male, inquit, a Ioanne grammatico dicitur: motum de se possibilem posse ab alio perpetuari. Substantia enim possibilis perpetuari non potest: atq; ita substantia perpetua non est ab alio: quoniā si ab alio esset: perpetuaretur, quæ possibilis de se esset: qd̄ oppositum sententiæ autoris est. In primo etiam de cœlo idem exponens locū illum. Impossibile est ne generabile deueniat ad corruptionem. Si inueniretur, inquit, aliquod generabile: æternum: possibile esset: ut natura possibilis mutaretur in necessariā naturam. aliter enim esse non potest: nisi aut altera in alteram mutetur natura. Aut duæ naturæ contrariæ sint in eodem. Reliquum igitur est: ut ex tribus his modis secundus tātum ab Aristotele probetur: hoc est ut aliquid habens formaliter ex se necessarium esse. Dependat ex deo: non ut a causa efficiente: sed finali & pfectis imo entium omnium: in hac sententia nonnulli etiam moderniores doctores sūt. Tertium testem fide dignū referam: diuum Thomam Aristotelicæ disciplinæ peritissimum: qui in prima parte quæstione quadragésima quarta: articulo secundo: quærens an materia prima sit facta a Deo: Veteres, inquit, philosophi paululum ueritatis cognitionem attigerunt. primi enim illi tudiores adhuc, nulla entia nisi corpora sensibilia esse putauerunt: ponentesq; in his motum, non nisi per aliqua accidentia motum considerauerunt. Verbi gratia, secundū raritatem: densitatem: aggregationē: segregationem: & cum substantiam ipsam corporum incausam statuerent: causas aliquas reddebant accidentium mutationū: amorem: litentem intellectum: aut huiusmodi aliquid. Tum processu temporis distinguere formā substantialem: & materiam: quam ponerent incausam excogitarūt: & mutationes in corporibus secundum formas essentielles percipere inceperunt. Sed earum mutationū causas uiliores quædam esse uoluerunt: ut circulum obliquum: aut Ideas. Sed considerandum materiā contrahi per formam ad speciem sibi determinatam: ut substantia alicuius speciei per accidens sibi adueniens contrahitur ad determinatum modum essendi: ut homo per album. Vtriusq; igitur illi considerantur ens particularis: uel in quantum hoc ens: uel in quantum tale ens: atq; ita causas agentes particulares reddiderunt. Sed ulterius alii studio progressi se altius exeruerunt ad considerandum ens: quia ens est: atq; ita contemplati sunt causas rerum non solū quæ hæc: aut talia sunt: sed etiam quæ entia sunt. Hoc igitur, quod causa entibus est: in quantum entia sunt: causam esse oportet. nō modo in quantum per formas accidentales talia sunt: uerum etiam secundum unūquodq; ad esse eorum pertinens quoquo modo. Atq; ita materiam etiam primam statui causatam: a causa entium uniuersali. Ergo ad primū dicendum. Aristotelem loqui de fieri particulari: quod & de forma in formam: siue accidentali: siue substantialem. Nos autem loquimur de rebus secundū emanationem earum ab uniuersali principio essendi: qua quidem emanatione materia nō excluditur: licet a primo modo faciendi excludatur. Sic diuus Thomas, primum ueteres philosophos totam substantiam rerum naturalium incausam esse existimasse productionem tantum accidentium statuētis refert. secundo Platonem & Aristotelem indicat: qui productionē particularem animaduertentes formam substantialem produci: materiam autem primā improdutam & ingentam: utpote primum subiectū & cuiq; facturæ subditum existimauerunt. Postremo ad eos uenit: qui ulterius pergentes considerauerunt ens simpliciter: & materiam quoq; a Deo esse productam putauerunt: Platonicos indicans, qui hæc apertissime dicunt. Quod si testimoniū uel huius doctoris sancti, Aristoteles non inter eos enumerandus est: qui productionem rerum uniuersalem: & ens simpliciter poneret: sed inter eos, qui productionem tantum particularem attigerint: sequitur profusius Aristoteles non considerauerit productionem materiæ primæ: & proinde ne creationem quidē ex nihilo: de Platone uero: cuius nam opinionis de hac re fuerit: & in secundo dictum est latius: & post hæc clarius dicetur. Nunc ad respondendū argumentis aduersarii uenio. primum: dependentia cœli fundatur: & eo, qd̄ Deus fecerit generationē continuam: & sæpius dixerit idem autor Aristoteles deum facere. Hinc enim aduersarius putat causam esse deum efficientē omnium rerum. Ratio quam sibi potissimam arbitratur: & sæpius repetit: hæc est. Sed qd̄ leuis: & infima sit: facile iam ex iis: quæ exposuimus: intelligi potest. Dependere enim quod est in se: a Deo Aristoteles dixit: nō efficientiā, aut creationē monstrat: sed aut finē: cū res unaquæq; ex suo dependat fine: aut si propria termini significationē & usum frequentat se quam: sitū dicit partis fundatæ in altera parte: sine qua esse nō possit: atq; plurimū refert: creati aut efficiant dependere dicat: si sententiā Aristotelis sequelis: & usum seruare uerbo: quæ ipse præbuerit. Alimentū enī augeri, & in sanguinē qd̄ creati ē: a calore dicit in libro de sensu: & in corde. prius uim eē creatū sanguinē: in secundo de partibus animalium in quo & sanguinē crassiorē:

calidoremque *πρωτιω' τδον*: id est efficientiore esse uirū corporis asseuerat: Videlicet cū causā efficientē alimenti: sanguinis: uirū uelit explicare. At uero cū partium situm respectū & copulationem certam exponit: non effici aut creati dicit: sed dependere: uelut in primo de historia animalium ex medio renum uenā dependere scribit: & in quarto de partibus animalū, omentum ex medio uentriculo dependere. Non enim uel tenes uenam: uel uenter omentū creat: sed principium est: sine quo stare ad totius compositionē non possit ea pars: quæ inde dependeat. Ut igitur in his dependendi ratio partium copulationem secundarū in primis & principalioribus fundatam significat: sic in uniuersa naturā ratione intelligendum est: id quod duodecimo metaphysicæ scribitur cælum & naturā ex principio: quod Deus est dependere: & primo de cælo ex æuo: immortali: diuinoque dependere. Cæteris partim a partibus: partim obscurius esse & uel uere. Nominat hanc uniuersam naturam apertius Aristoteles in primo politicorum libro: cū dicat. In omnibus: quæ ex pluribus siue continuis: siue diuisis consistunt: & unum aliquod sūt in spici imperans, & imperatū: id quod ex uniuersa natura inesse in singulis animatis. Non itaque deū efficere aut creare putandum: eo quod dependere ex illo uel naturam: uel uitam scriptum est. Sed ad aggregati rationem referendum, quod ueluti partium modum: tum essentialium: tum etiā integralium recipere potest: aut certe ad finem: cum a suo quodque dependeat: sicut dictum est: & si nis qua finis est: esse non possit efficiens causa. Quod si aduersarius significatum dependentiæ ita intelligens ut nos exponimus: uerbo tamen efficiendi: & creandi abutitur ad eundē sensum non plus peccat, quod quod improprie loquitur. Sed si quoniam causam esse Deū: ut mundus sit audit: ideo & efficere putat: longe aberrat: non enim, quod causa sit efficiendi: idem propterea, & efficiendi est. Iam aīa causa est: ut homo sit: sed tamen non est: quæ efficiat hominem: nisi in quantum id efficiat: cuius forma ipsa anima est: quod deo, & nos ex Aristotelis opinione tribuimus: ut per cælum efficiat: quæcūque ab ipso cælo immediate efficiunt. Vnde uel alterius loci solutio patet quo libet aduersarius uoluit. Facit enim & Deus: & quidem bonitas, atque diuinitas semper secundum suam naturam causa melioris in rebus contingentibus est: ut in secundo de generatione animalium dicitur: sed per motum cælestem, & naturam. Cum enim duplex sit ratio cause efficientis: aut enim per se: aut per alterū hoc est: altera unde principium motus simpliciter: altera quæ forma est eius: quod simpliciter moueat & efficiat: Deus non ita causa efficiens est: ut quod simpliciter moueat: sed sicut id quo actu quicquid iam substantiā moueat & efficiat: quomodo & animæ causam efficientem tribuimus. Quod enim forma hominis est: qui simpliciter & proprie agere dicatur: ideo, quæ ab homine effectiue agantur: hæc ad formam quoque referetes dicimus ab anima effici: quanquā melius dici potest anima effici, quod ab animam teste Aristotele primo de anima. melius, inquit, fortasse sit non animā dicere miseriam: aut discere: aut intelligere: sed hominem anima. Atque longe improprie dici existimatis: quis texere: aut ædificare animam refert. Atque tunc textendi: ædificandique principium: unde motus anima est. Sed quoniam ita principium efficiens est: ut non simpliciter sit: sed in quantum forma est eius: quod simpliciter & proprie efficiens textendi: ædificandi ue est: ob id inepte anima dicitur texere: aut ædificare: & longe ineptius dixeris deum efficere cælum: aut ex his aliquid: quæ cælū suo motu efficiat iudicio Aristotelis. Nec enim anima efficit hominem: quāuis principium sit actiuum: nec deus cælū: quāuis non passiuum: sed actiuum principium sit: de quo sit & seruetur cælum: atque natura. Cū itaque aduersarius dicit deum fecisse & facere continuam generationē: idque ad Aristotele autorem refert, discat ita deum fecisse & facere sententia Aristotelis: sic ut anima textitque ædificat. Idque non solum ex ratione disciplinæ Aristotelicæ colligi: sed uerbis etiam eiusdem autoris exprimi in libro de mundo ad Alexandrum regem. Cum deum dicat genitorem omnium, quæ in mundo efficiuntur esse: non quod ipse operator sit: sed quoniam cæli opera: quod primum uirtutis diuinæ particeps est: omnia faciat: disponat: gubernet: conseruet. Tale est argumentum aduersarii: quo præcipue fretus Aristotelem christianum non dubitauerit facere. Sed attendendum quod adiecerit: naturam causam esse instrumentalem. Sibi enim ipse contradicit: cum superiori tempore scribens ad Hesiam contra Platonem demonstrare uoluerit: ex sua opinione: naturam esse non posse causam instrumentalem: rationeque uteretur: quod instrumentū separatur ab eo, quod per ipsum efficitur. Natura autem non separatur a rebus: quas efficit naturalibus: sed altera tunc nostra responsione emendatus didicit captiuam suam argumenti: & intellectum instrumentalis cause ex opinione Platonis: quem non parum probasse uidetur quando, quod ante reprehendebat: nunc decorare Aristotelem studet. Sit igitur natura causa instrumentalis. Idque Aristotelem uoluisse concedo: quando eum non solum hoc: sed etiam omnia Platonis sui præceptoris placita animo coluisse intelligo: quanquā interdum uerbo præceptorem urget: & imperitos fallit. Sed quid nam si natura sit Dei instrumentū: fecerit ita profecto Deus mediante natura: ut

& anima mediante corpore. Verum naturam ipsam nunquā nec fecit: nec facit. Ad secundū, Finis & efficiens: & si concidunt: siue conueniant in idem: tamē quoniam deus nihil immediate efficit: ut ostensum est: frustra ita arguitur: & licet idem Deus & finis sit, & efficiens: tamen quia non per se: sed per aliud efficiens est: nihil hoc aduersariū inuadit: ut deus ex nihilo faciat. Ad tertium theologorum nostrorum sūt ista: quibus nos quoque adhaeremus: non Aristotelis: ut iam expositū est. Nā sententia eius quædam autoris nihil effectiue: nisi mediāte cælo a Deo agitur. Cælū autē semp subiecto præsupposito efficit: quicquid efficit: cōtra, inquit, si per motū & tempus: & subiectū agit: esse actus purus non potest. Immo uero potest: non enim sua puritatis ratione impossibile erit agere de bet: quale istud est: ex nihilo aliquid fieri. Quod enim separatū a materia est: non posse immediate materiā immutare, autor Aristoteles septimo metaphysicæ est: quæ locū exponens A uerroes. Impossibile est, inquit, ut formæ separatæ immutent materiā nisi corpore mediante non mutabili scilicet cælesti. Ad quartū. Si omnipotentiā accipit eo modo: quo nostri theologii: ut deus facere possit immediate: nec repugnat fieri a Deo quicquid non implicat contradictionē. Respondeo talē omnipotentiā remotā esse ab Aristotelis opinione: quæ & cæteri omnes theologii nostri: & Scotus doctor insignis fatetur: & ratione cur a philosophis impossibile uocatur: ut deus ita omnipotens sit: ut immediate efficeret: ut illam redderet: principium necessarium: & oīno perfectum ad nihil immediate cōtingenter se haberet. Ita enim sit, inquit, ne Deus possit omne possibile causare: cum hæc nouitatis ratio assignari non possit: neque ex parte principii: quod necessarium est: neque ex parte alicuius impedimenti: quod principium ipsum perfectissimū, & in impedibile est. Sequeret etiā si deus creare posset oīem effectum sine causa secunda: ut & facere posset: quo nulla causa secunda haberet propriā actionem: & essentiā propriam. Quod absurdum oīno est: ut Comētatoris sententia patet in duodecimo metaphysicæ. Quomā secundum Aristotele præter causam primā. Aliæ quoque sunt necessaria: quin etiam sequeret: ut ordo in causis non esset simpliciter necessarius & essentialis: quod negatur ab Aristotele secundo metaphysicæ libro. Sic & Scoti iudicio refertur ad Aristotele non potest: omnipotentia eo modo: quo a nostris theologis intelligit. Quamobrem aut nulla dei omnipotentia est: sententia Aristotelis: aut ea tantū est: quæ in dependentia mundi ex prima causa: & in conseruatione rerum cunctarū: appareat. Cōtra, inquit, Deus est actus purus: ergo habet potentiā infinitam intensiue: & proinde omnipotentiā. Respondeo non sequi istud: quando nec usquam ab Aristotele scriptū legimus deum esse uirtutis infinitæ intensiue: & licet sit actus purus: tamen non propterea ita esse omnipotens possit: ut aliquid ex nihilo faciat. Quod enim separatū a materia est: materiā immutare non potest: quia ratione usus Aristoteles est contra Platonis ideas septimo metaphysicæ. Nullā igitur rem factibile attingere possit: nisi per motū cælestem. Cōtra, inquit, debuit ita manifestari omnipotentia dei. Hoc enim quintū erat argumentum. At non ita manifestari debuit: sed potius in dependentia cæli ex prima causa: & in conseruatione cunctarū rerum: quod impossibile est: etiā deo ipsi, ut quicquid ex nihilo fiat. Ad sextū. Dari quædam primā causam efficientē, in ordine causarū efficientiū, concedo: sed quod præterea adiicit causam illā efficientem primā nihil præsupponere, nego: & ad rationem: si præsupponeret non esset prima simpliciter: falsum id esse respondeo: cū non dicat prima simpliciter: quia nihil præsupponat. Id enim impossibile est: sed quia non in uirtute prioris cause efficientis ipsa efficiat: & per primū motum agat uniuersalē. Sic enim ab Aristotele causa efficiens definitur: ut hoc sit unde principium motus. Subiectum autē motui esse necesse est. Ad septimum. Non quia deus agens potentius cæteris agentibus est: ideo ex nihilo possit agere. Non enim ita a natura deus distinguitur: ut subiectū, quod sibi præsupponit naturæ illi non præsupponat. Quod enim impossibile est: ratio diuini agentis non recipit. Sed quia, quod natura facit: ut instrumentū & ministrum a Deo efficitur: ut autore: agenteque principali. Ideo potentius agens, & nobilior illud est. Hic enim agendi modus & dignior est: & perfectionis diuinæ significatior. Quamobrem opus naturæ: opus esse intelligentiæ: Auerroes ait. Similitudo itaque, quæ aduersarius ab agentibus inferioribus sumit: non admittenda est: cum deus non agat in uirtute prioris agentis: satisque ad eius præstantiam sit: ut primū principaleque enumeretur. Ad ultimum. Conceditur: remota dei uoluntate mundum posse reuerti in nihilū: sed negatur sequi propterea: ut ex nihilo creetur. Multa, n. uel ex materia creata, siue generata: reuerti in nihilum possunt: remota dei uoluntate: ut singula animalia: singula plantæ: & reliqua generis eiusdem. Sed tamen nemo ob id negauerit hæc esse ex materia facta. Nempe dato uno absurdo cætera consequuntur: quod si Dei uoluntas remoueat: quod impossibile est: nulli dubium est: quin mundus in nihilum reuertatur: sed hoc non ideo euenit: quia ex nihilo creatus est: sed quia causa remouetur: quæ cuncta ingentia ab æterno conseruat. Refugit etiam aduersarius ad obscuriora: ut suus lateat error: aitque Aristotelem non aperte: sed occulte scripsisse de hac ex nihilo productione: quod cum dicat:

fatetur quodammodo nihil se habere: quod certo referat. Nos uero: & diui Thomae iudicium sequimur: qui Aristotelem scribit attigisse productionem entium particularium, non uniuersalem: & Platonem eiusdem aetatis autorem uidemus ausum dicere aperte talem mundi productionem. Quod si ille ita locutus est: ne Aristotelem quidem tacere: aut perobscure inserere suis scriptis uoluisse arbitramur: ita sentiret. Falso igitur ad Aristotelem aduersarius refert creationem: quae neque ut Auicenna ab aeterno: neque ut theologi nostri de nouo ille opinatus est.

Cōfutatō & solutio argumētōrū aduersarij: quibus ostēdere nititur secundū opinionē Aristotelis mundū p̄duci & depēdere ex priā cā: nō natura: aut ulla necessitate: sed libera dei uolūtate. Aduersarium nec uerbis Aristotelis: nec ullo dicendi modo illius uti. Aristotelē & Auicennā secundū sententiā Scoti statuisse deū necessario se hīe ad oīa exteriora. Rationes philosophorū: quas adducit Scotus ad probandum Deum agere ex natura: necessitate: quod etiam Eticis candauensis auctoritate probatur: & Alberti magni. Sententia diui Thomae noluisse Platonem mundum a Deo creatum ex materia praexistente: ut aduersarius putat. Caput. xxi.

Ititur praeterea altera argumentorum collatione probare Aristotelem arbitratum produci & dependere mundum ex prima causa non natura: aut ulla necessitate: sed libera dei ipsius uoluntate: quod rationibus his demonstrare conatur: quas & ipsas redactas a me in formam: & congruam locutionem intelligi uolo. Nam, ut ipse exposuit non capit: nō pesant aiunt: apparet. Omne quod ab aliquo naturaliter dependet: aut dependet: ut pars a toto: aut ut propriū accidens a suo subiecto: sed mundus nō dependet a Deo: ut pars a toto: cū enim Deus sit actus purus: partē non habet: nec ut propriū accidens a suo subiecto: quia cognitio proprii accidentis confert ad cognitionē q̄ditatis subiecti: per mundū autē cognoscere dei q̄ditatē non possumus. Adde, q̄ nullae sunt oppositiones: quae nō possunt conuenire aequae substantiae: & proprio naturaliter a substantia p̄sueti: siue substantia: siue accidēs est. Nō est. n. posibile ut subiectū aeternū sit: propriū autē t̄pale: aut, ut alterū corruptibile: alterū incorruptibile sit. Nā si propriū corruptibile est: subiectū quoque corruptibile est: quē admodū si ignis est corruptibilis: & calor eius corruptibilis est. Quod si aeternitas, & imutabilitas Deo cōueniant: q̄ non cōueniant mūdo: sequitur ne mūdo naturaliter a deo emanet: q̄ si oīs, inq̄, dependētia naturalis sit: aut partis a toto: aut p̄p̄rii accidentis a subiecto: & t̄n neutra mundo attribui possit p̄ relationē ad deū: sequitur mundū nullo mō a deo naturaliter depēdere: & cū praeferat dependētia naturalē sit altera q̄ dependeat q̄p̄ia ex uoluntate: sequitur si mūdo non naturaliter ex deo depēdet: ut ex libera eius uoluntate depēdeat. Itē demonstratū iam, inq̄, a nobis est: idē ex nihilo facere. Quod si ex nihilo Deus mundū produxit: atq̄ ex se depēdentē habet: sequitur, ut libere ab eius uoluntate mūdo ipse dependeat. Itē propriū accidens p̄fectio substantiae est: at mundus nullam deo affert p̄fectionē: ergo mūdo non naturaliter a deo depēdet: ut p̄p̄rium accidēs a subiecto. Itē Aristoteles secundo physico: reprehendit eos, q̄ cū plantas & aīalia dicerent nō fortuito factas: sed aut natura: aut intellectu: t̄n neutra harum causarū motui corpore: celestū tribuerunt: ex quo loco sic arguimus: corpora caelestia causam aliquā habentia qua motus eorū ordinate p̄cedat necesse est: sed cū duae causae illae sint naturae & intellectus: natura autē causa esse nō possit rebus sup̄ naturā substantibus: intellectum esse principū caeli necesse est. Igitur ab intellectu caelum dependet: ut a causa primi principii: & proinde ab eius uoluntate. Vbi enim intellectus: ibi & uoluntas est: idēq̄ intellectus & uoluntas in primo est: quod si ab eius uoluntate dependet: non natura: sed libera uoluntate mundū produci & conseruari a deo: autore Aristotele cōstat. Item secundo de generatione scriptū ab Aristotele est: motū esse factum a Deo perpetuum propter generationē continuam: uidelicet eius gratia finis: ut generatio continuaretur. At q̄ factum ab aliquo est: & ad finem. Id a uoluntate agentis: aut dirigentis actionem agentis factū est. Ergo caeli, & dei motus a dei uoluntate: & fit, & dependet. His rationibus philosophus hic noster noui peripati autor mundū produci a libera dei uoluntate. Sed quid de hoc peripatetico dicam? qui cū se ex opinione & libris Aristotelis differere fateatur: nullis Aristotelis uerbis utitur: nullo dicendi modo illius philosophi agit: praesertim eo loco: ubi uis tota argumētatio nis consistit: sed liberā uoluntatem esse in deo dicit: unde mundus procreetur: & producat. ubi. n. Aristoteles usus lingua sua his uerbis est: Velim ipse aduersarius dicat quid libera uolūtas apud Aristotelem sit: & quemadmodum graece dicatur. Vt an id esse in Deo possit iudicio Aristotelis uideamus. Nam uoluntatem ille secundo de anima appetitum esse aperte fatetur. Quid si in Deo uolūtas sit appetitum quoque in eo esse necesse est: & cū appetitus: uirtusque appē-

tendi moueat: cum ipsa moueatur: in libro de motu aīalium dicitur: primum, inquit, nō motum mouet: appetitus autē & appetituum motū mouet: & causa ultima est: ut quod appetit moueatur. Atq̄ etiam in tertio de aīa: qua appetituum aīal est: eo sui motuum esse: nec appetituum esse sine phantasia posse scriptum sit. Cum inquit haec ita apud Aristotelē legamus: sequitur, ut Deus, qui non motus monet moueatur: & phantasia habeat: & plura alia absurda ex definitione uoluntatis: & appetitus recipiat. Item quod libere quis uelit: contingēt id uelit: autore eodē philosopho. Contingens autē ut esse potest: sic & non esse potest. Itaq̄ sequitur: ut si Deus cōtingenter uult: & produci: possit & non uelle: & non produci: proindeq̄ mundus possit non esse: quod remotū ab Aristotelis opinione est. Nam, quod nostris theologis placet: ut Deus imutabiliter uelit quicquid ab aeterno uoluerit: non tollit: quin possibile sit mundū non fuisse. Sed id quoque ab his admittitur. At uero Aristoteles pati non potest: quin mundus fuerit semp̄: & futurus sit semp̄: & ut nullo fine: sic nullo principio describi debeat. Quamobrē uerius sequitur opinione q̄dem eius philosophi: ut naturaliter: & necessario mundus ex Deo dependeat: si corrumpi non potest: q̄ corrumpi nō potest: si contingenter a libera uoluntate producat. Contingens etiā esse in Deo sequitur: cum libera ipsa uoluntas de contingentibus sit: nam si libere Deus produxit: poterat etiā non produci. ideo. n. libere agi dicitur: q̄ in potestate agentis est: ita non agere: ut agere: ergo praesertim Deus mundū sua duratione nihil mouens: sed in potentia subsistens ad mouendū: quod arguit eum nō esse actū purum: ut in. xii. metaphysica patet: ordo p̄terea causarum essentialis tollitur: q̄ contingenter ex Deo mundus dependet: q̄ ab Aristotele improbat: ubi ordinē causarū secundarum essentialē esse demonstrat. Vnde & Scotus doctor illustris negat admitti a philosophis omnipotentia Dei: rationemq̄ affert: q̄ pro principio potissimo apud philosophos est principū necessarium: & oīno perfectum nullā ad rem immediate contingenter se posse habere: cū nulla reddi ratio nouitatis: ac contingi possit in principio immediate a tali principio: qui enī, inquit, aliter se habere possit hoc principū, quod oīno necessarium est: semp̄q̄ uniforme: aut a quo tandē impediatur: q̄ perfectissimū & potissimū est. Non igitur Deus effectū omnem causare immediate: hoc est sine secūda causa potest: ordo nāq̄ causatorū in causis est necessarius & essentialis: p̄terq̄ Deum: aīalia quoque necessaria sunt sententia Aristotelis. Quae si uere ab hoc tanto doctore dicuntur: mentitur certe: qui Aristotelē dicit ita sensisse: ut mūdo a libera Dei uoluntate dependere cū naturaliter & necessario dependere cōstet. Querit etiā idem doctor distinctione octaua: quaestione quinta. An Deus sit imutabilis: ubi concludens Aristoteles, inq̄, & Auicenna statuerūt Deū necessario se habere ad oīa exteriora: quo sequitur ut cetera oīa necessario se habeant ad Deū: siue immediate referant ad eum: siue mediante motu: q̄ ex uniformitate in toto ponat difformitatē in partibus mobilis: & mediante mobili generabilia, & corruptibilia difformiter referant ad eum. Quod siq̄ Aristotelis fundamentū hoc seruans Deū necessario creare: uel esse causam necessariā dicit: non uidet cōtradictionē sibi statuens causatū necessarium: ut quinto metaphysica edocet. Adicit idem autor eodē in loco rōnes philosophorū: quibus p̄bat Deum agere ex natura: necessitate: quae prima haec est: p̄fectior causandi modus attribuendus causae primae est. Sed causare necessario perfectior modus, q̄ contingēt est: cū necessariū sit nobilius, q̄ contingēs. Ergo prima cā necessario causat. Secūda ratio est, q̄ in quo agēte idē est eē & agere. Si esse est necessariū: & agere necessariū est: sed in deo idē est eē & agere: ergo si dei eē est necessariū: & agere necessariū est. Deus igitur necessario causat: nō libere: aut cōtingenter. Tertia, q̄ sūmo enti nihil p̄ accidēs cōpetere potest: cū ens p̄ accidēs imp̄fectionē dicat. Agere autē cōtingenter ē agere p̄ accidēs: ergo attribui deo non potest. Haec Scotus. Erix uero candauensis autor, & hic clarus: philosophi, inq̄, Statuūt deū esse causam creaturā nō uolūtatis dispōne: sed naturae necessitate, ut Ambrosius primo hexameri refert. Idē mox: sententia philosophorū de mūdi aeternitate est: ne mūdo hēat non eē ex sua natura: sed t̄n p̄ intellectū: & ip̄sibile sit ne fuerit: & aliqui possit nō esse. unde principū apud eos est nō posse mundū non eē: aut nō fuisse: q̄m deus nec potuerit nō dare eē: nec potest auferre: q̄ sola naturae necessitate mūdo hēat esse a deo: aut uolūtate imutabilitatis cōiuncta necessitate non libera ad dandū, & nō dandū. Ita ab his doctissimis uiris de rōnibus potissimis philosophorū exponit: Aristotelē, & Auicennā cōuenire: ut de^o agat ex natura: necessitate: nec libere: ut aduersarius putat: ne sequat: ut cōtingēt agat: q̄ dicit imp̄fectionē. Albertus uero magnus in octa uo physico: tractatu primo. Peripatetici, inq̄, & Aristoteles ipse mundū p̄cedere a prima causa p̄ modū necessitatis dixerunt. Volūt enim, ut notū p̄ se sit ab uno principio non nisi unū p̄cedere: atq̄ ita a prima cā p̄cedere intelligentiā: quae sit secundū naturae ordinē t̄n primū. licet. n. primū secundū rōnem resolutionis sit essetū in uis: q̄ simpliciter sunt simplici: & potētius intelligentia siue substantia intellectualis est: q̄ q̄m se intelligit: & suo intellectu in se ipsa reflectit cōposita est

aliquo modo compositionis: qui determinandus hoc loco non est: quo fit, ut intelligentia sit quiddam per modum actus: & quiddam per modum potentiae: atque ex parte ipsius potentiae: quiddam a prima causa: primaque intelligentia procedit tantum primum corporeum: quod caelum est uniforme. Ex parte autem actus procedit secunda: siue ordinis secundi intelligentia: a qua & prima causa cum prima intelligentia procedit intelligentia ordinis tertii: caelumque eius: atque ita processus agitur multiplicatis subinde principis per omnem caelorum diuersitatem. Quod non distantia alterius caeli ab altero nihil faciat ad diuersitatem reliquorum caelorum: ut in elementis fit: propterea rem totam ad intelligentiarum diuersitatem referant. Ita & Albertus contra aduersarium de Aristotele loquitur. Quod si admittimus Aristotelem ita sensisse: ut mundus a Deo: seu causa efficiente productus fuerit ab aeterno: qua opinione Scotus est? Respondere cum ipso possumus mundum necessario ab aeterno productum. Atque ita ex fundamentis: tum Aristotelis: tum Auicennae deducere differentiam agentis naturalis: ut bifariam sit: aut enim perfectum: aut quod perficiatur eo, quod producit. Quod quidem non propter se, tanquam finem agit: sed propter aliud: quo, ut sine perficiatur. Alterum autem agens naturale est perfectum: quod liberaliter agit: id est non expectans perfectionem a productis: quod procedit imperfectum illud: cum semper imperfectum praesupponat perfectum eodem in genere: quod si causalitas effectiua Deo attribuatur: hoc agens dicam ex Aristotelis opinione esse Deum: quippe cum Dei natura sit bonum: atque munificum. Ita non inclinatur ad mundum producendum: tanquam effectum coeuum: & sibi connaturalem: itaque productio haec naturalis nullam in Deo acquirit perfectionem ostendit: sed tantum naturam diuinam esse liberalem: benignamque: qua ad id faciendum naturaliter inclinatur: scilicet non eius, quod producitur ueluti huius causa: sed sui causa bonitatis. Ita constat mentiri aduersarium: cum ad Aristotelem autorem referat Deum libere contingenterque mundum producere & seruare. Ad argumentum primum cum quod naturaliter dependeat, dicit dependere, ut uel partem a toto: uel proprium accidens a suo subiecto: dicimus non argui ex sufficiente diuisionem: nam praeter illos duos dependendi modos: tertius est per effectum proprium: & adequatum causa naturalis: ut motus caeli dependet ab intelligentiis: quae naturaliter mouentur: dependet itaque mundus ex Deo: ut proprius effectus: & adequatus: qui naturaliter producatur. Aut si hoc minus: tamen certe conseruatur. Sed quomodo aduersarius per ignorantiam tertium diuisionis membrum praetermisit: tamen damus ei dictum: quod praetermissum est: & intelligatur: aut per proprium & adequatum effectum naturaliter profluentem a causa naturali. Respondemus uero mundum esse proprium: uel productum: uel conseruatum: & cum nullas esse oppositiones dicit, quae non possint conuenire aequae substantiae: & eius proprio: falsum id esse respondeo: proprium enim quod sit accidens: inhaeret: & tamen substantia non inhaeret: sic ergo & mundus, quod proprium: uel productum: uel conseruatum a Deo dixi dependere: quod Deus a nullo dependeat: nec uero sequitur: ut si quae oppositiones conuenire non possunt: pariter subiecto, & eius proprio: ut una ex his sit oppositio illa aeterni, & temporalis. Fieri non potest: ut alterum oppositorum: causa: alterum effectus sibi proprium habeat. Quamobrem non sequitur: ne mundus sit proprius effectus naturalis Dei aeterni: si ipse est temporalis. Immo uero oppositum sequitur: ut quoniam mundus non sit Deo aequalis: si Deo attribuitur aeternitas & immutabilitas mundo opposita attribuantur: cum longius a Deo deficiat: nec Deum adaequare possit. Responsum uel ex uniuersae naturae ratione dari potest: ut mundus dependeat a Deo: tanquam pars uniuersae naturae ab altera eiusdem naturae parte: quae principalior est: & ad rationem dicimus Deum per respectum ad uniuersum hoc est aggregatum ex motore & mobili: aut dependente, & dependente per modum partis intelligi suo modo & genere: quia qui suo simplicior esse actus est purus. Ad secundum: quod ex eo deducitur: quod se demonstrasse dicitur Deus ex nihilo faceret. Respondemus, quod saepius dictum est iam: non esse ex Aristotelis opinione: ut Deus ex nihilo quicquam faciat: nec sequitur si mundus non dependet ex Deo: sicut uel res artificia ex arte: uel naturalis ex natura: non naturaliter ex eo dependeat: ut declaratum superius est. Respondere etiam ex opinione Auicennae licet: ut & si ab aeterno mundus creatus ex nihilo est: tamen naturaliter ex Deo dependeat: nec sequitur, quod inferatur si ex Deo naturaliter dependet: ex aliquo insito: naturali: inferiori Deo mundum produxerit. modus non iste agentis naturalium imperfectorum agentium est: non illius perfectissimi naturalis agentis, quod Deus est.

Ad tertium: quidam respondent: non omne agens naturaliter perfici suo effectum: aut eo quod ex se dependeat. Sed hoc de agente imperfecto naturali tantum dici: nam perfectissimum illud agens naturale: quod Deus est: non perfici suo uel effectum: uel dependente: ut dictum est. Sed nos posito, ut Deus agat efficiendo & producendo: dicimus etiam eum qua ita agens est: sua ipsum perfici actione: hoc est seipsum perfectissimum semper esse: & qua sibi annexum: dependentemque habet mundum: non nouo perfici: sed semper esse perfectum: quoniam, & semper habeat sibi dependentem

dentem: nec id inconueniens est: ut deus sua perfectus sit actione: immo uero attribuendum necessario est: cum imperfectus sit: nisi agatur: quae sua maiestate sunt digna. Ad quartum, Intellectum diuinum esse ita: ex quo mundus dependeat: quae intellectum si libet: & uoluntatem: & naturam diuinam uocare non recuso. Sed hic intellectus principium apud Aristotelem est conseruans: & mouens id, quod ex se naturaliter dependet. Intellectus, inquit, idem quod uoluntas in deo est. Quod si mundus ex intellectu dependet: ex uoluntate quoque dependeat, necesse est. Respondeo concessum iam esse mundum ex dei uoluntate dependere: uerum id non facit: ne naturaliter dependeat. uoluntas enim finem naturaliter appetit. Diuus etiam Thomas, concedit spiritum sanctum produci per modum uoluntatis: & tamen non libere: sed naturaliter produci.

Ad quintum. Non sequitur: si quid factum ad aliquem finem est: ut idem: & ex uoluntate tantum: nec naturaliter factum sit. Deus enim: ut naturaliter se uult: sic & mundi conseruationem naturaliter uult propter seipsum. Ad ultimum quoque pari ratione respondemus. Nam si uoluntas diuina remoueat a mundo: nemini dubium est: quin mundus in nihilum conuertatur: sed, ut consequens istud impossibile est: ita & antecedens uidelicet: ut deus suam uoluntatem a mundo remoueat: quando id naturaliter: & necessario uult. quippe, qui naturaliter suam uult bonitatem, quam naturaliter sequitur mundi uel productio: uel conseruatio. Concedo igitur uoluntatem diuinam esse principium mundi: sed quod saepius dictum iam est: uoluntas dei naturaliter mundum uult siue statuit per quandam comitantiam naturalem: itaque ipsa dei uoluntate exultat mundi productio: aut conseruatio. Ratio respondendi ad haec eadem argumenta: uel a naturae diffe-
rentia accipi potest. Nam, ut dictum iam est: duplex naturae ratio intelligitur: altera uniuersalis: altera particularis: quae & secundam: & inferiorem: & temporalem dici non dedecet. Sunt qui alteram naturam alteram naturam uocent: alii aliter nominant. Eodemque pertinere uel illud uidetur: quod causarum essentialem ordinem dicimus. Non referat quoque nomen appellatur: quando nomina ex instituto: aut facta sint: aut facimus. Appellet unusquisque libet modo de re conueniat. Mihi uniuersalem uocare placuit: quod Aristoteles deum compleuisse totum siue uniuersum faciendo generationem continuam dixerit: propterea, quod natura omnibus semper quod melius sit: appetit. Naturae enim uniuersalis intentionem his uerbis significat: cuius causa consulens deus parti deficienti suppleuit eo: quo fieri poterat modo: effecitque ut species seruarentur: nequid terum uniuersitati deesset: quae cum ita sint cum aduersarius mundum produci: aut seruari a dei libera uoluntate dicit: ita ne naturae illius necessitate intelligat errat. necessaria enim naturae ratione producit: non ex necessitate, quod liberam uoluntatem dicit. Sic enim hoc utitur uerbo Aristoteles: ut primo politicorum constat. Coniungi, inquit, mare cum femina necesse est: idque non ex necessitate: sed sicut in ceteris tum animalibus: tum plantis naturale est appetere, tale relinquere alterum: quale ipsum quodque est: naturaliter igitur: & necessario producit: & seruatur. Verum non naturae particularis necessitate: sed uniuersalis: cuius causa deus agit nequid desit ex iis: quibus uniuersum consumatur. Deum enim esse: & mundum aut aliquam partem mundi necessarium non esse: ratio uniuersalis naturae non patitur. Quamobrem simul fuerunt mundus: & deus: & erunt simul semper iudicio Aristotelis, quae fides: & uera religio ita uult: ut libere omnino mundus productus a Deo fuerit: nullaque necessitate id factum aut inclinatione naturali autore diuo Paulo: qui scribens ad ephesios, operatur omnia, inquit, secundum propositum uoluntatis suae. Haec ubi ita probauerit aduersarius: quasi iam indubie de ille materiam dixerit: coaeternam deo: & in improductam. Ad dicitque ad huius sententiae reprehensionem: quod ita deus nihil plus posset, quam opifex qui ex materia facit: & quod materia sine loco tempore: formata ab aeterno fuisset. Quod non conueniret: nec per se: nec per accidens: & quod deus esset materia prima: cum deus non sit in loco: nec per se: nec per accidens: & duo essent principia: quorum neutrum sub altero esset: & alterum summum bonum esset: alterum summum malum. Proinde Platonem posuisse dicit deos duos primos: Alterum fontem lucis & uitae: alterum tenebrarum: & mortis. Sed materia non esse a Deo productam ex Aristotelis opinione ostensum iam est. Platonem uero ita creati materiam: & compositam: quod ex materia est uoluisse: satis libro superiore exposui: & nunc ea: quae a diuo Thoma dicuntur de Platone in exponendo opere diui Dionysii de diuinis nominibus referunt aduersarii impentitate: teste tanto uiro: sit notior. Considerandum est, inquit, emendatum esse a Platone errorem ueterum autorum: qui non distinguere materiam a forma poterant in rebus generabilibus: & corruptibilibus. Statuerunt enim materiam primam esse aliquod corpus in actu: ignem: aut aerem: aut aliquid tale. Plato autem formae corporali subesse materiam animaduertit: quae in sui essentia nullam speciem haberet: sed tantum esset materia. Eandemque a priuatione non distinguit: ut ab Aristotele in primo

physicorū libro scriptū est. Quāobrem tam ipse, q̄ eius confectores materiā appellarūt: non ens p̄pter priuationē adiunctā: quo modo loquendi Dionysius etiā utitur: q̄q̄ secundū Aristotelē necessariū est materiā a priuatione distingui. q̄m̄ interdū sub forma: interdū sub priuatione reperitur: itaq; priuatio adiungitur ei per accidens. Itē considerandū secundū Platonicos auctores: quo altior causa aliqua est: eo ad plura se extendere eius causalitatē. Vnde quod primū subiectū in effectibus est materiā dico primā: hoc esse oportet effectū primæ naturæ solius: quæ bonum est. ois autem effectus conuertitur ad suā causam per desiderū: unde materia prima desiderat bonum: quod desiderium magis naturale i esse uidetur, q̄ priuatio: & ordo eius ad actū. Ergo Plato: & eius cōsectores non materiā præfuisse: ex qua deus mundū crearet, putarunt: nec duos primos statuerunt deos: ut aduersarius calūniatur: sed argumenta quoq; ipsa nullam habere vim q̄ nō uideat. nō. n. sequit̄ ne deus p̄stātor opifice sit: quia uterq; ex materia faciat: nā deus formatū substantialiū auctor ē: opifex uero accidētaliū. Quid uero sequat̄, ut materia ab æterno fuerit sine forma: aut materia prima sit de⁹. nec enī Plato ex materia p̄supposita mundū creatū scribit: sed uia rōneq; generatiōis p̄cedere materiā intelligēs: docendi gratia ex materia creatū dicit: & deo nō cōuenit locus: neq; tēpus p̄pter īnitātē actiuitatis. Materix aut̄ hęc determinata nō conueniūt p̄pter passibilitatis indeterminationē. est enī pura potētia passiuā i determinate habēs ad oia. Ita aduersarius p̄re sua ignoratiōe: & falsa p̄ponit: & inepte argumētā: hęc in aduersariū potiusq; sese ex opinionōi Aristotelis fonte ista hausisse p̄tēt: q̄ in ipsū Aristotelē disputata uolumus: nā q̄ ad hūc philosophū spectat: nō admodū difficile nobis foret: pluri bus: ac certiorib⁹ scriptorū suorū testimoniis ostēdere eū a p̄ceptoris sui sentētia de æterna mundi p̄creatione nō discessisse: quā rem a nōnullis cū theologorū: tū philosophorū: factitatā fuisse nō ignoramus: nec certe minus studiose amplectimur Aristotelē hui⁹ opinōis auctorē: q̄ Platonē ipsū cū fidei nostræ ueritate: quātū ḡtilitatis ratio pati potuit: cōsentientē in p̄ductiōe uniuersū ex uno primō: simplicissimoq; p̄cipio: quīs nō r̄p̄aliter: neq; libere: siue cōtingēt: ut religio n̄ra docet: q̄ diuus quoq; Thomas i iis q̄stionib⁹: q̄s de potētia diuina grauit̄ & apposite disputauit: plane cōfirmat: ut nūq; philosophū dicēs i mūdi creatiōe ab æterno iter se cōsentire.

Platonē optime discernisse de aiæ immortalitate: ita ut secūdū Albertū rōnes ei⁹ paucis mutatis: demōstrationes uideri possint. Aristotelē uero secūdū Themistiiū: Alexandrū: Auerroē: & alios: ut unicā esse aiām oibus īgenerabilē & īcorruptibilē sensisse: aut primū deū eē intellectū agētē: q̄ illuceat oib⁹: & sepabilis: atq; īcorruptibilis sit: aiām uero hūanā ḡnarī: atq; corrupti. De uehiculo animæ, quid Plato senserit.

Solutio argumentorū aduersarij: quibus probare nititur Aristotelē aiā immortalitātē posuisse. Incorruptibilem esse intellectum trīariam accipi posse. Quomodo intelligatur illud Aristotelis: separari hoc ab hoc: tanq; perpetuum a corruptibili. Reprehensio aduersarij, q̄ neminem dicat Aristotelis sententiam intellexisse se uno excepto. Quæ de cōpositione animi ex intellectu possibili & agēte essentialiter: & de cōpositione intelligētis: similiter scribit aduersarij, tanq; prim⁹ eorū: re: inuētor: hęc ab Auerroē priō scripta eē. Argumenta, quibus hęc probare nititur aduersarij: & eorū confutatio: ac solutio. Vnquanq; substantiam abstractam esse sine materia: actionemq; esse puram sine ulla potentia ad esse contra aduersarij sententiam.

Nullam formam abstractam esse compositam. Nullam esse distinctionem in substantiis separatis nisi intellectum: & proinde, nullā esse diuersitatem partium essentialium componentium.

Licet diuus Thomas intelligentias citra primam dicat compositas esse ex essentia: & esse, aut ex potentia & actū: non tamen intelligendum componi eas ex materia & forma. Caput. xxii.

Vm capite suo septimo: & usq; ad decimū sextū agit de aiā: & primū Platonē dicit, nihil noui discernisse de immortalitate aiō: sed, quæ a poetis acceperat retulisse: & uehiculo sustētari corporeo aiām uoluisse: q̄ poeta umbræ noiē appellauerūt. Sed q̄bus nā, & quot rōnibus Plato, aiām esse immortalē ostenderit: satis me libro superiore exposuisse arbitror. Ceterū aduersarij cōuictio magis, q̄ iudicio mot⁹ differētia: quæ iter Platonē & poetas, ē: ceterū aiō neq; itaq; spurcissimis uerbis fœdat auctorē: cū ne unū q̄dem ex multis atq; ḡmētū eius in mediū integre afferat: q̄d̄ resellere conet. Agit ipse: tantūmodo maledictis īfētans rationē Platonis de immortalitate: quā rationē Macrobi⁹ uir doctissimus nō mō p̄bat: sed etiā tuendū: t̄ndet argumētis Aristotelis: quibus ille negat: aliqd̄ posse mouere se ipsū: quā Albertus magn⁹ cōmēdat ope suo de origine aiæ his uerbis. Quibusdā, inq; p̄quā paucis mutatis rōnibus hęc Platonis fortis demōstratio ē. Sed, n. ītelligētē motū: q̄ a Platōe tribuit aiā: nō eē aliud nisi actionem

actionem: siue operationē: quæ corporeo instrumēto non utat̄: quo quidē argumento p̄cipuo Aristoteles de foris intellectum: siue mentem accedere: immortalēq; esse probat: nō interest hominis: qualis hic Platonis aduersarij est: uehiculum uero illud animæ ex corpore lucido: æthereoq; contractum: aduersarij quidem pro sua consuetudine irridet: Platonici uero his rationibus necessario id ponendum existimant. Cum enim animā bifariam distinguant: & aut īparticipatam esse dicant: qualis est uniuersalis illa: quam mundi animam uocant: tertiamq; in diuinitate personam ponunt: quam scilicet nos spiritum sanctū esse dicimus: ut sepe in superioribus ostendimus: aut participatam: hanc quidem aiunt: cum participata sit: atq; æterna: uti corpore oportere primo æterno: īgenito: & īcorruptibili. Cum enim omnis anima per essentiam æterna sit: esse aut̄ eius sit īmutabile: profecto ipso esse animæ aliquod corpus: semperq; illud animæ necesse est: unde sequitur, ut & quod animatur: semper animet̄: semperq; uitæ particeps sit: & cum semper uiuat longe magis: semper sit: quod uero semper est: profecto æternum est. Cum igitur anima participata sit: suoq; ipsius esse animet̄: necessariū est: ut corpore primo: æterno: īgenito: & īcorruptibili secundum essentiam. Huiusmodi uero sunt cum cœlorū: & syderum animæ: tum reliquæ illis inferiores: quemadmodum enim syderum: ac cœlorum animas perpetuo unitas corpore tam Aristotelici: q̄ Platonici uolunt: & hęc diuina nomināt animā: ita has quoq; inferiores animas censet Plato aialia esse: & perpetuo corpore unitas: quippe nisi ex anima & corpore consistet: esse animal non potest: cui sententiæ nonnulli etiam ex philosophis nostræ religionis consentire uidentur: aut enim non esse animam formam substantialem corporis: aut perpetuo uniti corpori debere asseuerant: ne alioquin sit forma per accidens. Necessarium præterea esse huiusmodi uehiculū Platonici dicunt ad adunitiones: abunitiones: & transitiones. oportet enim in latina lingua rebus huiusmodi noua accommodare uocabula. Nam cum nihil secundum naturam de extremo ad extremum procedat: sic enim uacuum datur: sed per aliquod medium omnis transitus fiat: necessarium existimant animam immaterialem: & incorpoream corpori huic composito uisibili: materiali: & corruptibili: nō immediate: sed medio aliquo sublimiore: subtiliore: īcorruptibili: atq; perpetuo corpore uniti: id autem diuersis animis: diuersum esse arbitrantur: & eam unum uehiculum ad aliud proportionem habere: quam habet anima superior ad inferiorem: quippe secundum cuiusq; animæ naturam: distributionem etiam uehiculorum esse oportere. Ad hęc cum Plato: & sectæ eius æmuli nihil se te in hac parte a nostra religionē: & fide catholica discrepantes: quemadmodum præmia æternæ: & ueram felicitatem recte agentibus statuerunt: ita etiam male uiuentibus non leues pœnas & corporis cruciatus paratos esse censuerunt: anima uero incorporea: atq; īmaterialis: pati a corpore immediate non possit: itaq; nec pœnas ullas sentire: nec sentiendo turbari. haud ab re corpus istud quāuis subtile: atq; æthereum: corpus tamen ei perpetuo uniuertunt: in quo puniti promeritis possent. sic etiam aliqui ex doctoribus nostris: haud ignobiles philosophi īuestigare uolentes: quomodo incorporea anima: igni corporeo affici possit: dicunt: posteaq; carne ipsa exuta est: sensitua potentia remanere in ea: & ut Augustinus, inquit, omnes sensus uinaciter tenere. Enim uero hanc rationem unionis extremorum per medium usque adeo: necessarium etiam Aristoteles ipse putauit: ut idem fere libro de generatione animalū secundo: dixerit unionēq; animæ cum corpore hoc corruptibili fieri statuerit intercedente alio corpore diuiniore ipsis elementis: ac separato. Omnis, inquit, animæ uirtus aliud sortiri corpus uidetur: & his quidem diuinius: quæ uocantur elementa: atq; ut animæ inter se nobilitate: uel ignobilitate differunt: sic talis natura corporis inuicem differt: & paulo post de eodem corpore loquens, hoc, inquit, nō ignis est: nec ulla talis potentia: sed spiritus qui in semine illo genitali: spumeoq; cōcipitur: & natura: quæ in ipso spiritu analogum est elemēto stellarum: quin etiam paulo post id ponit: partim a genitura corpore separatam: partim non separatam: quod scilicet crassius: ac materialius humidum: atq; aquosum sit. hoc enim dissolui & dissili per totum sperma existimat: tanq; in laete coagulum. Nulla igitur ratio est cur irridere Platonem aduersarij debeat: q̄ animam existimant cum excellentis naturæ corpore ad generationem accedere. Secundum ait Platonem ineptius etiam, q̄ poetas ipsos scripsisse. Illos enim immortalitatem aiæ solum humanæ: hunc omni animæ tribuisse: & nobis animam talem, qualē scarabeis: & uermiculis statuisse: eandēq; trāsire de beluis ad hoies: & de hoibus redire ad beluas. Hęc obiicit Platonē: & turpē indoctū atq; hostē fidei catholicae suis noibus appellat: quibus de rebus nos satis superiori libro respōdim⁹: ut nisi q̄ bestia sit: & beluino ducat sensum: nō ita de Platone sentire possit. Tertio Platonē dicit rōne usū remota a re: natura ad probandā aiæ immortalitātē: Aristotelē uero naturæ cōueniētē sic demōstrasse: q̄ corporeo nō utit̄ organo: id separabile est: intellectus nō tali utit̄ organo: ergo intellectus separabilis: & p̄inde īcorruptibilis: immortalisq; est. Equē Aristotelē male

sensisse de aia nō dixerim: immo plura afferre possum ex eius opinione de aia immortalitate quā aduersarius afferat. Nec uero id institutum est mihi: ut Aristotelem errasse ostēdam: sed ut Platonem non errasse quando uel Aristoteles eadem: quae Plato disserit. Itaq; sit ita: ut Aristoteles recte opinetur: nec aliter atq; Plato: & mea quidē causa non ualeat autoritas: uel Auerrois uel Alexandri: quorum alter Aristotelem scribit sensisse unicam esse animā intellectuā omnibus ingenerabilem, & incorruptibilem: Alter primum Deum esse intellectuā agentem: qui illuceat omnibus & separabilis atq; incorruptibilis sit. Animam uero humanā generari atq; corrumpi. Themistius item eadē fere Aristoteli tribuit: quae Auerroes. Sed, quod modo dixi: ualeant plus, qui meliora: q̄ qui ista illi ascribunt: plura tñ referre ad Aristotelem autōrē: q̄ philosophorum ratio patiatur. Derogare profecto est religioni nostrae: & fidei, quae neminem praeter sanctos christianae sententiae autores animam esse perpetuam parte post solū uoluisse autumat. Cum itaq; aduersarius contra religionis sententiam dicat aiam intellectuā ex Aristotelis opinione formam esse substantialem humani corporis: quae det esse specificum: & multiplicetur ad corporis multiplicationem: & incipiat esse cum corpore: & tamen non finiat corrupta per corporis corruptionē: sed aeterna parte post maneat: an ita Aristoteles senserit uideamus. Hic enim non posse uidetur iudicio eius quidem philosophi: ut aliqua forma substantialis materia det esse specificum: & tamen remaneat materia hoc est proprio subiecto corrupta. Nam si forma incipit esse cum materia: & esse desinat cum materia necesse est: ut septimo metaphysicae demonstratur. Quod enim partes ex quibus totum cōsistit materiales sunt: hinc his destructis: destruitur totum necesse est: & cum praeter partes formam poni in toto oporteat: hinc toto non manente: forma ipsa manere non potest: ut. si. ce. syllaba resoluatur in suas literas: fuerint quidem. c. & e. sed non fuerit. ce. ipsa syllaba: & proinde forma interimetur: quae exultans cōpositum ipsam consequitur: nec dici potest id de forma totius: non de forma partis intelligi: quasi corrupto corpore non remaneat humanitas: quae forma totius est: & principia speciei essentialia refert: licet remaneat anima: quae forma est partis. Humanitas. n. contracta in hoc corpore: per formā partis contracta est. Itaq; si corrupto corpore, non manet humanitas: animam ipsam prius perisse necesse est: quando nihil corrumpitur saluis adhuc suis principiis. Item aliquid incipere esse: & tamen non desinere aliquando esse: impossibile apud Aristotelem iudicatur: unde principium eius est: ut quod perpetuum & incorruptibile est parte post idem etiam parte ante perpetuum sit. Quamobrem Platonē primo de caelo reprehendit: quod mundū principium habuisse: sine autem nunquā habiturum dixerit: quod si anima aliquando inceperit: & esse aliquādo desinet. Dixerit aiam dari a Deo creatam de nouo: & propterea non subici natura: rationi: ut quia inceperit: desinat idq; ita Aristotelem uoluisse. Sed ubi nam hoc ab Aristotele scriptum est: aut quomodo ex libris: quos ille reliquit id accipi potest? Tribuit aduersarius Aristoteli: quae fidei nostrae peculiaris sunt. Mirum q; & incarnationem: & passionē: & resurrectionem: & reliqua nostrae religionis facta profanare ingentes tēperant. sed enim non alienis placitis exponenda doctrina Aristotelis est: sed suis: nec satis est asseruisse Aristotelē eadē: quae nos christiani, sensisse. Sed etiam refelli rationes eorum, qui id negent requiruntur. Respondeat igitur aduersarius si potest diuo Thomae improbantē rationē illorum, qui cum mundū aeternum statuāt: animas esse actū infinitas absurdum non putent: & iudicanti fieri non possent aut infinitum sit actū contra naturā: rationem: aut per circuitiōnē animarum agant: aut una omnibus anima sit: aut una cū corpore intereat omnibus. Nam per infinitum tēpus praeteritum infinitas fuisse animas certum est: quae si non sunt: desit quod inceperat: si autē sunt: sequitur ut actū sint numero infinitas. Respondit quidē Auicenna non esse inconueniens esse infinitū actū in multitudine per accidens: qualis multitudo sit animarum: cum omnes eiusdem sint speciei: q̄q; impossibile est in multitudine: quae per se sit: qualis multitudo est causarum essentialiter ordinarum. Sed diuus Thomas nullam uim esse in hac responsionis ratione arbitratur. Cum enim quāuis multitudo certa specie numeri contineatur: quisq; autem numerus sit finitus: sequitur, ut nulla sit multitudo actū infinita: neq; per se: neq; per accidens: & cū omnis multitudo indiuiduorum sit causata: sequitur, ut animarum quoq; separatarum multitudo sit causata. At omne causatū sub certa agentis intentione comprehenditur: proindeq; sub certo numero est. Sic diuus Thomas: qui etiā quaerens an possibile sit mundum esse ab aeterno: quaestione quadragesima sexta: respondet de animarum infinitate hoc modo. Qui mundi aeternitatem ponunt: rationem hanc multifariam uitare conantur. alii enim non putant impossibile esse animas actū infinitas in multitudine per accidens: quod supra refellimus: alii animam una cum corpore corrumpi existimant: alii circuitum quēdam statuunt animarum per itam, ac reditum: alii eadē omnibus esse intellectuā animā uolunt. Respondeat itaq; aduersarius iudicio: & rationibus his sancti doctoris: Quonā pacto

pacto animae sint ab aeterno. Nō per circuitum dixerit, & transitionē: quia Platonis hoc est: nō per infiniti rationē: quia hoc improbatum est. Igitur alter de his duobus dicat necesse est. aut enim unum: eundemq; intellectum omnibus esse: aut una cum corpore animam interire. Quo fit, ut nemo ex Aristotelis opinione possit animam dicere distingui ad corporis distinctionem: & eandem post corporis corruptionē permanere. Albertus etiam in hac eadem sententia est: & Thomas uero anglicus in ea quaestione, quam de intellectu scribit. Arbitror, inquit, Aristotelē & Auerroem eiusdem fuisse opinionis: & quod ad primum articulū pertinet: eam sententiam Aristotelis esse: ut intellectus incorruptibilis quidem sit. Sed cum omne incorruptibile sit in generale iudicio eiusdem philosophi: sequitur, ut aeternus sit tam parte ante, q̄ parte post. Quod autem ad secundū pertinet: licet nec Aristoteles: nec Commentator posuerit indiuidua in genere substantiae distingui sub eadem specie: per quantitatem: aut per aliquid exterius: sed per in terius: tamen multitudinem indiuiduorum speciei eiusdē incorruptibilis tantum posuerit: quoniam natura speciei seruati in uno indiuiduo non potest. Quamobrem ubi tota species in uno aliquo seruati posse uidebatur: frustra poni eiusdē speciei indiuidua putauerunt: nec adiacere oportere conditiones indiuiduales speciei arbitrati sunt. Itaq; in formis carētib; materia: nec suo esse dependentibus ex materia: singula indiuidua: singulis speciebus posuerunt: ut duodecimo metaphysicae constat. Sed Scotus quidē in quarto sententiā: neq; persistere Aristotelē in eadē sententiā, quoties de anima agit: sed dubitare: & modo hoc: modo illud adducere ait. Varie, inquit, locutus Aristoteles est: & locos eosdem ex diuersis principiis tractat: ut tum hoc: tū oppositum sequi uideatur. Vnde crediderim illum hac in re dubitasse: itaq; ut sit dum in dubio est animus: modo huc: modo illuc impulsus accessisse, prout materia alterutram in partē conuenienter tractaretur. Afferit etiam argumenta plura: quibus probet immortalitatem animarū principis Aristotelis repugnare: quale uel illud adduci potest: cum enī ex eius philosophi opinione: melius sit animae esse cū corpore, q̄ sine corpore: Si anima ita a corpore separatur: ut subsistere per se possit: aut reuertetur aliquādo ad corpus: ut Plato opinatus est: aut nunquā aduersarius dixerit: si sibi constare uelit: quod si nunquā reuertetur: carebit prorsus per infinitum tēpus corpore, quo cū esse melius est: & desiderio tenebitur eius sine quo infelicius deganē necesse est: & appetit frustra: quod assequi nunquā possit. Sed si, ut solet: conuictus ratione: fugiet reus ad aram: & inde resurrectionē fidei nostrae peculiarem Aristotelē opinatum clamabit: ridendum iam fuerit: non disputandū. Merito igitur, & diuus Thomas: quāuis, & ipse possibile esse mundum fuisse ab aeterno statueret: tamen multitudinē infinitam per accidens aiarum improbat: & aut unum omnibus esse intellectum: aut transitū animarum probat in ea ipsa aeternitatis mundi opinione: & ante Themistius: Alexander: Auerroes: quorū mentionem modo fecimus: putant intellectus unitatis conuenire Aristotelis opinioni: quae cum ita sint: cur aduersarius dicere non dubitat necessarii argumentis demonstrari ab Aristotele: animos esse immortales: eodem modo: quo nos ex fide opinamur: sed rationes, quas potissimas afferat: uideamus. Quoniam inquit, animus non utitur organo corporeo: separabilis: proindeq; immortalis est. Sed cum ideo uti organo negetur corporeo: ne perfectio organi sit: & corrupto organo: ipse quoq; corrumpatur: dicat aduersarius quo nam organo phantasia a se perfecta utatur: quae non separabilis est. cum enim aliud sit phantasia, q̄ sensus & intellectus: ut in tertio libro de anima scribitur. Nō est dicendum phantasia, quae phantasia est: & per se id esse quo organum: aut tactus: aut uisus: aut auditus: aut odoratus formetur, & perficiatur. Quod si ne a phantasia quidem perficitur ullum sentiendi instrumentum: quod organū aduersarius graece appellat: nō necessario sequitur: ut propterea incorruptibilis sit intellectus: quia non utatur instrumento. Item incorruptibile esse intellectum: trisariam accipi potest: aut enim ita ne a toto dependeat naturali & corruptibilis: aut, ut incorruptibilis sit in sua operatione: quāuis corruptibilis in esse: quomodo potentiam uide di, q̄q; corruptibilem in essendo: utpote dependentē a toto corruptibili dicimus: tamen non in sua operatione corruptibilis est: nisi per accidens: uidelicet ratione instrumenti: unde fit: ut si senex oculū optinuerit iuuenis: possit perinde, ac ipse iuuenis cernere: ut in primo de anima scribitur: aut tertio modo: ut ratione tum instrumenti: tum operationis incorruptibilis sit: quomodo intellectus: ut qui non utatur corporeo instrumento incorruptibilis est ratione instrumenti per accidens: & ratione operationis per se. Verū nisi probetur nō dependere a toto corruptibili: quod nunquā probatū ab Aristotele est: nō sequit incorruptibile esse suo esse. Ergo si intellectus non habet instrumentū corporeum: non corrumpitur per instrumentū ipsius laesionem: & ob eā rem non corrumpitur ab amplificatione rei intelligibilis: sed non sequitur, ut simpliciter incorruptibilis sit: cū dependeat in esse a toto: cuius est actus primus. In hac eadē sententiā Scotus quoq; est: quo sententiā: per distinctionē quadragesima quarta: ubi nō posse ex his Aristotelis uerbis accipi

animam esse mortalem: aut separabilem: nisi instrumenti ratione ostendit quin etiam si quis adducat ex libro secundo de anima: genus hoc animae aliud esse uideri & separari: ut perpetuum a mortali: Respondeo item cum eodem doctore Scoto, dici de separatione: quae ratione instrumenti intelligatur: cum intellectus ipse nullius instrumenti actus siue perfectio sit: proindeque perpetuus esse debeat, atque immortalis: quia nunquam ratione instrumenti quidem corrumpi potest. Vel dicam cum Alexandro: intellectum esse agentem perpetuum & incorruptibilem qui deus sit non quod remaneat singularis exutus corpore. Quod autem ab Auerroee scribitur animam esse compositam ex partibus incorruptibilibus: intellectum dico possibilem & agentem: opinio eius propria est: nec uniri corpori animam secundum esse: sed eadem distribui omnibus scriptum ab eo est. Nos de ea differimus: anima: quae forma hominis sit dans esse: & ad corporum numerum multiplicetur. Quod uero aduersarius adicit animam se ipsam intelligi: & in se ipsam conuerti: ad quae a Platonice deducitur argumentum & immortalitatem: ut ipsi sentiunt, concludit: tamen peripatetica schola non assensit: eo quod immortalitatem non indicari contendit. Nam & cogitandi uirtus ab Auerroee dicitur cognoscere intentiones indiuiduales omnium praedicamentorum: quod quidem explicat eam uirtutem se ipsam cognoscere: & in se ipsam conuerti: & tamen nemo dubitat corruptibilem eam esse, atque extensam. Si ad hunc locum rationem argumenti a Platonice autoribus mutetur: ut ante pluribus locis iam fecit: audiat satis esse non uti corporeo instrumento: aut materiali & extenso ad eam facultatem: ut intellectus ad se ipsum conuertatur. Quarto neminem intellexisse Aristotelis sententiam dicit: se excepto: gloriosum militem & hominem nouae laudis audissimum: qui cum philosophiae rudimenta non dum satis attigerit: se unum ea intellexisse factat: quae alii complures: & summi uiri philosophandi scientia clariora: assequi nequiverint: scilicet ne quempiam suae gloriae participem habeat: damnat omnes qui sententiam philosophi Aristotelis exposuerint: & neminem: se excepto: animam per intellectum possibilem esse ad intelligendum substantias separatas a se aduertere potuisse gloriatur: & tamen uerba: quae hac de re ipse frangit: sumpta ab Auerroee sunt. Sed quod & unde nam sit quod refert: non eius interest nosse, atque perpendere. Quinto animum nostrum dicit esse compositum ex intellectu possibili & agente essentialiter: ut possibilis pro materia sit agens per formam: & ut res corporea constant ex materia & forma sensibilis: sic intelligentias omnes excepta prima componi ex possibili & agente intellectus: ut ex materia & forma intellectualis: & sicut inter corpora: quae superiora sunt: nobiliora sibi trahunt principia: sic substantias incorporeas: quo superiores sunt: eo nobiliorum intellectum agentem, & possibilem obtinere. Nunquam parum cogitasse uidetur: qui sententiam nouam dictae pollicetur esse: quae ab Auerroee scribitur super tertio de anima: commento quinto: hic pro nouis & suis adducit. Audite Auerroem. Tertia, inquit, quaestio est: quo nam modo intellectus materialis sit aliquod ens: nec sit aliqua forma rei materialis, aut materia prima: quae dissolui sic potest: ut sensibile esse diuiditur in materiam & formam: sic intelligibile esse diuidi potest in similia quaedam his duobus: ut alterum simile materiae: alterum formae simile sit: idque statui in omni abstracta intelligentia necesse est: quae intelligat aliud: alioquin esse non potest multitudo in rebus abstractis. Quamobrem declaratum in prima philosophia est: nullam esse formam liberatam simpliciter a potentia: nisi prima: quae nihil extra se intelligat: sed eius essentia quiditas eius sit: cum caeterarum formarum essentia differat a quiditate quoquo modo. Nec uero intelligere possemus multitudinem in substantiis abstractis: nisi si genus hoc entium esset: quod scientia acquirimus animae. quemadmodum nisi sciremus materiam nostri intellectus: intelligere non possemus uirtutes mouentes abstractas esse debere intellectus. Ita Commentator prius, quam hic nouus autor scripserat. Sed quibusnam argumentis hoc aduersarius probet: uideamus. Omnia, inquit, differunt a primo: quod simplicissimum est. Ergo caetera omnia sunt composita. Item scriptum in duodecimo metaphysicae legimus: deo esse mundum unum: quia motor unus est primus: pluresque esse possent plures essent motores: qui numero differrent: specie conuenient: haberetque materiae primam uero motorem quia entelechia est: non habere materiam: hoc est intellectum possibilem. Ergo si primus solus materia caret: sequitur ut caeterae intelligentiae materiam habeant talem: & ex actu & potentia componantur: Item omnis motus est actus eius: quod in potentia est: quae mobile est: quare, ut mobilia sunt in potentia: quia mouentur: ita & motores appropriati: quo fit ut potentiam habeant: & actum: & proinde compositi sint. Item dicitur tertio de anima: in omni natura esse aliquid eodem in genere: ut materia: quae sit in potentia ad omnia eius generis: & aliquid ut efficiens: quod faciat omnia in actu: quae uerba rem omnem subsistentem significant. Ergo praeter primam: in qua nulla est compositio: caeterae omnes compositae sunt: aut ex materia & forma: aut ex possibili: & agente intellectu. Item considerandum, inquit, intellectum appellari interdum partem animae essentialis: interdum uim intelligendi: interdum etiam operationem ipsam intellectus.

partes

partes autem animae essentialis esse intellectum possibilem: & agentem: & probat ex proprietatibus attributis ab Aristotele: & modo docendi: & quod alterum ut formam: alterum ut materiam ille nominari. Nam si utriusque intellectui attribuerit, inquit, immixtum: separatum: incorporeum: quae substantiae primitivae: & per se conueniant: qualitatibus autem ratione substantiae: sequitur ut uterque intellectus sit substantia: & pars animae essentialis: quibus haec primum competant. Modus etiam docendi idem ostendit. Tractatur. n. in tertio de anima: primum de intellectu: quae substantia est. mox de intellectu: quae potentia est. prius. n. intellectum dixit impassibile esse: speciesque susceptivum: & tale potentia non hoc: & reliqua huiusmodi: quae ad intellectum: quae substantia sit: plane referuntur. Sed cum intellectum id esse dicat: quo anima ratiocinetur: & existimet neque corpori admisceri: quoniam ita, calidus: aut frigidus esset: neque pati: ut sensus patitur: haec de intellectu: quae potentia sit: dicuntur. procedens etiam a manifestis ad intellectum agentem: proponit in omni natura corporea esse aliquid ut materiam: & aliquid ut causam efficientem: & formam huius materiae: mox affert has differentias esse in anima quoque: oportere. ergo ut in re corporea partes essentialis compositi sunt materiae & formae: ita per proportionem agens: & possibilis intellectus: partes essentialis sunt animae intellectus. Dicit etiam Aristotelem opinari intellectum agentem, esse causam efficientem intellectus possibilis & formalem, & finalem: quoniam sicut in rebus corporeis forma est causa formalis materiae: & efficiens: cum per eam habeat formam: & finalis cum ad eam ordinentur: ita de intellectu agente per proportionem respectu intellectus possibilis. dicitur dum est. quae cum ita sint, inquit, patet ex Aristotelis opinione: animam intellectiuam componi ex possibili: & agente intellectu tanquam partibus essentialibus. quod idem de quauis etiam intelligentia citra primam dicendum est. Haec aduersarius: ex quibus omnibus tria haec certe colligi possunt: quae & ipsa minime principia Aristotelis congruunt. primum omnem intelligentiam citra primam esse compositam ex duabus essentialibus partibus: hoc est intellectu possibili: & agente. Secundum intellectum possibilem: & agentem partes esse animae nostrae essentialis: quibus componatur. Tertium, intelligentiam citra primam esse intelligentiam possibilem & agentem. Sed quae nonnulli philosophi alii intelligentias: et theologi nostri angelos uoluerunt compositos esse ex materia spirituali: & forma: tamen idem refert ad Aristotelem quoque non potest quippe cum ille duodecimo metaphysicae, ubi conditionem substantiatam separatam diligentius inuestigat: primum probet statui posse substantiam insensibilem: in qua nulla materia: aut potentia sit: pluresque esse substantias eiusmodi ostendat ex numero delationum caelestium corporum: eademque natura sempiternas esse: & immortales: quo fit ne solum primae: sed etiam caeteris substantiis abstractis attribuat ab Aristotele conditio simpliciter: & immaterialitatis. Auerroes etiam commento trigesimo primo super eodem libro: oportet, inquit, substantias illas existere. mouent enim sine ulla potentia: & sine ulla materia: sint necesse est propterea ut aeternae sint. aeternum enim omne actio pura est. quaeque autem actio pura nullam potentiam habet: cum & commento trigesimo monono: omne, inquit, compositum est nouum: nisi quid per se componi dicatur. sed si quid per se compositum sit: idem per se exeat de potentia ad actum necesse est. Plura ad hunc locum ab Auerroee differunt: tandem concluditur differentiam esse in substantiis abstractis: non ex parte rei ipsius: sed ex parte intellectus. patet igitur ex his uerbis Auerrois: primo substantiam unam: quaeque abstractam esse sine materia: actionemque esse puram sine ulla potentia ad esse: contra aduersarium: qui intelligentiam potentiam passiuam essentialis ad esse tribuit. secundo nullam formam abstractam esse compositam: quoniam ita sequeretur: ut noua esset: & per motum producenda: quo planum est: falso ab aduersario dici intelligentiam compositam esse ex duabus essentialibus partibus autore philosopho Aristotele. Tertio nullam esse distinctionem in substantiis separatis nisi in intellectu: & proinde nullam esse diuersitatem partium essentialium compositum: consonat uero his: & quod duodecimo metaphysicae dicitur esse aliqua, quae materia careat. quod exponens idem Auerroes: non de corporibus caelestibus hoc dicit, inquit, ut aliqua ex his corporibus sint: quae materia uacent. Omnia. n. caelestia corpora materia uacant: materiae namque esse in potentia est: quae quidem potentia non nisi in substantiis generabilibus: & corruptibilibus reperitur. substantiae. n. aeternae: quoniam potentia ad corruptionem caret: materia etiam caret. sed per materia habent: quod subsistit in actu hoc est corpus quod dignius appellari potest subiectum: quam materia. Substantiae itaque caelestium corporum materia caret: quae in potentia sit: cum nec generentur: nec corruptantur: quaeque materiam habeant: quae in loco esse dicatur. Hinc duo illa contra aduersarium afferam. Primum compositionem esse ex partibus essentialibus: ubi potentia sit ad esse: ubi autem potentia sit ad esse: ibidem esse generationem: & corruptionem: quae intelligentiis non conueniunt: Secundum nullam esse potentiam ad esse intelligentiis: nam si caelestia corpora potentiam ad esse non habent: sed tantum ad locum: longe minus intelligentiae habeant: quae nobiliores

h iiii

sunt. In hac eadem sententia: & diuus Thomas aperte locis pluribus est: sed præcipue secundo contra gentiles: capite quadragesimo nono: ubi non esse materiam in substantiis intellectualibus: sed formas esse subsistentes ostendit: quo in loco rationes adducit, quod materia formas diuersas recipere non potest: nisi per distinctionem quantitatis in partibus suis distinctis: quoniam substantia ipsa quantitate subtracta indiuisibilis est: ut primo physicorum Aristoteles docet: quod si intelligentiæ quantitate carent: materia quoque uacant necesse est. sed si aduersarius dicit argumentum ualere in materia corporea non intelligibili: qualis intelligentiarum est. contra sic arguo. operatio cuiusque potentia pro modo suæ naturæ est: angelis autem natura est intellectualis: ergo potentia intelligendi erit pro modo essendi: potentia autem cuius uis rei talis est: qualis eius perfectio recipitur: perfectio uero intellectus est intelligere: qua intelligere est. id autem est qua forma intelligibilis in intellectu recipitur: cum itaque talis forma in intellectu sit secundum rationem communem potentia tali formæ proportionata: non potest esse materia: cum materia formam recipiat: contrahendo eam ad esse indiuiduale: siue materia sit corporea extensa: ut omnes fatentur: siue spiritualis, atque intelligibilis. cum enim materia formam recipit: contrahit in indiuiduum: quod uel aduersarius conuincitur: cum dicat formas intelligentiarum per proprias indiuiduari naturas. item forma lapidis, & reliquæ huiusmodi formæ sitæ in intellectu: nobiliores, quæ foris habentur: sunt enim simplices, & illimitatæ: cum per eandem huiusmodi formam intelligamus homines omnes. formæ autem positæ in materia & limitantur, & singulares describuntur. Quod si ex intellectu: ut materia & forma lapidis unum aliquid componatur: fuerit certe id lapis uerior, qui materialis sit lapis: non igitur angelos, siue intelligentias ullo pacto componi ex materia & forma dicendum est: nec uero si diuus Thomas intelligentias citra primam compositas esse ex essentia & esse: aut ex potentia & actu dicit: propterea compositionem materiæ & formæ: intelligendum qualiscunque materia sit. qui autem dici potest ex Aristotelis quidem sententia materiam esse eandem intelligentiarum omnium. Sic. n. fuerit unum primum principium actuum: & plura passiva æque primam: si altera materia dependeat ab altera: quæ dependentia quoniam in genere sit interrogatio. Non. n. in genere causæ materialis, aut efficiētis: aut formalis: aut finalis esse potest. ergo intelligentiæ non ex duabus partibus essentialibus compositæ sunt: sed formæ simplices subsistant: quibus conueniat intelligere: uelut proprius actus. Ad primum uero argumentum respondendum: intelligentias non esse tanta simplicitate: quanta est prima. Habent enim compositionem: sed non essentialem ex duabus partibus: materialem dico, & formalem: ut aduersarius arbitratur. Compositam enim bifariam accipi potest: aut enim ita: ut ex pluribus reali distinctis ratione consistit: quo modo nec Aristoteles: nec Auerroes componi intelligentias opinatur: aut ita ut respectu ratione uel compositum esse intelligatur: ita ut una: eadēque res simplicissima cōparatione nobilioris: potentia esse dicatur: ignobilioris autem, actus. ut forma sensiu cōparatione intellectiuæ potentia est: uelut actus: quæ sensiu ipsa non est cōposita ex materia, & forma. Alioquin processus in infinitum fuerit requirendo subinde formæ cōpositionem: ad hunc sensum: & in primo physicorum ab Auerroes dicitur formæ, quæ inter materiam primam: & formam ultimam sunt: compositas esse. Igitur eadem intelligentiæ respectu superioris: inferioris uel potentia dicitur: aut actus, atque ita composita per respectum est: & hoc modo Auerroes in omni forma abstracta præter primam esse potentiam dicit. Ad secundum. Ad Aristoteles cum duodecimo metaphysicæ illa de intelligentiis differit: materiam nominat eam quæ radix indiuiduorum sit per quantitatem eadem in specie: nec intelligentiis ullo pacto conueniat: materiam uero spiritualem: quæ aduersarius somniat: nullus expositor laude dignus Aristoteli tribuit. Adde quod licet primus motor distinguatur nobilitatis præstantia a cæteris intelligentiis: tamen cōmune cum his habet: ut quæadmodum esse plures motores primi eadem in specie non possunt: quia primus caret materia: sic plures esse intelligentiæ non possunt eadem in specie propter eandem rationem: & maxime ducimur ad hoc ita intelligendum ex eo ipso Aristotelis scripto. Vnde Albertus tractatu secundo: capite uigesimo octauo super hoc loco: ex hac inquit probatione habemus omnes substantias separatas differre inter se specie: & ut differunt ipse: & sphaeræ: quæ ab his mouentur: differre. Non igitur ois conditio attributa primæ remouetur a cæteris intelligentiis: idque planum Aristoteles facit: cum postea, quæ conclusit substantiam abstractam non habere potentiam: aut materiam: quærat an talis substantia sit una, uel plures: ac plures esse decernat. Ad tertium scriptum illud tertii libri de anima male ab aduersario intelligitur. Aristoteles. n. postquam intellectum esse possibilem docuit: mox statuens probare intellectum agentem: sed quoniam, inquit, in omni natura est aliquid partim materia generi cuique: id est quod potentia sit, oia illa alterum uero, quod causa: effectiuumque sit: eo qua omnia faciunt: quale ars ad materiam est: ideo in anima quoque has differentias inesse necesse est. quem locum exponens

exponens Auerroes: Aristoteles dicit uoluisse explicare: ut in omni natura: hoc est omni genere rerum corporaliū, & naturalium aliquid est: uelut materia: aliquid uelut agens, atque efficiens: sic uel in ratione intellectus esse. Itaque cum omnem naturam noiat: corpoream, & generabilem naturam intelligit: non omnem naturam subsistentem: quæadmodum aduersarius accipit: ut enim in rebus corporeis: quia materia est: ideo agens esse necesse est: sic in intellectu: quia possibilem intellectus est: ideo agentem esse intellectum necesse est. Cum itaque formæ abstractæ possibilem intellectu careant: ut quæ simplices sunt: non sequitur ex eo ut compositæ sint ex duabus partibus essentialibus. Item cum usus intellectus possibilem sit recipere species abstractas: ut Auerroes placet: cōmento uigesimo tertio: super tertio de anima: Abstrahere autem nihil aliud sit: nisi si imaginata: quæ potentia intellecta fuerint: facere actu intellecta: quod remotum ab intelligentiis est. Non enim illæ per phantasmata: & imaginationem intelligunt. Idcirco non est, quod habere intellectum possibilem debeant. Diuus etiam Thomas ita sentit: ut ne intelligentiis sit intellectus agentis & possibilem ratio: tum propter phantasmata: quæ nullo modo intelligentiis cōpetant: tum quia nos quidem actu aliquando intelligimus: qui potentia ad hunc actum fuerimus. Virtutem enim aliquam inesse nobis talem oportet: quæ sit in potentia ad intelligendum: atque etiā alteram talem: quæ rerum naturalium formas actu intelligibiles faciat: cum ipse non subsistat: nec actu intelligibiles sint: sed in angelis, siue intelligentiis: hæc necessitatis ratio non est. Intelligunt enim illæ actu semper: & rem sibi habent intelligibilem: non in potentia: sed in actu. Quod enim intelligant principaliter immateriale est: & actu intelligibile: quam obrem agentem aut possibilem intellectum in illis esse non nisi æquiuoce dici potest. Angelum uero inferiore subinde a superiore illuminari placet theologis nostris: & altere agentem: alterum esse recipientem: sed æquiuoce superiore angelum intellectum agentem inferiorem possibilem dixerint. Agens enim intellectus illuminat non alterum intelligentem: sed rem ipsam intelligibilem: possibilem uero intellectus est in potentia respectu rei naturalis cognoscibilis: neque semper in actu est. Ita patet non esse intellectum possibilem in omni natura citra primam: ut aduersarius falso existimat. Errat etiā cum animam intellectiuam compositam dicat ex partibus essentialibus, tanquam materia & forma: ita ut intellectus agens: & possibilem partes sint essentialis animæ componenter. Nam & si nonnulli ex theologis nostris hoc tueri uoluerunt: tamen ex Aristotelis opinione aliter differendum est. Cum enim anima forma corporis sit: aut secundum se totam forma est: aut secundum sui partem. Si secundum se totam: nulla eius pars materia esse potest: cum materia sit ens in potentia oppositum actui: sed si parte aliqua sui forma est: pars est: quæ materia est: prius formabitur ab anima: quæ est forma: quod contra Aristoteles est: cum eo autore anima sit actus purus corporis naturalis: & nihil sit prius corpore naturali: quod recipiat animam: & cum anima sit uirtus intellectiuæ: qua ratione intelligentiæ componi ex materia & forma non possunt: eadem ne ipsa quidem componi potest. Qui enim fieri potest: ut intellectus possibilem recipiat aliquid uniuersaliter: & per communem rationem: si, ut aduersario placet: indiuiduet intellectum agentem: sicut materia formam: & contrahat: recipitur enim quodque pro modo recipiētis: neque uero ex uerbis: quæ adducit Aristoteles sequitur esse partes essentialis animæ intellectum possibilem: & agentem: licet enim separatim esse conueniat prius substantiæ, quæ qualitatibus: tamen non sequitur intellectum possibilem esse substantiam: si separatus: siue abstractus est: quoniam substantia sit non immersa materia: neque per modum docendi: quo usus Aristoteles est: id ostenditur. Semper enim de intellectu, qui qualitas est, loquitur: quem non partem essentialis animæ uocat: sed potentialem: & cum agentem: & deficientem causam dicat: nusquam formam esse intellectum possibilem agentem intellectum dixisse reperitur. Qui uero causa esse efficiens materiæ possit: ratione ne ipsius materiæ: ut materia formam præcedat: ratione essendi: at esse: aut idem: quod forma est, ut aliqui uolunt, aut si differt ab agente, est efficienter, ut dixi: quamuis per modum formæ. Errat itaque cum formam esse efficientem causam materiæ dicit: formalis enim: si talis: tantum est: neque efficienter a forma est esse: sed formaliter agente formam de potentia educente in actum: neque efficiens: sed formalis cōuenire in idem numero possunt. non igitur intellectus agens esse forma substantialis intellectus possibilem potest: eo quod agens est, ut aduersarius putat. Eodem uel illa diui Augustini pertinent: quibus septimo super Genesim probat animam non esse compositam ex materia neque corporali: neque spiritali, quæ esse intellectum possibilem aduersarius opinatur. Sed de his hæcenus.

Confutatio aduersarii dicentis plura eiusdem speciei indiuidua esse posse in substantiis intelligibilibus: & in mundo intelligibili secundum Aristoteles. Caput. xxxiii.

Equitur caput decimum quintum aduersariū in quo primum plura eiusdem speciei indiuidua esse in substantiis intelligibilibus: & in mundo intelligibili posse argumentatur hoc modo. Cum in substantiis intelligibilibus citra primam materiam sit: materia autem causa sit: ut indiuidua multiplicentur in eadem natura: quemadmodum in hoc sensibili mundo cernimus: necesse est: ut in mundo quoque intelligibili substantiæ intelligibiles: excepta prima sint numerosæ: & in eadem specie, indiuidua plura habeantur. Sed quando plures ex nostris theologis ita putarunt: ut plures angelos esse speciei eiusdem non repugnarent tamen non satis hoc est aduersariū: qui nisi ex Aristotelis opinione nihil se differere confiteretur: quæ obrem ne ipse quidem hoc negat: sed ita Aristotelem opinatū asseuerat: uidentem itaque est: an id Aristoteles senserit. Demonstrat ille in primo de cælo: formas non substantes in materia: non posse eadem in specie multiplicari: & primo physicorū uult: ut remota quantitate: substantia sit indiuisibilis: & septimo metaphysicæ. Homo inquit, & equus: & reliqua huiusmodi particulae sunt. uniuersalis uero non est substantia: sed concretum quid ex hac ratione: & hac materia ut uniuersali, particulare autem ex particulari materia: Socrates iam est: idemque de reliquis sentio. Idem mox. constat etiam animam esse substantiam primam: corpus autem materia: hominem uero, aut aial: quod ex utroque sit: ut uniuersale. Socratem autem, aut Coriscum: si aia sit: duplex esse. alii enim pro aialii pro cōcreto accipiunt: sed si simpliciter anima hæc, & corpus hoc sit: quemadmodum uniuersale: sic esse & particulare. ex quibus Aristotelis uerbis patet materiam esse: tamen uniuersalem: tum particularem: siue indiuiduam posse uniuersalem materiam: nisi recepta quantitate. Quod si materia: quæ pars speciei, aut generis est: non suapte natura in indiuidua multiplicatur: sed alio ad ipsum esse indiuiduale cōtrahitur: sequitur porro: ut, & si materiam esse in substantiis intelligibilibus damus: tamen multiplicari ipsa in indiuidua non possit: quando neque quantitas est: neque coniuncta est quantitati: ut ne in substantiis quidem corporeis species cōtrahi possit in indiuiduo: neque numerum sine quantitate: quæ uis sua ipsa natura cōmunicabilis pluribus sit. Non ergo quia materia est, continuo & diuiditur qua scilicet passiuum principium est: ut aduersariū putat. deceptus certe ex uerbis illis generas generat alterum propter materiam: & in illis: quæ materiam habent quiditas differt ab eo: cuius quiditas est: & aliud est magnitudo, & magnitudini esse: & caro & canis esse: quæ non materiam per se: & quomodo libet principium esse indiuiduationis significant: sed materiam una cum quantitate principium esse indiuiduationis. Aufcenna etiam suo quinto metaphysicæ libro. Equum aut hominem: neque unum: neque plura esse: sed tantum equum: aut hominem esse confirmat: quoniam ex sua natura: neque unitatem habeat singularis: neque enim non nisi in uno possit reperiri: neque pluralitatem oppositam unitati singulari: quoniam sic repugnet unitas singularis. ergo huius quoque autoris sententia materia non per se ipsa indiuiduatur: sed per aliud: cui itaque materia suapte natura, hoc est qua materia est, indifferens sit ad unitatem singularem, atque specificam: sequitur, ut per se ipsa principium esse nequeat indiuiduationis alioquin in quocumque esset. illico per indiuidua esset signata: & pars esse naturæ communis non possit: cuius oppositum Aristoteles probat: ut iam expositum est. Item si substantiæ plures intellectuales sint in eadem specie: materiam esse distinctas ipsarum diuersarum substantiarum intellectualium necesse est. Distinguitur autem materia: aut sua ratione: quomodo genera diuersa existunt: aut ratione quantitatis: quatenus diuersis dimensionibus uariatur: quomodo diuersa indiuidua eadem in specie existunt. At in angelis siue intelligentiis distinctio materia: ratione quantitatis esse non potest: cum illæ substantiæ incorporeæ sint: & sine dimensionibus subsistent. Ergo quod reliquum est: ratione materiae distinguuntur. Itaque non solum specie: sed etiam genere differunt. Item si tot numero intelligentiæ sunt: quot motus cælestium corporum: ut Aristoteli & Auerro placet: sequitur, ut quemadmodum mobilia ipsa differunt specie inter se: quod ostensum iam est ita motores etiam specie distinguantur. probatur etiam ab eodem philosopho esse unum mundum ex unitate motoris. Nam si plures mundi essent: plures quoque primi essent motores: ita cōuenirent sibi species: & differrent numero. Ex quo Aristotelis argumento Albertus affert, ut dictum est: cælestia corpora: & eorum motores differre inter se species: sed tamen aduersariū: qui se Aristotelem sequi fatetur: intelligentias numero inter se differre sub eadem specie opinatur: & scribit existimans idem Aristotelem quoque sensisse. Quod argumentum sibi a quodam Scoto datum exponit. Non enim ipse: quid iterum inter materiam de qua Aristoteles agit: & hæc quantitate: de qua Scotus: facile posset discernere: sed cum a Scoto non ea materia pro principio indiuiduandi angelos diuinos ponatur: quæ sit pars composita: sed quæ sit differentia indiuidualis: quæ singularitas quædam dici potest, & materia non recipiens: hoc enim sibi uult nomen illud hæc quantitas: ipse materiam: quæ uariis receptis dimensionibus distinguatur in numeris

Indiuiduorum: intelligentiis accipit: speratque idem prouenire posse ex tam diuersis principiis Scoti, & Aristotelis. Nam Aristotelem Scotus quidem aliter quam nos opinatum expresse fatetur: in secundo sententiarum: quippe, qui Aristotelis esse opinionem dicat: substantiam unamque intellectualem carentem materia: uidelicet ea: quæ pars composita sit: idem esse: quod quid est esse: cum omne tale secundum eum philosophum sit formaliter necessarium: & de se singulare: item si ita esset: ut aduersariū putat: sequeretur, ut ordo accidentalium in intelligentiis esset: quod remotum ab Aristotelis sententia est. In indiuiduis enim speciei eiusdem non esse ordinem essentialem: neque prius & posterius tertio metaphysicæ constat: & cum pars uniuersalis præcipua sint intelligentiæ ipsæ: participet in primis necesse est bono ordinis necessario: & si in corporibus cælestibus ordo accidentalium non est: longe minus in intelligentiis talem esse ordinem decet. Legimus etiam apud eundem philosophum in secundo de aia: causam quam obrem plura indiuidua eadem in specie habeantur esse: quod in uno indiuiduo species seruari non potest. Quod si in eodem indiuiduo intelligentiarum species tota seruari potest: quandoquidem perpetua est: superuacuum certe est plura constitui. sit igitur & ratione rei ipsius & autoritate doctissimorum uirorum: ut in rebus diuinis: & intelligibilibus illis materia aut nulla sit: aut si est: faciat differre non modo numero: uerum specie quoque & genere: quod per absurdum est. Nec sequitur, ut cætera a simplicissimo uno si numerantur: numerentur, ut plura indiuidua speciei eiusdem. Cum enim formæ abstractæ sint: nullo pacto in materia recipiantur indiuiduari per se ipsæ possunt: ut quæ subsistant: & per gradus suos específicos distinguantur.

Confutatio alterius partis: in qua aduersariū dicit: quasi ex Aristotelis opinione: quemadmodum in substantiis corporeis: quædam formæ totam materiam perficiunt: ita, ut non nisi unum indiuiduum sit in specie: quædam autem non totam perficiunt: ideoque plura in eadem specie indiuidua sunt: sic in mundo quoque esse intelligibili.

Caput. xxiii.

Secundum eiusdem capituli est: ut in substantiis corporeis: quædam formæ perficiunt materiam totam: ita, ut non nisi unum indiuiduum sit in specie: quædam autem non totam perficiunt: & ideo plura indiuidua eadem in specie sunt: sic in mundo quoque esse intelligibili. Sed quoniam hoc ita esse ex Aristotelis opinione aduersariū asseuerat: dicat & ubi nam philosophus ille docuerit intelligentiæ: alias inter se specie differre: alias numero: uel unde apud eum autorem accipi talis differentia possit in iis rebus: quæ nullam materiam: nullam habeant quantitatem. Nam si, quæ in hoc sensibili mundo siue sunt: siue aguntur eadem in illo quoque intelligibili ratione optima esse debent: ut ipse iudicat: non id prætermisum esse ab Aristotele consentaneum estimimo uero necessario ille de re tanta edocuisset. Dicat igitur: ipse locum in quo hac de re agitur: & enim nos quidem nusquam id reperimus: & remotissimum ab eius philosophi sententia arbitramur: sed argumentum ipsum: qua ratione fundetur uideamus. At hunc mundum imaginem esse illius intelligibilis: & propterea, ut in hoc ita uel in illo distinctione esse numeralem debere: sed hoc argumento generabiles quoque & corruptibiles esse intelligentias statuendum est. Nam si quoniam mundus sensibilis imago est mundi intelligibilis: cuncta, quæ in sensibili sunt: & in intelligibili esse debent. Sequitur propterea: ut & aliquid corruptibile ibi sit: ut hic est: quinetiam: ut in sensibili mundo portiones materiae suis indiuidualibus formis: non bene acquiescunt: sed sunt in potentia ad aliam formam: cum talis forma non optineat totam speciei perfectionem: sic in intelligibili: cum plura sint eadem in specie indiuidua: portiones illæ materiae acquiescere suis formis non possunt: utpote, quibus singularis tota speciei perfectio non contineatur: sed appetant subinde alteram formam: & proinde generabiles & corruptibiles intelligentiæ sint argumento aduersarij philosophi noui. Item materia, quam ipse intelligentiis tribuit: aut plene pericitur sua forma: atque ita singula indiuidua in singularibus speciebus esse necesse est: aut non plene atque ita mutatio de forma in formam sequatur necesse est. Nam nisi tota speciei perfectione materia contineatur: consistere in eadem forma non potest.

De tribus erroribus aduersarij: quod animas dicat indiuiduari per materiam: quam intellectum possibilem esse dicit: quod animas indiuiduari per inclinationem ad corpora diuino Thoma autore: quod eandem esse dicat compositionem ex esse: & essentia: quæ est ex materia & forma.

Quid essentia sit secundum Thomam.

Caput. xxv.

tertium eiusdem capituli est. Animas separatas a corpore non confundi in unam: eandemque animam: propterea, quia materiam habeat: quæ causa sit: ut distinguantur: dicitur

a diuo Thoma animas indiuiduari per inclinationem ad corpora: ut resurrectio probetur: implicatio contradictione: cum idem libro de esse & essentia probauerit animam componi ex esse & essentia. talem. n. compositionem non esse nisi ex materia & forma. Committit in his aduersarius errores tres. Primum, animas indiuiduari per materiam: quam intellectum possibilem esse dicit.

Secundum, animas indiuiduari per inclinationem ad corpora autore diuo Thoma: ut resurrectio probetur. Tertium, eadem esse compositionem. Ex esse & essentia: quae ex materia & forma apud eundem sanctum doctorem, quem & sibi ipsi contradicere audet dicere. Ad primum, cum intellectus possibilis sit pars animae essentialis specifica iudicio aduersarii: omnes certe animae conuenient in eo ipso intellectu possibili: proinde, quae non distinguantur inter se per eum ipsum intellectum possibilem indiuidualiter. Idem enim principium esse distinctionis: & conuenientiae non potest. Dixerit fortassis conuenire animas in intellectu possibili non indiuiduali: sed qui hoc dicat idem intellectum possibilem de sua natura non esse indiuiduum consistatur necesse est: ita non intellectus possibilis fuerit materia: quae indiuidualiter distinguatur: sed aliud quid igitur illud sit: prorsus aut haec quaeritas fuerit Scoti: aut aptitudo quaedam ad corpus: ut diuo Thomae ex Auicennae sententia placet. Sic enim uoluit Auicenna: ut animae indigeret corporis ad sui indiuiduationem in fieri: & quantum ad suum principium: quia nisi corpora essent distincta: non animae distinctae producerentur: sed non quantum ad esse completum: & in facto esset quia destructis corporibus remaneret animae in suo esse indiuiduato distinctae: quod in corpore acquisierint. Ad secundum, nusquam ideo dictum hoc est a diuo Thoma: ut resurrectio possit fieri naturaliter probaretur: sed oibus locis quibus agit ille sanctus de resurrectione ita differit: ut dato animam separatam a corpore manere: & aptitudinem ad suum corpus habere: non tamen naturaliter possit corpori reunita: ea scilicet ratione: quia forma se ipsa unire materiam non potest: sed indiget agentis: quod id extrinsecus faciat. Nullum autem agens naturale praestat autoritate ad formam separatam a materia. Itaque opus est agente supernaturali. Ad tertium, aperit aduersarius latissime suum ingenium cum diuum Thomam compositionem intellexisse dicat materiae cum forma: dum esse & essentiae compositionem statueret. Quis. n. excepto aduersario tam ignarus est: ne nullam compositionem ex forma & materia esse in substantiis separatis autore diuo Thoma intelligat: quando ille secundo contra gentiles apertissime probat nullam in angelis compositionem esse ex materia & forma: & tamen compositionem esse ex esse & essentia. Quod si manifeste ille altera de his compositionibus affirmat in angelis: alteram negat: mentitur aduersarius: cum non differat nisi termino differentias has enuntiat. Adde, quod secundum eundem sanctum autorem essentia est completa natura in specie: gradum habens determinatum sibi inter entia specifica. Materia uero prima: siue spiritalis: siue corporalis pura potentia est: & pars non totum: neque gradum ullum inter entia speciei determinate sibi uendicat. Esse autem existentia ipsa est: quae non est forma: quae esse specificum det: sed actus, qui esse specificum praesupponat: quod obtem in rebus corporeis duplex compositio est: altera ex materia & forma ad esse speciei: altera ex natura speciei: & esse existentiae ad esse utique indiuidui. At in rebus intellectualibus una tantum compositio est: quoniam essentia simplex est ad esse duntaxat specificum: non sibi includens partes distinctas: & esse existere cum natura specifica angeli existat. tale. n. esse participatio quaedam primi est autore hoc quidem sancto. Quapropter non hic per essentiam materiam per esse formam intelligi uoluit: ut aduersarius putat: quod si aequiuoce loqui libet: materia dici potest essentia illa: sed hoc nihil praesidii aduersario esse potest. Non enim quid aequiuoce dixeris: sed quid essentia sit rerum diuinarum differimus. Itaque seruandus est terminorum usus communis: & significatio propria: ut idem sanctus in quaestione de creaturis spiritalibus censet.

Non esse culpandum Platonem: ut aduersarius censet: quod animum constitui dicat ex elementis: & linea recta in circulum flexa: ex eodemque circulo duos produci: quorum ex altero septem productos circulos naturae animae tribui.

Caput. xxvi.

Ultimum huius capituli est: male a Platone constitui animum ex elementis: & linea recta in circulum flexa: ex eodemque circulo duos produci: quorum ex altero septem productos circulos naturae animae tribui. Haec & reliqua: quae ex mathematica disciplina Plato pro suo excellenti ingenio aptissime ad animam transfert: postquam aduersarius appellauit homo ingenii plane portentosi: qui non uideat: quod aptius rationes: & uerba mathematicae disciplinae accommodari rebus diuinis possint: quae materia: & reliqua: sordes: quas ipse eodem transfert. Cognatio enim longe maior rebus mathematicis: cum diuinis, quam naturalibus est: quando abstractionis ratio communis mathematicis: & diuinis est, quam praecipue diuinis attri-

buius. Quod si animae uirtutes & actiones Plato similitudine: siue exemplo quodam circulum & lineam docere uoluit: quod portentum: quod inueniens hoc sit non uideo. Iam & Aristoteles ipse exemplo usus est lineam in tertio libro de anima: cum intelligendi rationem exponat partim per modum lineae rectae: partim per modum lineae flexae existere: & diuus Thomas Aristotelem dicit, non sensum Platonis: sed uerba carere: & diuus Dionysius Areopagita: motum duplicem contemplationis animi statuit: alterum circulare: alterum rectum: sed de his satis libro superiori respondimus.

Confutatio, ac solutio trium argumentorum aduersarii: in quibus probare nititur: quasi ex Aristotelis sententia animam esse immortalem: atque aeternam parte postem eandem cum corpore esse incipere: & tamen non incipere esse per generationem: sed per creationem a Deo ex nihilo. Aduersarium sensum Aristotelis in libro de anima conuertendo peruertere. non enim intellectum innasci in corpore ab Aristotele scribi: sed contingere: aut superuenire: quod in libro de generatione animalium dixit de foris ingredi. Caput. xxvii.

Ecce sextum caput aduersarii est: in quo duo haec esse ex Aristotelis sententia dicit. Vnum: animam esse immortalem: atque aeternam parte post: quod superioribus suis capitibus demonstrare conatus est. Alterum, Animam cum corpore esse incipere: & tamen non incipere esse per generationem: sed per creationem a Deo ex nihilo: cuius prolixam probatoriam delirationem collegimus ad tria illa argumenta. Vnum: quod dicitur ab Aristotele primo de anima: intellectum innasci substantiam quandam existentem: & non corrumpi. Nam si in corpore nascitur, inquit, incipere cum corpore certum est: & si non corrumpitur corpore corrupto: aeternus est parte postem non incipere per generationem: sed per creationem ostenditur secundo de generatione animalium. Cum enim intellectus ipse sine organo corporeo operetur: de foris sit necesse est. Alterum ex eodem libro habetur. Inquit, animam uegetatiuam: sensiuam, & intellectuam esse in potentia: prius, quam in actu: ergo, ut uegetatiua & sensiuasque intellectuam quoque incipit esse cum corpore: sed quoniam fieri in corpore, non per principia corporis dicitur non educi de potentia materiae declaratur. Tertium. Si Deus, inquit, omnia creauit ex nihilo: ut demonstrauimus: animam quoque esse creatam a Deo necesse est: cum alio modo produci non possit: & Deus de facili possit omnia creare. Vere aduersarius narrat animam cum corpore esse incipere: nec perempto corpore interire: & bene cantat gallus: sed nihil ad propositum. Fidei enim: & religionis nostrae haec sunt peculiaria bona: ut animae infundantur corporibus a Deo creatore: & incipiant quidem cum ipsis corporibus: sed non ex uirtute feminis genitalis: uerum a Deo ipso infundere. Aristotelis uero opinio longe ab his nostris discedit. Nec enim principia doctrinae eius philosophi patiuntur creationem de nouo: & si credendum commentatoribus eius est: aut Deus est: quem pro intellectu agente cunctis distribuens commendat: aut unus: idemque intellectus omnibus pro phantasmatum differentia aliis aliter appropriatus. Nam intellectum quidem possibilem: tamen aliter Commentator Arabum dicit: iungit cum agente: & aequae incorruptibilem statuit: tamen alter graecus ille corruptibilem esse asseuerat: neque aliter hunc quae sentiendum: uegetandique animam produci sententia Aristotelis: de foris autem illum superuenientem non esse intellectum possibilem: sed agentem solum: qui Deus sit immortalis: lucem impatiens: idem oibus ad agendum pro captu cuiusque recipientis: quomodo & colores a solis luce actuari: formarique certum est: idque constare luce clarius ait ex tertio de anima: ubi exclusis omnibus: quae leuius ante fuerint tacta: solum hunc intellectum agentem immortalem: sempiternumque esse concluditur. Quid igitur garrulitas aduersarii efficit: cum autoritas tanta commentatorum aduersetur: sed missos facio commentatores ipsos. Aueroem dico: & Alexandrum: quid ex uerbis Aristotelis accipi de anima potest: & argumenta ipsa aduersarii qua ratione fundentur uideamus: ne nos dicat autoritatem horum indoctorum secutos se contempsisse: ait Aristotelem opinari animum esse aeternum parte post: & tamen incipere esse cum corpore per creationem. At uero, quod aeternum parte ante est: idem aeternum etiam esse parte post: & quod parte post idem & parte ante esse aeternum: autor ipse Aristoteles est in primo libro de caelo & mundo. Statuit etiam ab eodem autore primum agens nihil agere immediate in his inferioribus rebus: hoc est sine causis secundis propter essentialem ordinem: quo fit, ut anima quoque siue creaturae siue generatur: non a Deo immediate proueniat: ut aduersarius putat: probatur item ab eodem philosopho septimo metaphysicae contra Platonem: nullum agens separatim posse immediate mutare materiam primam: quae mediante motu id facere potest. Itaque impossibile est Deum immediate animam creare: atque infundere corpori iudicio eius quidem autoris: si aduersarius di-

eat fieri posse: ut materia causa suae dispositionis aliquid extrinsecus influens sibi recipiat, quod non ante reciperet: atque ita corpore suis instrumentis bene instituto: preparatoque animam diuinitus influere. Respondeo nihil ita consequi posse: quod in Platonem ibi ab Aristotele concludatur. Dixerit enim Plato ideam licet forma sit separata: posset tamen immutare materiam propter diuersam subiecti dispositionem. Adde, quod si causa dispositionis: quae praecesserit immediate anima accedit: non infundi a Deo dicenda est: sed provenire ab eo, qui ita materiam disposuerit. sequitur enim sua quaeque dispositionem forma: & actio: idemque esse, quod disponat: & formam praestet naturae ratio exigit. Quid uero Deus potius creator sit adhibendus: quam secunda alii qua causa: quando subiecta sufficienti dispositione materiae: agens generale: hoc est primum mobile satis sit ad animae quoque productionem: necessitas uero nulla est qua Deus animam crearet cum, & qui unicum intellectum omnibus ex opinione Aristotelis statuunt: non dum conuincitur physicis rationibus potuerint. Cum itaque opinio Aristotelis: non ea fuerit quam aduersarius refert, sequitur ut responsio quoque recte ad eius argumenta: perquam facilis sit. Quod enim primum adducit ex primo libro de anima sua interpretatione non id conuertit: sed peruertit: ut lolet. non enim intellectum innasci in corpore ab Aristotele scribitur: sed contingere: aut superuenire: uerba haec Aristotelis sunt. *ὅτι οὐκ ἔστιν ἐν τῷ σώματι οὐδὲν ἄλλο ἐκ τῆς φύσεως αὐτοῦ, ἢ τὸ νοῦν.* Quod in secundo de generatione animalium *ἡ ψυχή ἐστιν ἀθάνατος*, hoc est de foris ingreditur: aut adire dicit. Quae quidem Theophrastus: Alexander: Themisthius: Auerroes: ita accipiunt: ut commune quod sit ex quo quisque hominum ortus illico sibi intellectum excipiat: & suam quisque appropriatam: siue applicatam portionem: ita extinctus relinquit in commune: ut ortus exceptit: non aliter: ac si sole quis nascens participare dicatur: monies autem priuati: & lucem quam exceperit iam relinquere. De foris enim, & solis lux homini: siue contingit: siue accedit: aut superuenit: neque oritur, aut perit: sed incorruptibilis: & ingenerabilis est: commune tamen bonum quibuscunque hominibus id continere quis neget. Non igitur particulare animam esse: quae de foris accedat illi uolunt: sed ex communi exceptam applicationem: & si quis admittat uerbum aduersarii istud innasci: in quo uim summam esse arbitratur: non sequitur: ut esse simpliciter cum corpore incipiat intellectus: sed esse in aliquo individuo: in quo ante non fuit. Itaque principium & inceptio ista non substantiae intellectus: sed effectus est: quo modo loquendi: & Iaias propheta utitur cum dicit. Dominus supra te Hierusalem orietur. ortus enim hic non ad Dei substantiam: quae aeterna est: refertur: sed ad effectum ab ipso Deo in Hierusalem producendum. Quod autem a secundo de generatione aduersarius sumit: quid significet: satis constat, ex illis: quae modo diximus. Distinguit enim intellectus a sensu & uergetiua anima: eo, quod de foris adeat: siue ingrediatur: hoc est excipitur per unionem hominibus singulis ex communi: aut numine: ut Alexandro placet: aut mente: ut Auerroes: nouitio enim creati a Deo animum, qui de foris accedat: nusquam scriptum ab Aristotele est: unde, quod mundi aeternitati: & speciei humanae conueniret: idemque aptum omnino doctrinae Aristotelis effectus: id commentatores primarii Alexander: & Auerroes ei philosopho tribuere uoluerunt. Nouitio tamen excipi: & uniri, quod semper fuerit nemo neget. Ad secundum, & si anima intellectiua est in potentia: tamen alio modo, quam sensu est. cum enim sensu sit in potentia ad esse simpliciter: tamen, ut esse definit parte post: sic incipit parte ante simpliciter. Intellectiua certe ipsa non simpliciter esse in tali corpore recipit: sed praesistens est in potentia: ut tali corpori uniat: quo modo ne corrumpi quidem simpliciter potest: corrupto corpore: sed secundum quid: cum non praeterea esse in tali corpore habeat. Ad ultimum, quod se demonstrat se dicit: non uerum dicit. non enim solum non demonstrare: sed ne probare quidem leuiter potuit ex Aristotelis opinione Deum cuncta ex nihilo creare. Quod si Deus: neque ex nihilo quicquam facit: neque immediate: animae certe rationem: si Aristotelis iudicio loquimur: non ad creationem ex nihilo, quam a nostris accepimus sanctis: referte debemus: sed ad eorum sententiam: qui unum eundemque omnibus tribuunt intellectum.

Non esse reprehendendum Platonem: ut aduersarius facit, quod uel animam dixerit corporibus praexistere, quod etiam Aristoteles uidetur sentire: uel scire hominis esse reminisci. Quomodo intelligendum sit illud Aristotelis: intellectum esse ueluti tabulam rasam. Caput. xxviii.

Tem reprehendit Platonem aduersarius, quod animam praexistere corporibus: & scire hominis recordari: & reminisci dixerit. probat enim, quod ab Aristotele dicitur intellectum esse: perinde, ut tabula: in qua nihil sit scriptum: neque esset animam intellectiua: quae forma corporis est: praexistere posse sine materia: sed quid haec i Platonem iustius, quam in Aristotelem dici possit. Nam si de foris animus adeat: ut & Aristoteles ipse fatetur: praexi-

stat necesse est antequam corpori uniat: uel si hoc aduersarius negat: demum oppositum non praexistere: antequam uniat: & quid consequitur: animaduertat si potest. Venerit de foris enim, quod nihil sit: nisi id per se sit: & praexistat, quod ueniat. Ratio quoque reminiscendi: aut recordandi illa Platonis per generationem: non contemnenda est: ut aduersarius putat. Quis enim immortalis: atque aeternam statuens animam: & longe ante corpora praexistente: negare possit eam scientiae plenam esse: & rerum omnium intelligibilium species in sese habere. obliuisci autem earum: cum corpori uniat: ob nimium materiae fluxum: & turbumque doctrinae, & studio: atque exercitatione reminisci: nec nisi prouecta iam aetate fluxu materiae: uel cessante iam: uel potius resiliuente. aut igitur explodenda est illa positio: aut ea salua: praedicta sequantur oportet: quemadmodum & philosophus Arabs Auerroes possibilem intellectum: quem unicum omnibus & immortalem tribuit: censet omnium specierum semper plenissimum esse: semperque adeptum esse: sed quatenus corpori coniunctus est per uaria phantasmata: uarie intelligere. Quin etiam aliquando quidem intelligere: aliquando uero minime: nec ipse sane Aristoteles ab huiusmodi opinione reminiscit: longe abesse uidetur: quippe uerba illa ex septimo physicorum: ad huc etiam sensum accommodari possunt: ut scilicet omnibus sedatis passionibus: siue affectibus prauis: sublati: impedimentis incipiat anima scire & sapere. Scientiae primae acquisitio, inquit, non est generatio. Scire enim & sapere dicimus, eo, quod quieuerit: & constiterit intellectus: ad quiescendum autem nulla est generatio: nulla enim mutatio est: ut dictum iam est. Quid uero inconspicuatius dici potest: quod aduersarius refert: ut anima intellectiua sine materia esse non possit: quam separabilem esse fatetur: & perpetuam parte post: nam si postea superesse perpetue sine materia potest: pari ratione: uel ante praexistere potest sine materia: siue igitur praexistere animam, eo modo Aristoteles uoluit: quo suus praceptor statuerat: animas ab aeterno creatas praecedere: singulas hominum generationes: siue unum: eundemque intellectum esse putauit unicum toti speciei humanae: qui quoduis individuum eiusdem speciei praecederet. Non adducenda in argumentum est ratio inde: quod anima sine materia stare non potest: nam neque si unus: idemque omnibus intellectus est: non praexistit sine materia: neque si per creationem praecedit: repugnet priuatio materiae: quando ad suum simpliciter esse, ut post: sic ante sine materia stare potest. Tabulae autem illa similitudo non ad simpliciter esse intellectus referenda est: sed ad corporariam operationem: ad quam intellectus perinde se habet: ac tabula: in qua nihil sit scriptum. nihil enim cognitionis phantasmata: possidet: sed in potentia est ad cognoscendum duntaxat per phantasmata ipsa: aut certe, quod *ἀπὸ τῆς φαντασίας*: & ex penitiori ratione disciplinae peripateticae est: ad scientiae primae acquisitionem per quietem & constantiam intellectus: illa tabulae ratio referri debet: & ipsam recordationis: & reminiscitiae nomine Plato significare uoluit. Nam respectu quidem speciei ipsius refertur semper scientia est intellectus: neque aliter Aristoteles, quam Plato hac de re sentit: quod, & Auerroes fatetur: commento quinto: super tertio libro de anima.

Falsum esse, quod aduersarius affirmat prouidentiam secundum Aristotelem: non modo usque ad lunam: sed etiam ad ea: quae inferiora sunt se extendere etiam minimamque terrestria. Prouidentia quid sit. Caput. xxix.

Ed quid post haec aduersarius differit, uideamus. Facit caput decimum septimum: & decimum octauum: quibus de fato: & Dei prouidentia agit. Dicit prouidentiam autem Aristotele non se extendere solum usque ad lunam: sed etiam ad ea: quae inferiora sunt: & ad quaeuis minima & terrestria: quod probat ex xii. metaphysicae: quod ibi caelum & naturam dependere a Deo dicitur: atque etiam ex secundo de generatione: quod ibi Deum fecisse continuam generationem dicitur. Adde, inquit, quod animi a Deo producuntur immediate ex nihilo: & corporibus infunduntur. quod quia Deus tantum facere potest: utpote actus purus: & nec creatura illa: quia finita est: eundem etiam providere singulis opinari: & mundum eiusdem prouidentia regi necesse est: sed Aristotelem non ea esse opinionem: ut prouidentia Dei rebus generabilibus & corruptibilibus consulat. f. opera immediata constat autorum graecorum sententiam: qui eam non ulterius, quam ad lunam descendere ex Aristotelis iudicio asseuerant: tum aliorum: tum Platarchi uiri sapientissimi: qui in libris de opinionibus philosophorum: Aristoteles, inquit, mundum non totum usquequaque aiatam: aut rationalem: aut intellectualem: aut prouidentia gubernandum statuit: sed caelestia quidem his praedita. orbem. n. qui contineant: animatos animantesque esse: At inferiora & terrena, nihil eiusmodi optinerent: nec ordine principaliter: sed per accidens participare. Auerroes etiam commento libri. xii. metaphysicae: Deum nihil ex his: quae hic sunt intelligere: utpote nihil extra seipsum intelligentem ex Aristotelis sententia scribit: quod

si non hæc intelligit: quæ a luna inferiora sunt: sequitur necessitas: ut his non provideat. providentia. n. actio siue officium intellectus est dirigens rem cui consulitur ad finem: commodum: quod nisi cum cognitione rei ipsius effici minime potest: ut idem etiã commetator Auerroes super eodem Aristotelis libro. Species tantum cognosci: easdemque solum procurari a Deo propter materiam priuationem fatetur: quin etiam diuus Thomas super primo sententiarum distinctione trigesima nona. A lii, inquit, nullam providentiam esse statuerunt: ut Democritus: alii eatenus providentiam esse uoluerunt: quatenus se extendere ad species: neque ad indiuidua descenderet: uidelicet ea de causa: quia, quod suum egreditur: cursum: id legibus non subicitur providentiæ. Itaque ea: quæ sæpe a cursu ordinato deficiunt: non providentiã gubernantur: qualis particularis generabilium: & corruptibilium rerum conditio est: quæ quidem opinio tribuitur Aristoteli: quæ ex eius uerbis manifeste id accipi non potest. Commentator tamen Auerroes negat expresse fas esse bonitatem diuinam sollicitari rebus particularibus: nisi quoad in naturæ communis ratione conveniunt: sic diuus Thomas: & Commentator Auerroes, qui summus Aristotelicæ scholæ confessor habitus est: unde latissime iam patet providentiam Deum non ad hæc inferiora descendere sententia Aristotelis. Quid uero tam prolixè: ab eo ipso philosopho ostenditur. i. per hermenias: uerum non esse determinatum in futuris contingentibus rebus: si cognitio dei se ipsam ad hæc usque inferiora porrigat. sic. n. cognitione ipsa: & præscientia dei determinetur: altera pars cõditionis: nec consultare: aut agere quicquã oporteat: ut uel ita eueniat: uel ne ita eueniat: probatur etiam ab eodem philosopho. vi. metaphysicæ esse aliquod ens per accidens: quod nõ semper: aut magna ex parte fiat: sed raro: ac eiusmodi entis non esse scientiam: neque causam ullã per se: sed casuale siue fortuitam: quæ ad nullam aliam causam reducatur. At si providentia Dei ad hæc usque perueniat causa illa fortuita: & casualis reduci profecto ad causam per se: hoc est providentiam ipsam potuerit: atque ita omnia fient ex necessitate: nullumque ens per accidens fuerit: quod Aristotelis sententiæ aduersatur. Non ergo ita putandum: ut Aristotelis senserit: prouideri a Deo rebus his contingentibus & particularibus: in quibus nihil certi est: fatum autem nõ referri ad Aristotelem autorem non mentiri aduersariũ dixerim: si id esse fatum intelligit: quod motui celesti: & causæ per se tribuatur. hinc. n. & qui providentiam statuunt: negant ullam rem casu & fortuito posse fieri. Quapropter diuus Thomas i exponendo eo prædicto loco: Idcirco, inquit, ex fide catholica dicimus nihil temere: aut fortuito: sed cuncta providentiæ subdita esse diuinæ. Aristotelem etiam eodem in loco benigne interpretatur, asserens illum de rebus his contingentibus ordine ad causas particulares dixisse: non ordine ad causam uniuersalem: quæ diuina providentia est: quæ rerum effectus partim necessario: partim contingenter prouenire statuerit: quæ ipsi effectus suis assimilentur causis proximis non remotis: quas pro sua imbecilli natura attingere nequeant. Sed hæc: ut modo dixi benignius referuntur. nam argumenta adhuc Aristotelis manent insoluta: quoniam si causa contingens reducatur ad causam per se: proueniret necessario effectus: atque ita nihil per accidens sit: Ita enim secunda causa mouet: ut a prima moueri constat. Nec uero concedi ex doctrina Aristotelis potest aliquid immediate contingenter a Deo ipso ordinari. Ad argumenta quoque aduersarij facilis responsio est: quod enim sapenumero repetit cælum: & naturã dependere ex deo: non id providentiæ ratione significatur, quæ contingenter prouenit: & generabilia: corruptibilia: fortuita sunt: reducuntur: quia talia sunt: ad causam primã: Sed causationem primã rei cuiusque: & conseruationem refert. cuncta enim ex prima causa trahunt sibi esse: & quod sunt in eodẽ semper inde seruantur. Quod si contingentis siue ratio: siue portio in natura continetur: profus, ut natura ipsa ex deo dependens: & est: & seruat: sic & ipsa contingentis ratio inde est: quod est: & seruat. Non ergo contingens: & corruptibile: ut tale referendũ ad causam necessariam est: sed, aut ad fortuitam: quæ nõ reducatur per se ad superiorem: aut ad prauam materię conditionem: quæ causæ contingentis: temeritatisque est. Vel: ut Auerroei placet ex Aristotelis sententiã: dependent a Deo omnia quantum ad species: non quantum ad indiuidua. Ad secundum etiam argumentum eadẽ ratione respondemus: nõ & si deus propterea prouidet: quod continuam fecerit generationem: non tamen ideo constat providentiam longius se porrigere, quam ad esse rei specificum: & necessarium. Ideo enim facta est generatio continua: ut species seruentur. Deus namque speciem conseruandam spectat: quæ stabilis: & perpetua est. non indiuiduum, quod mutatur: & perit: utpote, quod non ratione sui esse indiuidualis: sed speciei participet ordine. Quod autem de creatione animæ aduersarij dicit: satis iam responsionem suo loco recepit: & quæ subnectit: labuntur de facili cum eo fundentur. quod iam confutatum est. Plura de providentiã, fato: & libero arbitrio superiori libro exposui: quare pauca eis hunc locum prætereo: & cum non plura ex Aristotelis: ac ceterorum philosophorum opinione

nione: hic tum ne nostrarum quidem literarum sacrarum placita repeto: quæ longe a sententiã dissentiunt Aristotelis. Cuncta enim legi diuinæ providentiæ subiecta esse uera religio probat. Sapientia, inquit, attingit a fine ad finem: & res hominum disponit suauiter.

Mentiri aduersarium de Platone: quod nullam esse providentiam putauerit: sed omnia fieri necessitate stellarum. Caput. xxx.

Dicit aduersarij falso nullam a Platone statui diuinitus providentiã: & omnia fieri ex necessitate: quæ a stellis dependet: Sed nos quoniam quid de providentiã Platone senserit satis libro superiori exposuimus: non hic plus respondemus: quod ut quid simpliciter, quid ex suppositione sit necessarium: quæ conditionalis necessitas: quæ absoluta sit: Aduersarium ignorare dictum uelim. Nam si Plato præsciri cuncta a Deo putauerit: nõ ideo necessario fieri omnia sequitur. Non enim ipsa præscientia Dei affert rerum contingentium futurarum necessitatem: nisi respectu causæ primæ: quæ necessitas consequentiæ est: non consequentis: & conditionalis: non absoluta: ut & nostris sanctis autoribus placet. Quare eadem pro Platone responsio reddi potest: quæ pro nostris theologis in eos, qui contingentis rationem: & liberum arbitrium tolli ex Dei providentiã arbitrantur.

Impie dici ab aduersario res non ideo esse futuras, quia Deus præuidit: sed ideo Deum præuidere, quia futuræ sunt. Caput. xxxi.

Postremum uelut apicem suæ impietatis apposuit aduersarij cõtra omnium sanctorum sententiã: res nõ ideo esse futuras: quia Deus præuidit: sed ideo Deum præuidere: quia res sũt futuræ. Diuus uero Augustinus in decimo octo de trinitate Diuersas, inquit, creaturas: & spirituales: & corporales: nõ quia sunt: ideo nouit Deus: sed ideo sunt: quia nouit. Reliqui etiã sancti hoc idem docuerunt: & autor quoque sententiã in primo: dicimus, inquit, res futuras nullatenus esse causam præscientiæ: uel scientiæ Dei. Nec ideo præsciri, uel sciri: quia futuræ sunt: quinetiam res ita exigunt: ne temporale sit causa æterni: & scientiã Dei causetur. Cum enim providentiã: & præscientiã Dei æterna sit: futura autem sint temporalia: sequitur porro: ut temporale sit causa æterni: & scientiã Dei non aliter, quã nostra a rebus ipsis causetur: & multa alia deduci possent absurda. Res igitur ideo futura est: quia Deus prouidit: non e contrario. Sed iam satis me respondisse arbitror: uel ad eas ineptias: quibus ipse aduersarij plurimum cõfidens: certamen aggressus est: in quo si recte iudicabit: profecto non minus prostratum se esse dolebit: quod lætatur pro sua imperitiã est: cum hæc arma ne dicam festucas fragiles in Platonem sumere uoluit. Nam & ea: quæ Aristoteli tribuit nõ iure ad illũ referri posse: & quæ Platoni obicit: aut eadem, quæ uel Aristoteles senserit esse: aut falso: per uerse: & imperite adduci ex plicatum iã est.

BESSARIONIS CARDINALIS NICENI: ET PATRIARCHAE CON-
STANTINOPOLITANI IN CALVMNIATOREM
PLATONIS LIBER QVARTVS.

Platonem ab omni uoluptate mundum intemperatumque fuisse.
Platonem uitam fuisse continentissimam.
Platonem copiosius omnibus: & melius de uirtute disputare.
Poetas & legumatores a Platone reprehendit: quod aditum patefecerint uoluptati.
Libros turpes a pueris minime legendos.
Platonem tertio de repub. ad continentiam iuuenes excitare.
In quibus Plato Homerum arguat: ubi eum commendat.
Quales esse debeant ciuitatis custodes.
Quae fingenda sint in pueritia: quae non.
Cognoscere uitia oportet: non aemulari.
Quare Marti sit adiuncta in fabulis Venus: & plus licetiae militibus, quam ceteris hominibus dari.
Qualem Plato principem uelit constitui.
Triplitem esse uoluptatem secundum Platonem: & uoluptatem eruditionis esse amoenissimam.
Platonem naturalem coniunctionem admittit: turpem detestari: & eam duntaxat maris: & foeminae coniunctionem probare: quae procreanda: sobolis gratia fiat.
Quomodo ueneris utendum sit.
Singulari hominibus duos comites amicos esse.
Spei nomen communem esse ad timorem & fiduciam.
De duplici genere uitae: & iustos quidem esse felicissimos: uoluptati uero deditos esse miserimos.
Quibus officiis animus colitur: quibus uitiis corrumpitur.
Plus esse uoluptatis in temperantia: plus doloris in luxuria.
Homines uoluptatum uictores esse felices: molles esse miseros.
Non a maribus solum: uerum etiam ab innuptis foeminis abstinendum.
Concubitores masculorum: & innuptarum capite damnandos.
A dultero impune a uiro posse occidi.
Quales esse debeant obstetrices.
Hominem luxuriae deditum pecudi similem esse.
Expetendam esse temperantiam si quis optet felicitatem.
Omnes Platonis libros ad uirtutem hortari: uitiis retrahere.
De ortu: & incunabulis Platonis.
Socratis somnium de Platone.
Cur Plato in academiam locum insalubrem: & pestilentem se receperit.
Quomodo sit intelligendum mortem a philosopho expetendam esse.
De duplici mortis genere.
Augustini de Platone praeclearum testimonium.
Platonem coelibem: & castum semper uixisse.
Platonem naturae sacrificasse: quasi piaculum commississet: quod liberos non procreauerat.
De modestia: & grauitate Platonis etiam ab incunabulis.
Raro subridere: ridere nunquam uisum esse Platoni.
Sine mercede Platonem docuisse.
Quam irae pepercerit Plato.
De somno: & uigiliis Platonis.
Nocte surgendum ad res agendas.
Immodicum somnum: & corpori: & animo obesse.

Caput Primum.

VPEREST: ut de contumeliosis: uirgulis: & maledictis: quibus Platonem aduersarius insectatur: agamus. Neque enim hoc loco deserendus est uir singulari: ac pene diuina uirtute praeditus: nec permittendum: ut praeter iustasque ab homine iniquissimo laceretur. Quamquam hunc locum: ex quo alioquin laudes Platonis facile dilucescerent: difficilem tractatu facit temeritas maledici hominis. quis enim duntaxat uir modestus: & grauis possit sine pudore ea scelera nominare: quae aduersarius: tam foede: ac turpiter de moribus Platonis fingens adducit. Auget uero difficultatem loquacitas hois prope immensa: quae uix comprehendi nisi oratione longissima potest: uerum tamen conabor ita agere.

re: nec defensio necessaria praetermissa esse uideatur: & quae ab aduersario sparsim: ac tumultuarie dicta sunt: quanto honestius & breuius potero attingam. Quod si forte contigerit ob nimiam aduersarii loquacitatem trahi me aliquando longius: quam uellem: certe iusti & humani uiri officium mihi ignoscere: & dare hoc Platonem molestum sit pro tanto uiro aduersus summam iniuriam nobis aures praebere. Quippe res honestas non modo explicandas latius: sed etiam saepe numero repetendas Platonis: quem defendimus: sententia est. Quae autem res esse: aut dici honestior potest: quam defensio ueritatis: hanc nos pro Platone facile libenterque suscepimus: ne in hominem tam magnifice de hominum genere benemeritum: praegrati esse uideremur. At quoniam aduersarius uoluptatem in primis Platoni obiicit: & eam maxime uoluptatis partem: quae in rebus ueneris consistit: studetque in primis Platonem ostendere incontinentem: & obfoenis deditum uoluptatibus fuisse: nos quoque hunc locum primum aggrediamur: & in quo libentius ille uersatur: primum occurramus. Postquam igitur ita aduersario placet: ut ex iis: quae de moribus a Platone atque Aristotele scripta sunt: utrius uita honestior fuerit: iudicetur: Platonis quoque uita explicaturum se ex illius operibus ostendit: & ita quantum in se est: molitur: primum libri ipsi Platonis a nobis in medium proferendi sunt: ex hisque: quid ille de uirtute: moribus: honestate: praecipiat: moneat: consulat: perspiciendum. Mox uero ab iis: qui ante nos fuerunt: doctissimis uiris testimonium petendum est: tum ad rationes aduersarii plane falsas: ac temeritatis: & impudentiae plenas ueniendum: ut uidere omnes manifestissime possint hunc: quae scribit: partim fingere: partim animi malignitate peruertere. Platonis itaque uitam continentissimam fuisse: abhoruisseque eum semper ab omnibus corporis uoluptatibus: licet in omnibus eius sermonibus animaduertere. ubique enim uirtutem mirifice laudat: Contra uero: uitia reprehendit: & ipsam in primis de qua agimus: uoluptatem ita insectatur: ut non tam philosophi: quam seuerissimi cuiusdam censoris officio fungi uideatur. Multi profecto quid uirtus esset: & quae sint eius officia: scripserunt: sed nemo tanto studio: tanta facundia: tanta erga genus humanum beniuolentia & caritate ita inuitat: hortatur: consulit: excitat ad uirtutem: ut Plato facit. Quod non uerbis quidem nos accommodate tractentur: uetusque poetas: seu legum auctores reprehendat: qui in honestis uoluptatibus locum aliquem reliquerint: quando uel summum hominis bonum uoluptate definiunt: uel illustrium uirorum: aut etiam deorum uoluptates narrauerint: uel quouis alio modo ea uitiis sint probata: quae ad turpem uoluptatem referri possunt. Hinc cum ratione qualis esse debeat reipublicae status firmaret: poetas censuit urbe depellendos esse: nec iuuenturi permittendum: ut eorum libros legerent: ne tenerae adhuc mentes deorum: siue heroum autoritate permotae: his moribus corrumperentur: quos abolere postea ualidior aetas non posset. Nam si uel stuprum: uel aliquod huiusmodi scelus a diis patratum serio adolentes audierint: parum abstinere poterunt: cum homines sint: ne simile aliquid committant: quando id referre possint ad tam excellentes auctores. Haec cum pluribus aliis in locis: tum tertio de republica libro a Platone scribuntur: ubi cum per multa de officiis: quasi diuinitus disseuisset: & quemadmodum musica eruditi iuuenes clari possent euadere: de modestia: temperantia: continentia: seorsum praecipit: & hortatur: modestiam itaque: & temperantiam in primis magnopere excolendam censet: ut iuuenes senioribus: & principibus ciuitatis obtemperent: uoluptatibus resistant: libidinem: id est cibis: ac potus: rerumque ueneriarum usum deuient. Probat ad modestiae officium illa Homeri.

- Mi iuuenis taceas: & nostra amplectere dicta: & reliqua similia. Reprobatur illa: Ebric: cui catuli
- sunt lumina: cordaque cerui. Illa quoque tanquam contra officium continentiae dicta reprehendit. Nul-
- la crede mihi: res mensa suauior illa est: Quae ceterem: bacchumque simul: carnesque ministrat.
- Item illud, Quam parit atra fames: ditum est heu morte perire. Improbanda etiam illa eiusdem poetae censet: in quibus Iouem: usque adeo libidine incensum narrat: ut omnium rerum: quas optimo consilio agendas statuerat: oblitus: cum primum Iunonem uidit: ita arserit: ut ne tantisper quidem potuerit differre: quoad Domicilium ingrederentur: sed humi ubi forte erant: uxor
- rem amplexus: desiderium explete uoluerit: factus nunquam se amore ardentius concitatum: etiam eo tempore quo primum mutuo amplexu clam nequid parentes sentirent coniuncti fuerant.
- Martis etiam & Veneris foedos amores: & uincula a Vulcano instructa apud eundem poetam reprehendit. Ea autem: quae animi magnitudinem: constantiam: & patientiam declarant uehementissime laudat: quale illud est eiusdem poetae.
- Intendens animum percussio pectore satur.
- Fortiter ista feras: iam iam grauiora tulisti.
- Tum latius imitari suadet: quae ad uirtutem perducunt: uitare autem: quae parere uitiis possunt: aut detrimentum iis: qui adiut: afferre. Quo in loco maiorem in modum poetae carmen dedit: statuit

qui de diis turpiter atque inhoneste locuti sunt: & suaves potius atque iucundi, quam honesti: & utiles esse uoluerunt. A custodibus deinde sua ciuitatis: nihil aliud curandum censet: praeter ea: quae ad conseruandam reipublicae libertatem pertineat: hoc unum officium: hanc solam prouinciam illis mandat: & exemplar quod aut imitentur: aut fingant: proponit. At si quid praeterea fingendum est: inquit: fingi continuo a pueritia oportet: quae officio conueniant: uidelicet animi magnitudinem: constantiam: fortitudinem: fidem: temperantiam: modestiam: continentiam: religionem: & reliqua: quae mores ingenuos: ac liberales instituunt. Res autem illiberales: & inhoneste: & turpes neque agere: neque fingenda sunt: ne fictione huiusmodi eorum: quae fingunt: habitum concipiant. An nescis, inquit: eam uim simulationis esse: ut si a pueritia longius perseueret: mores: naturamque constituere: & animi: & uocis: & corporis possit? Hominibus igitur: quibus consulumus: & mores ingenuos comparari probamus: minime concedimus simulatam: uel mulierem: uel iuniorem: uel seniore: uel litigantem: & maledicentem: uel se iactantem: & cum diis immortalibus cōtentem: uel suas calamitates deplorantem: ac multominus aegrotantem: aut amantem: aut parturientem: nec uero improbos uiros: & contraria his rebus: quas superius laudauimus agentes: maledicos: petulantes: contumeliosos: reliquosque, qui rem turpem: uel agunt: uel loquuntur. Denique nullum facinus: quod ab hoie improbo: uel contra se: uel contra alios inferatur simulandum est. quin etiam mentecaptos effingere: uel in agendo: uel in loquendo: nequaquam tutum opinor. Cognoscendi sunt enim & mentecapti: & moribus deprauati: non modo uiri: sed etiam mulieres: effringendi uero non sunt. Haec & alia pluraque Plato de ingenuis moribus scribit. Sed plura afferre in praesentia longum esset. Satis sit haec breuiter tetigisse: quasi in iudicium quoddam: unde de caetera: & peti: & sumi facile possint. An igitur Plato uoluptati seruitiisque permittit: an scelera probat: an meretur haec a tali homine de se dici: qui non modo caeteros ciues: qui honestius, quam milites solent uiuere: sed ipsos etiam custodes: qui milites sunt: ita erudiendos censet: ut cum a caeteris malis: tum a uoluptate in primis abstinere: nec solum amore in flammari se minime sinant: sed etiam amantes non simulent: qui cognoscere quidem uitiosos permittit: sed agere quicquam uitiosorum: ne per simulationem quidem & iocum: aut ludum concedendum existimat. Atque in militibus plus licentiae esse Aristoteles quoque secundo politicorum libro fatetur: maior pars, inquit: nationum militarium: strenuorumque libidini mulierum dedita est: exceptis gallis: & si qui alii aperte mulieribus mares anteposuerunt. Et certe, qui primus fabulam finxit: non sine causa Matrem cum Venere uidetur coniunxisse. Vniuersum enim id hominum genus puerorum: aut mulierum auidissimum est. At Plato eos quoque seruare temperantiam iubet: sed facit hoc testimonium Aristotelis, quod modo adduxi: ut mecum cogitem: quid aduersarius ageret in Platone: quomodo eum urgeret: insectaretur: clamaret: & tam nefarium scelus notari ab omnibus flagitaret: siquid tale ab eo dictum fuisset: quae militibus Aristoteles sine aliqua detestatione permittit: quia si parum ad rei uenerae libidinem interesset: mulierem ne aliquis: an marem expectat. Verum Plato non in quibus uitii uersentur milites: narrat: nec fabulae autoritate sceleris usum comprobat: sed auctores huiusmodi fabularum detestatur: atque e re: eicit: milites autem non minus: quam caeteros honestissimos ciues: & principes reipublicae: non modo a tam nefando scelere: sed a quibus uenerae uoluptate iubet abstinere: & quo pacto ita uiuere possint: docet: per uicaces digno supplicio autoritate legum constringit. Nec poetis modo nequid flagitiosum narrent: interdicit: sed etiam fabris: ut sunt fictores: pictores: excusores: & caeteri id genus: nequid tale representent. Sic enim eodem de reipublicae libro scribit. Num igitur poetas solum monere debemus: & cogere: ut bonorum morum exempla carminibus suis praebant: alioquin apud nos carmen non componant: an caeteris quoque opificibus uetandum est: nequid peruersae libidinosae: lasciuiae: liberaliter: turpiter: uel in imaginibus: statuisque: aialium: uel in aedificiis: aut in quouis alio opere faciant: ne nostri custodes dum in exemplis uersant: uitiosis: quibus per herbas noxias uagantes: paulatim ad id animum adhibeant: & quibus ex tanta copia metentes quotidie aliquid: malum usque ad summum imprudens: augeat. Post haec ita de uoluptate rocinat. Cum propter immodicam uoluptatem hoem de statu suae mentis labi contigerit: nullum cum prudentia: modestia: temperantia: commercium habet uoluptas: sed comes est luxuria: demerita: & temeritatis. Voluptate autem uenerae nulla est uehementior. Quocirca repudianda esse omnino huiusmodi uoluptatem arbitrat: ut pestem quaedam animi: rationisque perniciem. Quin etiam talem principem: atque custodem perficiendum censet in rebus formidabilibus: & uario uoluptatum genere constitutus: & qui aurum in igne probatus: tum constans euaserit: iteger: honestus: & sui ipsius custos egregius: qui autem talis non fuerit: eum omnino dimittendum. In nono etiam eiusdem libri uolumine: libidines rei uenerae: & cruoris: & gulae iniquas esse: inquit: immanes effectas. Tum etiam triplicem esse uoluptatem: per triplicem animi partem: ut singulae uoluptates: singulis animi partibus conueniant: ex his una esse suauissimamque in prudentia: & ratione sita est. Cum enim triplex sit inquit:

genus

genus uoluptatis: suauissimum: id est: quod parti animi: qua discimus: & erudimur tribuendum est: & homo: in quo ea pars praecipue dominatur: suauissime uiuit. Caeterorum autem uoluptates: non uerae: neque syncerae sunt: sed quasi umbratiles. homines enim prudentia: & uirtutis expectant: & aliis huiusmodi delictis obruti humi detinentur: & si aliquando paululum emerse rint: non amplius: quam interpositam partem attingunt: sicque tota uita aberrant: nec parte inferiore uoluptatem degustant: sed parte superiore illam: & uere excelsam: aut attingere: aut suspicere possunt: nec rei uerae cognitione se satiant: aut integram: firmam: synceramque uoluptatem degustant: sed more pedum proni humum semper spectant: & terrestres mensas secuti: se cibis ingurgitant: & rebus ueneris inuoluuntur: quantum rerum cupiditate alterutrum calcitrant: & cornibus: aut unguibus ferreis se inuicem percutientes interimunt: ut pote: qui gustum rei uerae nullum habent: cibo partem sui animi integram exaurientes. Postremo, qui recte sibi consulit: inquit: primum disciplinam colere debet: quibus animus totus meliori natura informatus: habitum recipit meliorem: & prudentiam: iustitiam: temperantiamque: acquirunt: tum corporis habitudinem: & uitae cultum cura remon: quemadmodum uoluptati ferinae deditus uitam degat: aut quemadmodum uel uiribus superet: uel secunda ualetudine: ac pulchritudine praestent: haec bona modestiae: ac temperantiae ratione adimant: sed ita: ut uitae: & corporis cultus ois accommodari ad animi rationem aptissime uideatur. Haec cum ita a Platone scribantur: iudicare cuiusque liberum sit: an uoluptatis reus agi debeat: qui ita de uoluptate loquitur: qui uitam uoluptati deditam: brutorumque: & pecudum esse arbitrat: qui non modo: nequis aliquid sceleris: aut turpiter agat: uerum etiam ne loquatur quidem: aut fingat rem turpem: uetat: & prohibet. Quid autem in libris quoque de legibus: de eadem re docuerit: quae lo animaduertite. Non modo enim illic hortatur: & monet: uerum etiam iubet: & formam legum praescribit: unumqueque ad uirtutis officia impellit: & cogit: honorem statuit: probis supplicia improbitur: alteri uirtute ardentius colant: alteri uel inuiti seruet honestatem. Primo itaque libro de legibus: cum de rebus ueneris loqueretur: coniunctionem maris: & foeminae legitimam: naturalemque esse dixit: ut pote a natura ad liberorum procreationem concessam: At maris cum mare aut foeminae cum foemina: contra naturam esse dixit: summumque: & nefandum luxuriae scelus: quo loco plane ostenditur: non modo rem turpem: atque illicitam prohiberi: sed etiam legitimam maris: & foeminae coniunctionem: non aliam: quam procreandae sobolis causa concedi: quod apertius etiam octauo eiusdem libri uolumine exponitur. Vbi praecipit debere quaeque ab omni foeminea tellure abstine re: in qua oriri nolit: quod seminat: sit itaque Plato in rebus etiam ueneris: nequaquam a legibus & institutis nostrae religionis dissentit. Quod si maris etiam cum foemina coniunctionem non aliter concedit: quam procreandorum liberorum gratia: quomodo durum illud: atque nefarium coitum aduersus naturam: suum etiam sexum profanantem: quem ipse quoque contra naturam esse fatetur: & scelus ferum: ac summam miseriam causam noiat: uel permisisset aliis: uel ipse commisisset? Ad haec duo isti: inquit: uoluptatum: dolorumque fontes: ut a natura profuuant: permixtum est: ex quibus quae quemadmodum: & quando: & quantum oportet haurit: siue ciuitas uniuersalis: siue priuatus ciuis: seu quodlibet animans id fuerit: felicitatis suae modum consequatur: necesse est. At qui imperite in opportuno haurit in summa miseria: atque infelicitate uiuat oportet. Item unusquisque nostrum: quae unus est: duos tamen intra se comites habet: quorum consilio utitur: utrumque amentem: & alterum alteri contrarium: non me huic uoluptas: illi dolor est. Singulos praesunt futurorum opiniones: quarum nomen commune spes est. Proprium eius: quae dolore praecedit: timore eius: quae uoluptatem fiducia. Haec omnia praecedit ratio: diiudicans quid melius: aut deterius sit rationis: deinceps consilium aureum: fortunatumque esse ait: ac hoies priuatum: & publice huic obtemperantes: uirtute praestare: uitamque felicissime agere. Quin etiam secundo eius operis libro duplex esse uitae genus scribit: alterum iucundissimum: iustissimum alterum: & quae uitam uiuant iustissimam: eos felicissimos esse: contra quae iucundissimam sine uirtute: eos esse miserissimos. Item qui uirtute perditus uitam uiuit: sua modestia: temperantia: iustitia felix: beatusque est: siue magno & spualido corpore sit: siue paruotusque: ibecillius: & siue diues sit: siue pauper. Si uero opibus: plus etiam: quam Cinyras ille: aut Midas excellit: iniuste aut uiuit: perfectio felix est: non neque uitam acerbissimam ducit. Quinto etiam libro dum quibus officiis colat animus: quibus uitiis negligatur: exponit: uoluptatis usum neglectum: ac dedecus a quo parere his uerbis declarat. Quin etiam quoties uoluptatibus praeter legis & laudis rationem indulget: minime animum colit: immo spernit: & ignominia afficit: cum scilicet malis: penitentibusque: facinoribus eum patitur compleri. Mox addit animum esse rem omnium: quas homo possidet: maxime diuinam: nec aurum omne: quod sub terra: supraque terram est: cum uirtute esse comparandum. Tum uoluptatum: dolorumque rationem describit: & uitae generat: atque hominum uoluntates complexus: negotia exponit: quae uita deligenda: quae uitanda sit: demonstrat. Modestam: ac temperantem deligendam censet: luxuriosam uitandam. Plus etiam uoluptatis in temperantia

i iii

& castitate plus doloris in luxuria & libidine esse his uerbis existimat. Qui recte iudicat: uitam
 continentem: ac temperantem statuit in unaquaq; re placidam esse: atq; tranquillam. habet eni
 hæc uiuendi ratio: tum dolores: tum uoluptates moderatas: ac mediocres: cupiditates etiam le-
 ues: & amores non effrenatos: aut subibundos: luxuriosam autē contra: in unaquaq; re inquietā
 ac perturbatā uehementes habere: tū dolores: tum uoluptates, cupiditates intensas: atq; insanas
 amores urgentes: & supra quā dici potest inflammatos. Voluptates etiam in temperantia plu-
 res esse, quam dolores: in luxuria autem contra: tum amplitudinetum etiam copia: aut cōtinua
 tione. unde fit: ut uita altera iocundior: altera acerbior necessaria natura ratione sequatur. Qui
 itaq; læte: & iucunde uiuere cupit: caueat ne uiuat luxuriose. Ad hæc libro sexto uoluptatem
 ueneream incensam dicit: quo uerbo acumen uitii: & temeritatem: & furorem significat, quem
 impetum incensam: modo ratione moderandum: modo metu legum cohibendum præcipit: &
 septimo libro. Mea, inquit, sententia est: ut recte uiuendi ratione: nec uoluptates appetere: nec do-
 lores omnino uitare debeat: sed mediocritatem quandā seruare & colere: quod nūc leuiter mi-
 ti nomine exposui. quā quidem animi dispositionem: Dei etiā esse quadam celebris oraculi fa-
 ma recte ab omnibus existimari potest. Hæc igitur habitus mediocritatem expeti ab eo: qui di-
 uinus futurus est: censeo oportere: suamq; arbitrari officium: nō modo ne ipse uoluptatibus se
 permittat: quibus potiri non sine dolore potest: uerū etiam, ne alium uel seniores: uel iuniores:
 siue marem: siue foeminā ita affici patiatur. ita suos homines ad uirtutem hortabatur Plato: ut
 suis etiam diis: his scilicet inferioribus: & regioni aereæ præsidibus: quibus & uoluptates: & do-
 lores accidere gentiles putabant: eos cuperet æquari. Atqui libro octauo præter alia pleraq; ne-
 cessaria: quæ paulo post proferemus: homines, inquit, cōtinentes: & uoluptatū uictores felicissi-
 me triumphare: molles autem & a uoluptatibus pessundatos instar mæcipiorum, duci infelices
 & miseros. Cauere etiam eos: qui bene: beateq; uitam agere uolunt: nō modo a maris: sed etiā
 a mulieris inuuptæ nefanda libidine: nec aliam, quā suam quæq; uxorem pertingere: nec spurios
 procreare: & genitale semen irreligiose mandare pellicibus. Nono etiam non modo eum: qui
 cū puero: sed etiam, qui cum muliere inuupta se miscuerit: mortis supplicio cōdemniat. Adul-
 terum etiam lege sanxit: impune occidi a uiro posse. In Phædone autē temperantes dicit: nō eos:
 qui uoluptates cum uoluptatibus permittunt: nec eos: qui timore quodā: ne aliis quas cupiunt
 uoluptatibus priuentur: ab aliis abstinent: & ab iis, quas appetunt tenentur. Quod etiam his usu
 uenit: qui præferre modestiam uidentur. superant enim aliqua genera uoluptatū: cum tamen
 ab aliis superentur: ut plane propter luxuriā: atq; libidinem alteram: temperantes esse in altera ui-
 deantur. ergo non tales temperantes esse: sed eos: qui omnem uoluptatem prudentiā: rationiq;
 postponunt: & officio debito: uel omnem uoluptatis usum despiciunt: uel honeste admittunt:
 hos temperantiam colere: & uera: intemerataq; uirtute decorant: ceteros lines quas dā: atq; um-
 bras habere uirtutis: nō ueritatis: aut integritatis speciem possidere. At in Theatere coitum illi-
 citum iniuriā uocat, & inertē cōiunctionē: lenocinia etiā pbro dat: & obstetrices honestissimas
 recusare auspiciū officii dicit: ne forte incidat lenocinii finitimā culpā: in Phædro quoq; hoīem
 luxuriæ deditū pecudi simile dicit: & flagitiosū impudentē: uoluptatis non naturalis auidū uo-
 cat. Multa etiā alia refert cōtra inhonestū: turpēq; amorē: de quibus tūc dicemus: cū ad eū locum
 uentū erit: in quo aduersarii calūniæ: quas ipudeter ex eodē sermone fingit: refellendæ erūt. Cæ-
 teq; i Gorgia Calliclem Socrates uehementer reprehendit: quod dicit facultatē ita tractare: ut nihil
 laudare posse uideret: nisi qd uoluptatē præstaret: & delitiis: luxuria: atq; licētia mō tute p̄cipi pos-
 sent: uirtutē: felicitatēq; describunt: nec modū cupiditatis: aut uoluptatis ullū statueret: sed quo
 affluētius uoluptates undecūq; possent hauriri: eo meliorē: beatorēq; agi uitā cōtenderet. Do-
 lū hoc esse illud danaidū facete Socrates dicit: inexplebilē istā uoluptatū satietatē: & animi lu-
 xuriā: atq; effrenatā libidinē: monetq;, ut p uita lasciuā: & libidinosā, quā laudat: modestiā de-
 ligat: & paucis cōtentus sobrie: honesteq; uiuat. Tū pluribus iteriectis hoc postremū addit: ut
 hō temperans: iustus & reliq; uirtutib; p̄ditus: p̄fecte: absoluteq; felix sit: & cōpos bene: beateq; ui-
 uedi: luxuriosus aut iniustus: improb; sit: miseratq; infelix. Itaq; eū, q felicitatē optat: p̄tantā ex-
 petere oportere: re: luxuriā uero deuitari: & q magis ueloci: ac p̄cipiti cursu pōt: aufergere. Ex qb; sit
 ut aduersarii imprudentiā satis admirari nō possim: qd cōtra ueritatē manifestissime differes: la-
 tere se posse existimauerit. quis. n. locus apud Platōnē nō plenus est laudibus cōtinētia: temperā-
 tia: modestia: cōstantia: patientia: tolerantia: Quis nō uitia reprehēdit: & reprimat: atq; ut uirtute
 felicē: sic uitio miser; fieri unūquēq; declarat: q; postremo nō ad uirtutē hortat: & a uitiiis retrā-
 hit sumo studio: cura & uigilantia: an forte latios hoīes fallere se posse aduersari; cēfuit? At ne
 latini qdē autoritatē tūc phi unius homūcionis uerbis: deicere ais potuissent: & grecos facile
 erat ueritatē rei detegere: & falsatq; in iustā criminatiōnē cōfutare: atq; refellere: sed oia: q; pro
 sua

sua diuina sapientia de uirtute & moribus Plato conscripsit: hoc loco repetere non est necesse.
 rem. n. immensam aggredere: n. oratio uoluminis modum nimis excederet. Quapropter
 ita: quæ diximus contenti posthac doctissimorum uirosum: & omni uirtutis genere illustrū
 testimonia petemus: qui Platōnē ita uixisse memorant: ut uirtutes, quas scribit & probat: & lau-
 dat omni uita sua excoluisse mitissime fateantur. Quo in loco grecos autores: qui uitam Plato-
 nis innocentissimam admittantur: atq; extollunt: sponte omittam: quanq; plurimos habeo: im-
 mo fere omnes: qui aliquid unq; scripsere: quod eo consilio facio: ne aduersarius oblatrare pos-
 sit: autores grecos: propterea uerbis Platōnē laudasse: quia Aristoteli in uiderunt: latinos dū-
 taxat testes citabo: de quibus nullam huiusmodi suspensionem mentiri obiurgator auderet: uerū
 quæ de ortu Platōnis: tam a latinis: q; a grecis autoribus eodem modo narrantur in præsentia
 prætereo: ut scilicet Perictiona mater prius, q; cum marito congregaretur: dæmonis cuiusdam
 aspectu conceperit: atq; enixa fuerit: ut infanti: dum adhuc in cunilibus esset examen apum cir-
 ca ora præteruolans labellis infederit: & postq; aliquādiu in murmurauerat: abiit, ut Socrates per
 quietem uiderit: cygnum primo in uolucem suis genibus assedisse: mox uero uolucem factū
 suauissimo quodam cātu in cælum aduolasse. Postridie uero cum Plato ad eum uenisset: seq;
 illius doctrinæ tradidit: illis qui aderant dixerit: hunc esse illum cygnum tam suauē canentē:
 quem pridie per quietē uiderat: hæc in quā omnia prætereo. At illud certe prætereundum non
 est: ideo se Platōnē in academiā cōtulisse: locum non solū desertum: sed etiam pestilentem
 ut partim cura & assiduitate morborum: partim solitudine: corporis irritamenta compesceret:
 ac partem animi: rationis expertē moderaretur: rationiq; subiceret: sicq; libidinis impetū fran-
 geret: & modestiam: continentiam: temperantiam sequens: nullam aliā uoluptatē: q; studiose
 sentiret. Hæc enim de eo refert sanctissimus uir Hieronymus: in eo libello: quem aduersus Io-
 uinianum eloquentissime scripsit. Plato inquit, cum esset diues & toros eius Diogenes lutatis
 pedibus cōcalcaret: ut posset uacare philosophiæ elegit Academiā uillam ab urbe procul: nō
 solum desertam: sed etiam pestilentem: ut frequentia morborum: simulq; solitudine: libidinis
 impetus frangeretur: discipuliq; sui nullam aliā sentiret uoluptatē: nisi earum rerum: quas di-
 scerēt: ita siebat: ut academiā colentes: ceteris omnibus curis omissis: duntaxat philosophiæ
 uacarent. Quo certe pertinere uidetur Platōnis illa descriptio: qua philosophiam definit: esse
 mortis meditationem: atq; illud quoq; quod in Phædone scriptum est: debere philosophum
 mortem expetere. neq; enim ista significant expetendam esse animæ dissolutionē a corpore an-
 te, quam præstitutum a Deo tēpus aduenerit: quod Plato nefas esse dicit: sed debere quēq; ani-
 mum ab hac mole corporea: & uitiiis hinc: atq; hinc scaturientibus erigere: & quantum fieri po-
 test omni contagione carnis sequestrata in sola profundissimarum rerum contemplatione uer-
 sari: legat qui uelit Macrobbi librum de fatumalibus: & bipartitam hanc mortis diuisionem in
 ueniet: ut altera natura accidat: altera ex uirtute proficiatur: quā præcipi a Platōne confirmat:
 eamq; esse cū aius adhuc iunctus cū corpore: uoluptates corporis respicit: & oibus uitioq; uin-
 culis solutus ad nobilitatē erigit: studioq; ad superiora: & natura sua digna sublimis euehitur: le-
 gat p̄terea sapientissimū uirū: & uere diuinū Aurelium Augustinū: cuius duntaxat grauissimū:
 firmissimūq; testimonio: oia ineptissimi obiurgatoris cōuitia: & maledicta debilitari: dissolui:
 infringi: reici possunt: & longe qdem facilius: quā tela aranea rapidissimo uenti fragore distrū-
 pinec certe sine admiratione: uel legi: uel audiri possunt: quæ a tāto uiro dicunt: libro nāq; de
 uera religione. Platōnē scribit discipulos suos docere solitū: ut a ueneretis uoluptatib; abstine-
 rent: p̄suasumq; sibi haberet: ueritatē non corporeis oculis: aut sensu aliquo: sed sola mētis puri-
 tate uideri: ad quā percipiendā nihil magis impedimento esse: quā uitam libidinibus deditā: &
 falsas imagines re: sensibilū: quæ nobis p corpus imprimunt. Itaq; sanandū in primis esse ani-
 mum ad p̄cipiendā in cōmutabilem re: formā: & eodē modo semp se habentē: atq; omni ex
 parte sibi simile pulchritudinē: ipsum p̄terea Platōnē uitam coelibem: ac castam semp uixisse:
 propter, qd usque adeo timuisse pueram tēporum suorū opinionem: ut sacrificasse naturæ phi-
 beatur: quasi peccatū expiare uellet: q; liberos nō procreasset. Sic Augustinus de Platōne refert,
 Quo testimonio quid amplius dici: quid certius potest? Quis eni excepto aduersario tam impro-
 bus tanq; ab omni uere rōnis cogitatiōe remotus sit: ut Platōnē incontinentē: aut libidinōsū
 fuisse existimet: quē Augustinus cū de uera religione scriberet: in exemplum castitatis adduxit.
 Legimus etiam Platōnē ab ipsis iam inde in cunabulis usque adeo modestū & grauē fuisse: ut ta-
 ro subridere: ridere nunq; uisus sit. Mercedē a nemine unquā ex iis, quos docebat exegit: uero
 etiā oblatam respuens. Iræ tam cōtinens fuit: ut ne in senios qdem unq; quod inauditū est: uel
 fecerit quicq; uel dixerit iratus. Virgii, inquit, aliquādo te cædere: nisi iratus essem: & rursus eū q
 dā ex ei; seuis grauius et rasset: ad Xenocratē, qui tū forte aderat conuersus: uerberato tu, inq;
 i iiii

puerum me ego per iram concitatus id agam. Continentiam autem cibi & potus tantam in eo fuisse tradunt: ut non solum deliciores epulas: & opipara conuiuia spreuerit: & bis tantum in die cibum sumere consueuerit: sed tantum duntaxat per omnem uitam sumpserit quantum satis esset ad uitae necessitatem: oliuis tantum academicis: & uili pane: atque aqua contentum fuisse accepimus: quem uictum: quantum somni sequi uerisimile est: tantum dormire solitum: scilicet, non plus, quod satis esset ad euitandam ex nimia uigilia malam ualitudinem. Caeteros etiam: quod ex primo libro de legibus constat: solebat admonere: ut nocte surgerent ad res tum publicas: tum priuatas obeundas. Somnum enim immodicum: & corpori: & animo obesse dicebat: parumque inter mortuum & dormientem interesse: itaque, ut quisque uiuere: & sentire cuperet: sic uigilare oportere: quantum salua corporis ualitudine id fieri posset. Haec omnes tam graeci: quam latini de Platone perhibent: & latissime referunt. Quam ego, ut institui: breuiter ea percurro: ne in rebus notissimis longior sim. Quis enim uestrum uiri latinum non legit laudes de uita: ac moribus Platonis apud M. Tullium: apud Quintilianum: apud A. Gellium: Apuleium: Macrobius reliquosque linguae latinae autores: quos enumerare longissimum esset? Quot & quanta uir sapientia: & morum integritate insignis. L. A. Seneca de Platone honestissime refert in epistolis ad Lucillum: in libro de irade beneficiis: reliquisque operibus: quam mores illius admittat: & pro exemplari quodam uirtutis pulcherrimo constituit? Quantam splendori: & decus Romanae linguae. M. Tullius Platoni laudem tribuit? Omnes profecto quocumque ueteris illius uirtutem admirantur: etiam si qui opinione ab eo dissentiant: quod etiam ab ipso, quem modo nominauimus. M. Tullio aperte explicatur in libro: quem Tusculanas quaestiones inscribit. Credamus igitur, inquit, Panetio a Platone suo dissentiente: quem omnibus locis diuinum: quem sapientissimum: quem sanctissimum: quem Homerum philosophorum appellat. At si Augustinus, & Hieronymus: non modo scientia praecelari: sed etiam uita: & moribus tales sunt: ut in religione nostra pro sanctissimis uenerentur: & Platonem quidem testantur optime: integerrimeque uixisse: quis hoc non satis testimonii esse existimet: & hunc uirum iure optimo arbitretur omni uirtutis genere ornatisimum fuisse? Ita Plato non modo suis operibus: sed optimorum etiam uirorum testimonio sine ulla culpa: sine reprehensione: sanctissime: innocentissimeque uixisse de monstratum nec est, qui rem hanc in controuersiam unquam traxerit praeter aduersarium.

De amore & eius differentia.
Amorem castum in sacris literis celebrari.
Bonos recte: syncereque interpretari: malos nequiter.
Socratem reprobare Lysiae oratoris de turpi amore sermonem.
Quo modo Phaedrum amauerit Plato.
Qui sit animus uere felix.
Qui non sint beati: quae infelices: ac miseri non sint.
Animos post .x. milia annorum eodem unde uenerint redire.
Qualis sit dialogorum forma.
Quibus personis soleat Plato sententiam suam in dialogis explicandam committere.
Quem amorem Plato laudet.
A definitione semper incipiendum esse.
De partu quodam amoris.
Labores & pericula propter gloriam suscipi.
Quae sit optima ratio amoris.
Epigramma Platonis.

Caput. II.

Nunc eius argumenta aggredior: & quoniam nefandi amoris crimen in primis Platoni obiicit: quibus id rationibus ostendere conetur: post uidebimus. Nunc de amore aliquid disseramus. Equidem non is sum: qui neminem unquam incidisse in amoris illicitos: ac per libidinem scelus commississe existimem. neque enim negari potest plures ex omni natione extitisse natura puerfa: & deprauatis moribus: qui non animos: sed corpora marium amant: instar eorum: qui, ut Plato, inquit, fructus appetunt. Quippe & Apostolus Paulus in epistola, qua ad Romanos scribit: eos nefandi amoris arguit: & Plato non sine causa id ipsum: & reprehendit: & lege uetat. Sed illud animaduertendum est: non omnem amorem uitiosum esse: ac turpe: sed quemadmodum pleraque alia communi nomine appellata: diuersam habere rationem: & partim honestum: partim turpem constitui: quod non modo ex his: quae gentiles autores scripserunt: sed etiam ex factis nostrae religionis literis ostendi potest. Gentiles enim

amore

amorem sine cupidinem: si cui ita uocare magis placet: quam non apte hoc omnibus locis dici potest: duplicem esse uoluerunt: ne eadem uia: eodem uel afflatu animos hominum incendere: sed alterum, ut nimis pueriliter sentientem: nulla ratione regi: ac insipientium solummodo animis insidere: libidinis: atque luxuriae comitem: impudentem: celestem: ad id, quod male appetit temere: uentem: alterum honestum: modestum: uerendum: constantem: sanctum: beatum: castitatis: continentiaeque custodem: benigne animis afflantem: & amantem: obseruantemque uirtutis: itaque cum unum amoris sit nomen non easdem: ex utroque prodire actiones, quemadmodum pudoris quoque & contentions eodem permanente nomine diuersae actiones sunt. Nempe homini cultus profuit: inuocaturque pudoris: ut Hesiodus, inquit, Contentions item genus non simplex: sed duplex est. ut. n. idem poeta, inquit, Haec peruersa nimis: digna est laudari illa. A duobusque animos longe propellere tendunt. Quid igitur mirum si beniuolentia honesta & sancta: idem nomen habet: cum turpi: sed eo affectu? Honestum hoc genus amoris: quem Plato celestem etiam: ac diuinum appellat: in literis quoque sacris celebrari uidemus: quemadmodum Salomon specie quadam elegiae sacra cantica modulatus est: quae nisi quisque pro sua & scribentis uirtute iudicet: male de uiro illo diuino sentiat necesse est. Profecto ita natura comparatum est: ut qui castitate: ac moderatione animi praestat: quaecumque huiusmodi uerba in meliorem partem accipiat: qui uero propriis sceleribus coinquinatus est: omnia perperam interpretatur: & pro suis moribus: & sententiis iudicat. Sed quid sponsus ille apud Salomonem loquatur: attende. Quam pulchra es amica mea: quam pulchra es: & decora: oculi tui columbarum: capilli sicut gregis caprarum: quae descenderunt de monte galat. Dentes sicut greges tonsae: quae ascenderint de lauacro: Labia tua: ut uitta coccinea: & eloquium tuum melle dulcius. Sicut fragmen mali punici: ita genae tuae: & sicut turris Dauid collum tuum: quae edificata est cum pugnaculis. Uera tua, sicut duo hinnuli capreae gemelli: qui pascuntur in liliis. Tota pulchra es amica mea: & macula nulla in te est: ueni de libano sponsa mea, ueni de libano: uulnerasti cor meum foror mea: sponsa mea: uulnerasti cor meum oculis tuis: & crine colli tui. Quid sponsa dilectus meus: candidus, & rubi candidus, electus ex millibus: caput eius aurum optimum: comae eius sicut elatae palmarum: in nigrae quasi cornu: oculi eius sicut columbae: genae sicut areolae aromatum: comae eius a pigmetariis: labia distillant myrrham: primam manus tomatis aureae plene hyacinthis: uenter eburnea distinctus sapphyris: cruta columnae marmoreae fundatae super bases aureas: species eius, ut libani: lectus, ut cedri: guttur suauissimum: & totus desiderandus: talis est dilectus meus. Et plura alia ad hunc modum amatoria uerba: quae si quis peruerat: & male intelligat: non minus cantica Salomonis, quam Platonis libidinis uenerae arguere poterit. Dionysius uero Areopagita, uir sanctissimus: qui quarto de diuinis nominibus: capite de amore locutus fuenit uideamus: uel potius: quid ante eum Hierotheus dixerit: uir sanctissimus uita praecelatus: qui Dionysii praceptor fuit: cui sententias ex amatoriis hymnis ipse Dionysius accipit: amorem, inquit, siue diuinum: siue angelicum: siue intellectualem: siue animale: siue naturalem dixerimus: uim quandam uniuersi: continendi: intelligere debemus. Item plures & uarios amores de uno ait prodire: deumque ipsam esse autorem generalem, caeteros singulares: qui ex illo proficiscuntur: & ad eundem unum & complicatum amorem redeant, & coniungantur. Hunc praepitorem suum Dionysius secutus: omnia, inquit, summum bonum: honestum, & pulchrum petunt: affectant: diligunt: tum propter ipsam: tum ipsius gratia: & superiora a suis inferioribus amantur per conuersionis respectum: inferiora a suis superioribus per prouidentiam: paria a suis paribus per conuersionis respectum: inferiora a suis superioribus per conuersionem. Denique omnia per appetitum boni: honesti: & pulchri: & uolunt: & agunt: & cuncta uolunt, & agunt. Ausim dicere, uere enim ipsam etiam rege omnium autorem & principem propter suae bonitatis exuperantiam: quaeque amare: quaeque agere: perficere: seruare: quaeque ad se conuenerit: estque amor diuinus bonus boni propter bonum. Ipse enim amor omnium rerum autor: & effector praecipue: supraque modum praexistens in summo bono noluit se insecundum in eodem manere: sed mouit ad agendum per exuperantiam omnium rerum genitricem. Sed quoniam amoris nomen magna ex parte minus honeste accipi solet: quam modeste aures pati posse uideantur: quid ea causa idem doctor dixerit animaduertendum. nemo nos, inquit, existimet praeter usum literarum sacrarum amoris nomen probare: quasi dicat, talem siue improbum esse: qui non sermonis sensum considerat: sed uerba timatur: & speciem sequitur: quam illa praetendit. Plura quoque similia de eadem re scribit: docens ne alienam quidem uerborum speciem aspernam esse: dum uis: & sententia sermonis incolumis seruetur. usum enim uerborum propterea duntaxat necessarium esse: quia sensus nostri moueri aliter nequeant: haec latius ab eo scribuntur: & nomen amoris haud alienum esse a sacris literis demonstratur. Ne, inquit, haec de amore dicta a nobis putet quisquam aliquid in sacris literis inuolare: audiant qui amoris: aut amorum

uocabula asperantur. Amato ardentius eam: & te seruabit: nullo eam munito: & te extollet:
 honore eam prosequere: ut te amplectatur: & reliqua: quæ per diuinos amores dicuntur. Diuus
 etiã Ignatius ita scribit. Meus amor crucifixus est: & alius amator pulchritudinis ei' factus sum.
 Item alius. Incidi in amores tuos: perinde quasi in puellarum amores. ergo nomen hoc siue amo-
 ris, siue amorum minime formidare debemus. nihil est enim quod nos ea causa turbare: ac deterre-
 re possit. Nam si recte uerba sanctorum theologorum animaduertimus, nomẽ caritatis dilectio-
 nis: & amorum: pro eodem accipi uidetur. Sed ne, si plura afferam documenta: nimis in lon-
 gum oratio nostra uagetur: Caput illud Dionysii de amore legendum arbitror: si quis plura
 nosce uoluerit: mihi satis in præsentia sit: tum sanctorum autoritate: tum sacrarum literarum
 exemplo demonstrasse: amorum nomen non semper uitio dari: sed fieri sæpenumero: ut qui se
 amore tenerit: aut amoribus excitari: aut ardere dicitur: non continuo incontinentiæ damnandus
 sit. Sed iam quid Plato de eadem re senserit: & an cõsentanea factis literis locutus sit: uideam:
 ac primo Phædrum, deinde conuiuium in medium proferamus. Quos sermones obiurgator
 Platonis in primis criminatur: & libidinis arguit. In Phædro igitur siue Plato: siue Socrates
 apud Platonem loquens orationem, quam Lysias orator de amore turpi ediderat: non modo
 non probat: sed in eam acerrime inuehitur: & eiusmodi amorem insectatur: arguit: detestatur.
 O Iesu bone: qua animi integritate: qua uerborum copia dicendi: peruersum illum: &
 sceleratum: & nefarium affectum damnat: quam turpem: scõdum: pernitiosum: tam amati, quã
 amato esse ostenditur. Et quidem cum definire ipsum amorem uellet: audi quibus uerbis oritur
 est. Ita statuendum est, inquit, duo quædam genera esse in nobis: quæ dominantur: & regunt:
 quæq; nos sequimur, quocumq; duxerint. Vnum est innata in nobis uoluptatum cupiditas: alte-
 rum adueniens opinio affectatrix boni: hæc alias consentiunt inter se: alias dissentiunt: & mo-
 do hoc, modo illud superius est. Cum itaq; opinio illa ad id quod optimum est ratione ducit:
 & superat: tum huic potestati nomen est temperantia: Cum autem cupiditas temere trahit ad
 uoluptates: & principatum in nobis obtinet: contumelia uocatur: quod genus: ut uariam: &
 multiplex est: ita in plures partes secatur: quæ singulæ pro sua cuiusq; cõditione nomen sibi cõ-
 sentaneum uendicant: & ut quæq; uictrix extiterit: sic hominẽ suo nomine appellari facit: haud
 certe honestum uel dignum uel liberale. Cum enim in edendo rationẽ optimam: ceterosq; appeti-
 tus superat: gula nuncupatur: & homini ita affecto hinc uendicat nomen. Rursus cum per he-
 brietatem uicerit eo ducens hominem: quoniam appellari nomine debeat: apertũ est: & reliqua
 his germana: & germanarum cupiditatum nomina: ut quæq; uicerit: manifestum est: quo noie
 sint uocanda: sed quorsum hæc: & si iam fere constat: omnia tamen elatiora solent esse: cum di-
 cta sunt, quam cum non dicta. Cupiditas igitur quæ sine ratione superat opinionem: ad recta ten-
 dentem: apitq; ad uoluptatem formæ: postq; a germanis: quæ sub ea sunt circa corporis formam:
 cupiditatibus cõfirmata uictrix euadit: & hominẽ ducit ab ipsa insolentia q; res isolita: & absq;
 more sit: amor appellatur. Tum paulo post quãta ignominia: quantum dedecus: quantum in cõ-
 modum ex amore uitioso: & turpi amatore redundet: Plato exponit: & tum amorem huiusmo-
 di scõdum: atq; teterrimum: tum talem amatorem perditum: molestum: pernitiosum: labem hu-
 mani generis: & fortunarum excidium esse ostendit. Postremo animaduertere, inquit adolescen-
 tula: & certo scire oportet: animum hominis te amantis: haud tibi beniuolum esse: sed pindet:
 ut in ciborum desiderio: satietatis causa incendi: & quemadmodum a lupis agnos: sic ab ama-
 toribus: pueros amari. Ita Plato quid amor turpis: & qualis sit explicat: ut nihil dici melius pos-
 sit: nihil cruditius: nihil doctorum nostrorum sententiæ cõuenientius: qui libidinem & omnẽ
 uitiosum amorem reprehendunt: modestiam: continentiam: & temperantiam cõmendant: &
 prædicant. Quæ cum ita sint: quis iure Platoni succensere: aut detrahere possit: & amoris turpi-
 tudinem ei obicere? At qui reclamabit aduersarius Phædrum a Platone amari fateor: sed non
 talem se amatorem exhibet Plato: qualis erat Lysias: & ceteri quos detestatur: cauereq; ab his
 quasi a peste quadam: atq; perniciæ hortatur, & consilium uerũ talem: qui honesto: sancto: amo-
 re deuinctus duces sibi statueret formæ, quam cernerent elegantiam: ad summã illam: inaudi-
 tamq; uoluptatem cœlestem: quam non minus ipse q; quibus nostrum sanctissimus autor futu-
 ram hominibus: qui uirtutem colerent: opinabatur. Sed obiurgator noster turpe illud & scele-
 ratum: non pium hoc syncerum: & felix amoris genus respiciens: exclamat proh nefas: & latinos
 hortatur: ut Phædrum Platonis legant: quasi turpem Platonis amorem in eo possint intueri.
 Legite legite, inquit, ipsum Phædrum: qui non creditis: aut ab eis, qui legerunt: nisi Platoni fa-
 ticant: querite. Quem Phædrũ quæso nominas: in quem ita inueheris? Certe nihil istiusmo-
 di huic nostro accommodari: aut infligi potest: quem si æquioribus oculis introspicere uolu-
 ses: meq; ipse te uidens for tasse: uolensq; decepisset: aliquid ex his: quæ modo protuli intelligere

potuisses in Phædro: & ueritatẽ ipsius ueneratione Phædrum adorares: tanq; diuini amoris ra-
 tionem: atq; doctrinã. Sed legite quæso Phædrum uiri latini: nihil enim impedit: immo rogo:
 & oro: & in eo interpretando operã meam libentissime præsto: ut hominis calumnias: & falso
 obiecta crimina percipere aperte possitis. Et hæc enim: quæ nos exponimus: & alia longe plura
 ad eundem modum in eo competitis: aut si malueritis audire: ab his: qui legerint: intelligetis:
 modo eruditi sint: nec quales uelle uidetur aduersarius: docti. Sic enim dicit: nisi Platonis lau-
 di faueant: quasi quis esse queat: qui cum Platonem intelligat: possit laudi eius non fauere. Idẽ
 profecto: & doctrina profecit: & Platonis laudator est: idem & iudex idoctus est: & Platonis ui-
 tuperator. Querite, inquit, ab his: qui legerunt: ita profus: sed a doctis hominibus: non ab im-
 peritis: rudibus: & fatiis: ut aiunt: agitis: sed cur ipse uobis non ea: quæ uituperat: in medium
 profert: sicut nos ea: quæ laudamus: exponimus: & digna laude esse demõstramus? Nempe qa
 pro libidine animi sui: illa reprehendit: & quæ ipse non potest ferre: alios, ut legant: hortatur: le-
 gite legite inquit: quæ ego sine stomacho lectitare non possum. Scilicet hic longe uobis ho-
 nestior est optimi uiri: quos ad ea legenda mittit: quæ ipse referre: quia obscœna sunt: non po-
 test. At qui Platonis dicta utrum talia essent: debuit demonstrare: prolatis in medium: quæ sto-
 machari uidebatur: uerbis autoris ne mētiri: calumniari: & in hoĩem quem, ut ceteros omittat:
 Augustinus: & Hieronymus: uiri sanctissimi tantopere laudant: inuehi temere uideretur. Vege-
 quia proferre nihil nisi aduersus se poterat: nihil protulit: sed mittit latinos ad Phædrum legen-
 dum: qui si literas nesciunt græcas: qui legere possunt? Si sciunt cur eos testes non adhibet: sed
 ad legendum transmittit. Enimvero ista tergiuersatio: nec docti: nec probi hoĩs est. neq; enim
 damnari quæpiam fas est: nisi uel errorem: falsum: uel testibus comiectus fuerit. Quorum neutrum
 aduersarius querit: sed suo unius iudicio eum: quem accusat: quasi dictatoria potestate cõset es-
 se condemnandum. At quemadmodũ Platonis sententiã referat: uideamus. Proh nefas, inq;
 proh inquam nefas: eorum beatam fore uitam ausus est scribere: quos Deus aliquis amat: atq;
 amantem contusos: liquefactosq; in unum ex duobus hoĩem rediget: legite librum, qui de cu-
 pidine inscribitur: quemadmodũ in breuibus: atq; stagnis saxa plerũq; latentia subsunt: ita ois
 doctrina eius: sicut adulteratum autum lapidi admotũ: subalbet: & orichalcum si proiciatur in
 ignem prodit. Sic fallacem sub specie rerum bonarum scelus congeriem subostendit. Hæc
 sunt aduersarii uerba in Platone: ubi primo animaduertendum est: q; Platonem dicit sub spe-
 cie rerum bonarum scelera docuisse: ergo amas & amatus: quos pro amore beatos futuros Pla-
 to affirmat: speciem honesti non scelens præferunt: etiam ipsius aduersarii sententiã. Sicq; re-
 prehendi Platonem nefas est: (in saxum in his latet: ut aduersarius scribit: ostendendũ id primo
 est: post reprehendendum & exclamandũ proh nefas: nam si nõ latet: & tuta omnia sunt: auide-
 nimis: & frustra exclamatur proh nefas: & ipse potius: qui ita exclamat: q; Plato deridendus est:
 uerum quoniam tuta sunt uniuersa: & per uirtutem unicuiq; uiam: & Domicilium præbent: ni-
 hil tale demonstrare potest: ideoq; quod peruersi hominis est: exclamando subterfugit: & falle-
 re auditorum animos conatur. Hoc igitur modo: uel quæ ipse fingit: uituperat: uel sibi repu-
 gnantia loquitur: cum sermonis speciem reprehendat: quam bonam esse confitetur. Nos au-
 tem & speciem honestam: quod aduersarius nõ negat: in Platonis oratione seruari dicimus: & qd
 ipse fingit: negamus: atq; ut nullam ipse rerum: quas commẽtatur rationem affert: sic nos uerã
 illam: & necessariam rationem adducimus: quod si Plato sub specie honestatis scelus suaderet:
 profecto non idem scelus tam aperte in eodem sermone reprehenderet: nec palam honestum
 amorem laudaret: turpem uero detestaretur: quod ne leuis quidẽ: & rudis homo faceret: ne dũ
 Plato uir in dicendo grauissimus. Tum etiam quod mores Platonis: qui a tot optimis: atq; do-
 ctissimis uiris laudantur: nõ fallacem induunt speciem: sed quod proferre uidentur: idem intra
 sese complectuntur: & excolunt. Verrum quid aduersarius suo pte ingenio hominibus honesta
 beniuolentia deuinctis addiderit, uideamus. Ita tamen, inquit, ut utriusq; uoluptas permaneant.
 Sic enim futus, inquit, ut nunq; ardor ille libidinis extingatur: nunq; uoluptas minuat: nunq;
 amor commutetur: sed una: eademq; perduret: atq; permaneat: si in unum confusi eisdem semp
 amoribus uoluptate: libidineq; persuant: hæc & si nõ recte intelliguntur: illud tamen sibi uel-
 le aduersarius uidetur: ut amans cum amato per libidinem quandam turpem coniungatur. qd
 Plato apertissime execratur: & amentem, qui ita amat: non amantem appellat: quippe honesto:
 pio: sanctoq; amore coniungi animos præcipit: quod & aduersarius ipse cõcedit: cum Platonẽ
 dicit sub specie rerum bonarum fallacem congeriem scelerum ostendere: quod si Platonis ser-
 mo præferret speciem honestissimi amoris: certe quæ turpia ab aduersario: & scribuntur: & uitu-
 perantur non Platonis: sed ipsius aduersarii esse certum est: quod ex ipsius quoq; Platonis sermo-
 ne perspicere facile potest: in quo nihil tale est, quale refert aduersarius. Cũ itaq; Plato de amore

modestissimo sermonem se habere fateatur: & quod ab eo scriptum est ea specie: qua docetur: accipere debeamus: profecto aduersarius perinde agit: ac si uitum aliquē religione uenerandū publice pradicantem (Sic enim concionantes hodie uocant) cōtra: turpem: nefandumq; amorem: & quemadmodum pie: ac sancte amandum sit: docentem: sceleratus aliquis id egre fetēs eum maledictis insectetur: & quod improbari: detestatusq; sit: agere ipsum mentiat. Sic plane facit aduersarius iste Platonis: introducitur enim Phædrum atheniensem adolescentulum: naturantem per quam multos pulchritudinis suæ turpes amatores habuisse: quasi hoc uitium commune Athenis esset: & tamē Platonem summū philosophum: & magistrum bonorum morū uituperatq; eundem Phædrū monet a turpibus amatoribus cauendum esse: & quo pacto honeste amandi adolescentes essent: doceret: & summa cōmendatione: & laude uirtutis. Lysiam uero oratorem laudat: cuius oratio detestabile istud scelus: quod a Platone reprehenditur: adulescenti Phædro nititur suadere. Quæ cum ita sint: quis dubitet aduersarium non ratione aliquā: sed duntaxat malignitate animi motum in hæc aduersus Platonem iurgia prorupisse: cuius uirtutis si aliorum testimonia quærimus: omnes laudantū ex ipsius sermone colligimus: non nisi piam: & honestam: & sanctam possumus iudicare. uerū id quidem uix tolerabile uidetur: quod aduersarius ea: quæ grauissime: honestissimeq; a Platone suo iudicio dicuntur: dedita opera praterit: quæ uero in conuiuio: & a persona qualibet referuntur: his propositis habeat Socrates quid possit reprobare: ea uide complectitur: & partim addit aliquid: partim adimit: partim peruertit: ac suo arbitratu cōmutat: & paginas male literatas sordibus completat: cæca uerborum suorum colluione commaculat: hac una re fretus: ita fore ut homines, qui Platonis libros nō legerunt: uaniloquentia sua decipi facile possint: sed ut magis hominis pueritas pateat: & quo modo Platoni tribuat: quæ ab eo dicta non sunt: uideatur: proferenda sunt loca ipsa Platonis: & an tale aliquid in his sit: quale aduersarius simulat: attendendum. neq; enim: pro nefas: a nobis exclamandum est: nec ut Phædrum: aut conuiuium homines legant suadendū: quod ideo aduersarius facit: quia nihil: quo sustentare possit calumnias suas inueniens: & omni rationis præsidio destitutus: quo se uertat: non habet: incertaq; incertis probans: pro cōclusionem iurgiorum congeriē affert. sed quæ aliter a Platone dicta sunt: ipse recitat: explicabo: nihil addens: aut cōminuens: aut mutans: aut instat aduersarii deprauans: atq; contempens. quin autoris sententiam sincere: & de uerbo: ut aiunt: ad uerbum interpretabor. Cū itaq; Plato in Phædro Lysia orationem: quæ scædum: ac detestandum amorem suadebat: reprehendit: & libidinis uitium ortumq; & incrementū eius: ita docuisset: ut non modo autoritate: institutisq; maiorum suorum: sed etiam ratione credere quisq; cogeretur: rem turpem: ac noxiam esse luxuria: tum quot modis amoris nomen de quo agitur accipi possit: ostendit. Itaq; duplicem esse amorē dicit: alterū terrestrem: atq; uulgarem: alterum cœlestem singularem: & plane diuinum. Hunc quidem laudabile esse: & omni studio operatae diligentia expetendū: illum uero reprehendendū: uitandūq; tanq; humano generi perniciosum: & hunc quidē cœlestem: ac diuinū amorē: furorē etiā uocat: sed sanctum furorē: & diuino quodam instinctu prouentem: ac ueluti rapti mentis cuiusdam numinis complexum: & formæ cōtemplationem: quā Aurelius Augustinus incommutabilem: & eodem modo semper se habentem: atq; undiq; sui similem pulchritudinem interpretatur. Furorē enim haud simplicem esse Plato existimat: sed primo bifariam diuidit: ut unus ab humanis morbis fataliter diuina quadam mentis alienatione. Mox partem hanc laudabilem quadripartito distribuit. Vnum diuinatione continet: statuit: alterum initiationibus. tertium poesi: postremum sancto: feliciq; amore: tum bona: & utilitatem: & comoda singulorū furorū: quæ modo enumerari commemorat: & nequis amoris nomen uelut anceps repudiet: Ne id inquit uereamur: nec ratio nos ulla deterreat: quasi homo mente constans: potius quam alienatus in amicū diligendus sit: sed illud si demonstratu inueniat: genus hoc amoris: quod ego probo: non utile a diis immortalibus datū amanti: atq; amato. Quo in loco animaduertendū est: quomodo Dionysius in iis: quæ superius retuli: non modo sensu: sed uerbis ipsis Platonis usus sit: cū de amore loqueretur. Ergo hoc nomē amoris inquit minime formidare debemus: nihil est enim: quod nos hac de causa turbare possit: aut deterre. Plato igitur: nec uere: nec in diligendo amico prohibendum existimat: quo minus furentis hominis familiaritas constātis hominis amicitia præferatur. Sed si illud demonstrat: inquit inueniat genus hoc amoris: quod ego probo non utile datum a diis immortalibus amanti: atq; amato. Nobis autem contra demonstrandum est pro summa felicitate datū esse id genus furoris: quod cū demonstrare apertius uellet: repetit de immortalitate animorum: rationem: animosq; immortales esse declarat: atq; æternos: tum ad ipsius animi formam uenit: ac occultis quibusdam: profundisq; sententiis eum indicat: ut mos eius est: dum de rebus diuinis: & intelligibilibus loquitur: quippe bigarū

alatarum: aurigæq; specie animum representat uidelicet rationem eius aurigæ irā: & cupiditatē equis comparans: sed iram equo probo: & pulchro: cupiditatem cōtra. Itaq; aurigam: nō sine difficultate posse bigam regere ostendit: cum par illud equorum ex contrariis naturis constet. animum igitur: quādiu integer: & alatus sit: sublimē ferri inquit: & diuino frui aspectu: ubi uero alas amiserit: deferri: quoad solidum aliquid nactus fuerit: tum terrenum corpus subeuntem constituere animal mortale: atq; immortale: ali itaq; aureriq; animi alas: dum pondus sibi coniunctum sublime tollunt: quo genus deorū incolit: bonitateq; & sapientia: & pulchritudine animus præstat. mitui uero: & penre: dum uitis animus deprauatur: atq; degenerat. neq; per ardua usq; ad cœli conuexum scētari numina potest: bigarum prauitate auersus: quæ nō æque iugi equorum concordia pergunt: alterum enim equorum sua improbitate deorsum labi: & pondere suo deferri in terram: quando ab auriga non recte institutus fuerit. Animum igiturq; deum ducem optime sequitur: quā non sine molestia equi uitiosus: nec sine labore: tamē ad super cœlestem illam regionem tandem euehi ubi res uere substantes contempletur: & scientia: iustitia: modestia: temperantia: uera perfruatur. scientiam dicit: non qualis rebus generabilibus tribuitur: & diuersē in diuersis cōprehenditur: sed quæ in uere entis ratione contemplanda semp uera: ad eū habetur. Sic de iustitia: temperantia: reliquisq; uirtutibus par ratio est: & hunc esse animum felicem: beatumq; ostendit. Qui aut nō satis securus est: sed modo superat optatū illud conuexū: modo defecerit: & equos discordi itinere partim aspexit: partim nō: hunc & si non miserū: non tū felicem appellat. Reliquos sequi quidem de desiderio regionis superioris: sed sua imbecillitate collapsos in imum deferri: & interim uitio aurigarum plures collidi: læsisq; cutibus fieri claudos: plures contractis alis effici tardiores: omnes longo labore frustra consumptio exortes uisionis summi entis abire. Tum defatigatus cibo opinabili recreari: & lapsos in terram subire corpora: quibus egressos p sua quosq; antea cæca uita citius: tardius uere redire unde descēderint. Postquam purificati grauiori: leuiori uere poena fuerint: hæc omnia quis non uideat honestissime dicit: Quid uero deinceps: quasi scædæ: ac turpiter dictum aduersarius inuadit. Nolum animum Plato ait: nisi post decē millia annorum instaurato alarum remigio eodem: unde ueritate redire: præter eius animum: qui digne philosophatus sit: aut amori pulchritudinis: ut philosophū decet: ita idulerit. hos enim tribus annorum millibus recuperatis alis euolare eo possunt: se unde descenderint: hoc est summum illud iudicio aduersarii crimen: quod Plato indulgendū amori censuit: hoc scelus uocat: hoc uituperat: hoc detestatur: ita clamitans: quasi Platonem in furto deprehendisset. At si Plato amorem in officio sinceræ philosophiæ cōstituit: profecto is sceleratus est: qui sceleris Platonem accusat: non ille: qui honestissime: castissimeq; amare præcepit: siue puella: siue pueri nomine placeat aduersario amoris obiectum statuere: puer inquit aduersarius a Platone nominatur. Ita est: sed cur non sine iusta causa satis ex iis: quæ de Lysia oratione dicta sunt: intelligi potest: & tamen si turis etiā breuiter dicemus: nō erit absurdum. Lysia cuius sceleratissimam orationē aduersarius pbat: ita Phædro suadere uidebatur: ut pueri quinam eorum amore caperentur: minime aduerterent: sed quoties cum cōmodo eorum fieret: libidini obsequerentur: etiā eorū: qui non amore capti eos aditent. Quod Lysia scelus Platonem in eodem puero: quem ille nominauerat: reprehendit: ac detestatur: & primo quidem turpē: nefandumq; amorem execratur: mox uero quo pacto quis honeste amare possit puerum: quæ turpiter Lysia amabat: ostendit: ita Plato pueri non puellæ nomē iusta causa motus usurpauit: omnem hominū honestam: ac probam conditionem: cui amore possumus: beniuolentiaq; cōiungi: intelligit: & pulchritudinem: uenustatem: cōuenientiam diuinam: ad cuius exemplar hominis formatus est: sui animi oculis cernit: ac ex creaturis: ut Paulus apostolus ait: ad rem inuisibilem dei intelligendam: contemplandamq; reducit: uocatur: inquit: in nobis est sensus acer rimus: quibus sapientiam non cernimus. Quā illa ardentes amores excitaret sui: si uideretur: Hanc igitur pulcherrimā sapientiæ formam: quæ oculis percipi nequit: mentis acie & philosophiæ studio: uolentiaq; indagandam hortatur: hunc amorem probat & laudat: qui non sordibus naturæ inuolutus est: sed ad excellentem: inuicidissimumq; Dei aspectum aspirat & tendit: hoc captum amore non dubitat repetere cœlum facilius posse: ita adolescentulum constituit in delitiis: ut id seruetur: quod diuus Apostolus ait: omnia diligentibus Deū cooperantur in bonū: & quanq; ut alter ille uir sanctissimus dixit: inuicidisse te fatearis in amorem dei: quasi in delicias puellarum: nihil tamē sit: quod te amasse poeniteat. Quod si aduersari? præter turpem amorē: diuinum quoq; illum oculis interioribus: & mentis lumine cernere uoluisset: non statim amoris nomine audito: tam scædā: nefandamq; libidinem animo concepisset: & Platonem censisset: tantopete reprehendendum: magis sane hircinorum more: quæ feces semper: partemq; sanguis

nis uitiofam fugere: salubrem uero integramque relinquere solent: quærit duntaxat circûquaq;
 quibus calumniari innocentem possit: & cum nihil asserat ex Platonis sermone documenti ni-
 hil interpretet: quod turpitudine amoris redarguat: scuit: & huc atq; illuc lingua scdissima de-
 bacchatur. Nos uero, quâ ueritatis uiribus freti Platonis causam agamus: attendite. Hierotheu-
 uirum nostræ religionis sanctissimum: idem, quod Platonem dixisse ostendimus. Cû enim hic
 amorem distingueret: præter cætera eius genera: animale genus constituit: quod uim ueniendi
 continendi: seruandiq; haberet: & ab uno primo: uniuersosq; amore: qui deus est: proficisceretur
 eodemq; rediret: atq; ex hac siue animi: siue corporis uenustate: quæ participatione ac delibatio-
 ne quadam diuinæ pulchritudinis habetur: ad ipsam ueræ: diuinæq; uenustatis rationem ascen-
 deret. Plato uero soli animo philosophi restituto alarum beneficio patere eodẽ: unde uenerit
 aditum scribit: propterea q; philosophus, dum uitam sua pfectione dignam agit: repetit ea me-
 moria: quæ olim in diuina sede conspexerat: & hæc est, inquit, recordatio illorum: quæ nos-
 ter animus a Deo comitatus aliquando uidit: cum despectis iis: quas nunc esse dicimus: rebus stu-
 dio contemplandi uetissimi entis ad suprema illa emerisset: unde fit: ut sola integri philosophi
 mens alas recuperet. Quippe ad ea semper quantum fieri potest: memoria incûbit: ad quæ deus
 semper intendens diuinus est. Huiusmodi igitur recordationibus: qui recte utitur: perfecta sem-
 per perfectione solus uere perfectus efficitur. Sed cum a studio rerum humanarum se retrahit: &
 rebus diuinis hæret: reprehenditur a multitudine: tanquam mentecaptus: atq; insanus: cum ta-
 men ipse deo plenus multitudinem lateat. huc ergo tota nostra oratio tendit: ut quantum suo
 tis genus declaret: quando quis hic uisa pulchritudine, aliqua ueræ illius uenustatis reminiscat:
 alataq; recipiat: quibus euolare conetur: sed cum id facere nequeat: itaq; uis suprema aspiciens: &
 inferiora contemnens: quasi furore correptus reus agitur. hæc igitur omnium alienationum opti-
 ma: & ex optimis orta contingit: tam habenti: quam participant: & qui hoc furore concitatus
 est: amore uenustatis tenetur: & amator dicitur: nam sicut dictum est: omnes hominum animi
 sumpte natura diuinas res inspexerunt: alioquin nunq; in hæc animantia descendissent. Verum ex
 iis: quæ hic sunt: reminisci illorum non facile omnibus est: neq; iis: qui illa breui tempore aspe-
 xerunt: neq; iis, qui huc delapsi infelices fuerunt: neq; iis, qui consuetudine quadam deprauati:
 sacra: quæ aliquando uiderant obliuioni tradiderunt. per pauci itaq; super sunt: quibus satis me-
 moriæ sit: qui quoties similitudinem aliquam eorum: quæ illic inspexerant: uident: obstupe-
 scunt: & quasi mente alienantur: quæ tamẽ istæ affectio sit: quoniam non satis sentiunt: igno-
 rant. Iustitiæ igitur: & temperantiæ: & reliquarum rerum: quæ præclare animis infantissimum
 lumen clarum: nulla perfecta similitudo est: sed per obscura quædam instrumenta ad illam iusti-
 tiam: & alias ueras uirtutes reducitur. pulchritudinem uero tunc cernere apertissime fas erat:
 cum in cœtu illo felicissimo cõspectum: uultumq; diuinum intuebamur: nos quidem comites
 Iouis: alii uero aliorum deorum: initiabamurq; factis: quæ licet beatissima dicere: eaq; integri
 celebrabamus: & malorum omnium expertes: quæ nos in posterum expectabant: uisa etiam in-
 tegra: sincera: stabilia: solida: beata: per ceremonias sanctas pura in luce aperiebantur: puris no-
 bis: atq; hoc onere liberis: quod nunc circûferentes: corpus uocamus: in modum ostreae illud in-
 ducis: sed hæc memoriæ concedantur: per quam desiderio rerum illarum prolixiorum sermo-
 nem habuimus. pulchritudo autẽ quemadmodum diximus: inter illa elucebat: & nunc ex his
 locis: in quos deuenimus: perspici a nobis potest per sensum: quem omnium efficacissimũ habe-
 mus. Visus eni in nobis sensum nostri corporis oium acerrimus est: quo sapietia nõ cernimus.
 incredibiles eni sui excitaret amores: siquid eius simulachrum oculis nostris expressum habere-
 mus: idemq; cætera amabilia facerent. Nunc uero hoc uni pulchritudini datũ est: ut & illustri-
 or sit: & amabilior. Qui igitur iam iam initiatus non est: aut qui est deprauatus: nõ subito hinc
 ad illam diuinæ pulchritudinis rationem reducitur: cum hic uestigium: & nomen illius sentit:
 itaq; non ueneratur: nec pie aspicit: sed per uoluptatem istarum pecudis profusus aggreditur: & ne-
 san dum maris concubitum appetit: contumeliosq; agens: non metuit: non pudore retrahitur:
 contra naturam uoluptatem secutus. At qui initiatus iam est: & plura tũc diuina inspexit: quo-
 ties formam liberalem: & diuinitus delibatam uenustatem: quasi incorpoream quædam speciẽ
 uidet: horret primum animo & formidine quadam sicut in diuinis ante conturbatur: mox ue-
 ro intuens: quasi Deum ueneratur: & colit: ac nisi uehementioris furoris uulgarem opinionem
 timeret delitiis suis: quasi sacra statua: & immortalis Deo sacrificaret. Quemadmodũ igitur lo-
 cutus Plato fuerit iam uidetis: quem aduersarius turpem amorem probasse: laudasse: consulu-
 se affirmat. At ille amorem: & uenustatis humanæ consuetudinem castissime ad contemplan-
 dam diuinæ pulchritudinis rationem aspirare posse fatetur: sed solos eruditos: ac philosophiæ
 studiis incumbentes: hos enim excellenti uirtute: ac sapientia informatos moueri sanctissimo

impulsu: feliciq; cursu eo efferri unde descenderit. Nihil est igitur ut Dionysius ait: quod nos
 turbet: aut deterreat nomine amantis: aut capti amore: aut amati. rudis enim inquit, ac temera-
 ri hominis est: non uim rei attendere: sed uim facere uelle uocabulis. Solent certe de nomini-
 bus altercati: qui non diuinas res exquirunt: sed sonos uerborum sectantur: & aurium tenus ea
 recipiunt: quæ mente uoluntate: recto: pioq; iudicio debuissent. Nolant quippe inquirere quid
 uerbum hoc significet: & quemadmodum idem aliis quoq; uerbis expressius eodẽ seruato sen-
 su possit exponi: sed elementis formulis: & nominibus friuolis: stolidisq; argutiolis inhærent:
 quæ minime ad numen animi penetrant: sed foris per labra: & aures obstrepunt: quæ non liceat
 quaternarium numerũ: si bis duo protulerim significare: aut homines si mortales dixerim: aut
 patrem si genitorem: aut aliud, quod perinde ac plures aliæ partes orationis significet. Hoc mo-
 do nonnulli per uerba contendunt: cû scire: probareq; debeant uerbis nos uti uel scriptis: uel nõ
 scriptis: ut sensum necessarium moueamus: non, ut mentem: aut intelligentiam ad uocabulorũ
 legem obligemus. Sic diuus Dionysius homines: qui uerba reprehendunt: quorum sensus in-
 teger est: ut rudes: & temerarios increpat: cõtemnit: ac pro nihilo habet: Plato uero post eam: quæ
 modo protulimus: amoris tam honesti: q; turpis occupationem sapientissime exponit: tum rati-
 onis cum libidine contentionem: & pugnam: ita præterea, uel cum ratione societatem: uel tã
 cum ea ipsa ratione: q; cum libidine dissidium: atq; omnibus ratione disputandi eisdem de re-
 bus amplissime: commodissimeq; ministrat. Capitur, inquit, qui amat hoc modo: quælibet ani-
 mum ab initio huius nostræ fabulæ trifariã diuisimus: ut duo quædam genera essent: quæ equo-
 rum speciem gererent: tertium, quod aurigæ: eodem modo nunc illa nobis seruentur. equorum
 itaq; illorum alterũ probum: alterum improbũ diximus: sed quæ nã uirtus probi: aut quod im-
 probi uitium sit: non dum dictum est. Quamobrem dicendum iam cenfeo. Probus igitur ille
 corpore procerus: compactus: robustusq; est: ardua ceruice: naribus leuiter aduncis: colore candi-
 do: nigris oculis: appetens honoris: sed modestus: ac uerecundus: & bonus: ueræq; existimatiõis stu-
 dio suscitatus: agilis: promptus: iussu tantum: & uerbo regi idoneus. Alter uero corpore intorto:
 fusus: male compositus: ceruice rigida: breui collo: naribus aduncis: surdus etiam: & uix flagello:
 stimulisq; obtemperans: contumeliosus: temerarius: insolens. Cum igitur auriga uenustate: &
 elegantiam obiecti aspexerit: toto animo seruet: & desiderio rei amatae allicitur. Tum equus: q;
 aurigæ obtemperare cõsueuit: solito pudore: quin in amatum desiliat: se sustinet: alter uero nõ
 stimulis: non uerberibus: non habenis cohiberi potest: sed exultans ui fertur: & socium equum:
 aurigamq; perturbat: & rapit ad suas delitias: & ueneræ gratiæ meminisse cogit: illi principio
 resistunt: & moleste ferunt: ut qui rem pati coguntur iniquam & grauem. Demum cum nullus
 exitus rei malæ in præsentia pateat: cadunt: & sequuntur: facturos se polliciti quodcũq; iussum
 fuerit. Cũq; ad ipsas delitias puenerint: splendoreq; eaq; senserint: cõfestim auriga memoria re-
 petit uenustatis naturã: & rursus caste aspicit: siq; pudico solo obseruat. Timet etiã & reuocã
 gradũ labi: supinus simulq; habenas retrorsũ trahit: usque adeo uehementer: ut uterq; equus fœ-
 moribus innixus resideat: sed ut⁹ ultro nullo modo aurigæ resistere: alter uero: flagitiosũ dico:
 admodum inuitus. Cũq; longius aliquanto discesserint: alter pro uerecundia: atq; stupore sum-
 mo sudore totum animum perfundit. Alter sedato iam dolore: quẽ a freno: lapsusq; acceperat:
 uix recreatus maledictis per iram sotium: atq; aurigam lacerat: quasi formidine: & pusillanimi-
 tate loco cesserint: deseruerint ordinem: & nequaquã promissa seruauerint: ac rursus ad idẽ repe-
 tendum inuitos hortatur: eoq; accedere impellit: reculant illi: & ut in aliud tẽpus differat: præ-
 cantur: uix in præsentia impetrant. Vbi uero iam tempus statutũ aduenit: cuius illi haud me-
 minisse se simulant: hic rem ad illorum memoriam reducens: impellens: hinniens: trahens: tan-
 dem denuo cogit delitias petere. Cũq; iam haud longe absunt: procumbens caudã tendit: frenũ
 mordet: impudentissimèq; enixus: omni conatu trahit. Auriga item eodẽ quo ante modo eni-
 titur: & quasi de termino flectens: resupinus habenas longe uehementius trahit: dentes equi fla-
 gitiosi reprimit: linguam: & os cruore inficit: crura: & femora solatio addicta graui dolore per-
 turbat. Cũq; hoc modo sapius tractatus equus a contumelia: flagitioq; destiterit: obtemperat
 iam humilis: atq; aurigæ consilium sequitur: & ubi aliquam pueri liberalem formam aspexerit:
 memor cruciatus propemodum metu iterit. Sic Plato sustinet prauum appetitum: sic libidine
 coercet: & eam: quam aduersarius concedi: probari: laudari: scribit: exterminat: potest ne quicq;
 iniquius dici: aut a ueritate magis alienum: quam quod homo iste contumelia: plenus fingit: &
 uirũ honestissimum: ac sapientissimũ criminatur. Videte uiri optimi: quanta hominis huius
 calumnia sit. Phædrum quidem legendũ a uobis suadet: quasi in eo res scdæ: ac turpis a Platõe
 probetur: & tamen quid in Phædro dicatur iam intellexistis: diuersum plane, quam aduersarius
 asseueret. Quippe amor turpis eiicitur: uituperatur: exterminatur: honestus uero: ac pius probat:

laudatur: extollitur. Verum aduersarius Platonē uituperat: ab eiusq; disputatione ita abhorret: ac refugit: quasi in graue lentia: aut uenifica animalia incidisset: orationem uero Lysiae profertur laudibus: & consilium eius probat: qui scelus quod Plato detestatur aperte: & suadet: & consult. Ac ne quis fortasse existimet nos odio aliquo ista fingere: ut aduersarius ea fingit: quae nunq; Plato: aut probauit: aut sensit: dicta illius proferam: & partem orationis Lysiae interpretabor. Totam enim conuertere cum longum esset: tum minime necessarium: siquidem ex parua illius particula facile totius orationis sensus percipi potest: facit hic Protopopeiam quandam si su dignam: & Phaedrum introducit laudatē orationem de qua loquor: his uerbis. Ibi orationem Lysiae perbreuem quasi diuinam: mihiq; perutilem Socrati perlegi. Hæc aduersarius: quid uero oratio probet: quam ipse perutilem: & diuinam existimat: pudet certe dicere. Id enim suadet: ut Phædrus: & quicūq; adolescentulus: non propterea a præstando alicui turpiatq; nefario obsequio temperet: quod illū sui amore ardentem non uideat: a quo desideratur: sed cuiq; sine discrimine obsequatur: modo sibi commodum sit: potiusq; libidini illius obtemperet: quo minime amatur: quam eius desiderium expleat: quem sui amore flagrantem intelligit. Talis est uiri optimi oratio Lysiae: quam aduersarius amat: laudat in cælum tollit: nec perutile solum sed etiam diuinam appellat. Lysias autem ipse: & si minus se Phædri amore captum simulabat: non minus tamen: neq; honestius amabat: quam ceteri scelerati amatores faciunt: quod a Platone in eodem sermone significatur. Erat inquit puer quidam forma elegantiac liberalit: cuius amore capti pleriq; ut sibi obsequeretur: orabant. Sed inter eos unus aderat fallax: fraudulentus atq; occultus: qui cum nihilominus quam ceteri: amore pueri captus esset: ita tamen adolescentulo suadebat: quasi ipse minime flagraret. Cūq; sibi obsequium aliquando ab eo peteret: ea ratio ne hortabatur: quod non amanti potius quam amanti obsequendum: ac gratificandum foret. Hic est Lysias ille: quem aduersarius Platonis sibi amicum facit: & diuinam: ac perutilem habuisse apud Phædrum adolescentulum orationem dicit: ac iure iurando affirmat. Sed quid oratio ipsa Lysiae sibi uelit: illius etiam uerbis attendendum est: ut quemadmodum Platonem iam loquentem audistis: sic etiam ipsum Lysiam audiatis. Sed ignoscite mihi obsecro: facit enī pernicacia: atq; importunitas aduersarii: ut loqui de rebus cogantur: sine pudore dici ab honesto homine nequeant. Vnum igitur ex argumentis: quibus in ea oratione utitur: tale est. Sed si forte morem publicum metuis: ne cum id senserint homines: probro tibi dent obsequi: qd mihi præstiteris: uelim ita scias: eos qui capti sunt amore: ut ipsi magnificere res suas arrogantius solent: sic etiam cupere: ut ab aliis existimentur: itaq; uerbis se ambitiosius extollere: & iacta re res suas cum omnibus: quod bene: felicitatq; euenierint. At eos qui capti amore nō sunt: quoniam continere se possunt: caute agere: & quod tutius est: id hominū existimationi antepone dum censere. Quid ergo suadeat Lysias: quid Phædrum postulet: iam uerbis ipsius omnes intelligunt: nihil certe hac suasionē turpius: nihil flagitiosius: nihil detestabilius esse: aut dici potest: & tamen ab aduersario probatur: laudatur: extollitur. Quantū inter hanc sceleratam Lysiae orationem: & sanctissimam illam Platonis interstitium: iam uiri latini uidetis. Et tamen aduersarius Platonem uituperat: ac bonorum morum subuerforem uocat: Lysiam uero in cælum tollit: & perutilem: ac diuinum uirum appellat. Sed de his satis. Quam uere enim in Platonem uir iste inuehat: quem etiam in rebus apertissimis: nouas machinari calumnias non pudet: nostrum sit iudicium. Venio ad alterum Platonis sermonem: quem de cupidine inscriptum aduersarius dicit: hoc est Symposium Platonis: quod latine conuiuium dicimus: in quo uarie de amore a compluribus agitur: ut in eiusmodi rebus fieri solet. Phædrus: Pausanias: Eryximachus: Aristophanes: Agathon: Socrates inter medias epulas loquuntur: & pro suo quisq; arbitrio amorē laudat: incipit Phædrus: sequitur Pausanias: mox Eryximachus. Tum Aristophanes: deinde Agathon: postremo Socrates. Ceteri igitur mistim de amore diuino: humanoq; agunt: & uel laudant utrunq; uel alterum laudant: alterū reprehendunt pro suis quisq; moribus: siue studiis & ingenio. Hinc nactus occasionem aduersarius: quæ uel a poeta: uel ab oratore: uel ab aliquo adolescente inter potum: uoluptatemq; conuiuii dicuntur: transfert in Platonē. Aristophanes quippe poeta comicus fuit: & ridiculorum: ac turpium uerborum: uel autor: uel simulator officio suo fungit: & quod sibi decens sit: seruat. Narrat fabulas: & partim obscenas: partim ridiculas quædam admiscet: hic est qui cōsari: & coalescere simul duos ardore amoris exposuit: quos ad uersarius cōtrafos: & liquefactos in unum interpretatur. Beatam etiam uitam iis: qui amore ita deuincti fuerint: idem Aristophanes futuram pollicetur. Atqui Phædrus admodū adolescens amorē uulgari: & publico fauēs: honestum Achillis: & Patrocli: atq; Alcestis: & Admeti amorē pemertit: & in peiorem accipit partem: atq; ita demum laudat: cum minime laudandus sit: nec ad Homerum quidem: aut aliquem nobilem autorem referri possit: nemo enim cui fides adhibenda sit

benda sit: amorē Achillis cū Patroclo turpem fuisse ait: sed honestū fuisse cū ceteris: tū maxime Homerus fatetur: q prim⁹ Achille: & Patroclū: singulari: mutuaq; beniuolētia deuinctos fuisse commemorat. Hæc igit q ab Aristophane: & Phædro: seu quouis alio turpiter: qsi p iocū dicta sunt: obiurgator noster Platoni ascribit: & qū sententiā: ac decretum eius reprehendit: perinde ac si ignoraret: hanc esse dialogi formam: ut: quæ reprobare uult autor: ea prius probari ab aliquibus faciat: talesq; adhibeat collocutores: qui qd eos deceat seruent: & pro ratione suæ quisq; personæ: & loci: & temporis loquatur. Quod Plato pro more suo diligentissime seruauit. Nam cum ceteri sceleratq; inhonestum amorem probassent: Socrates pluribus eū uerbis insectatus est: honestumq; & sanctum amorem digne cōmendauit. Quod omnibus fere dialogis suis facere Plato cōsueuit. Aut enim Socratem introducit: qui ex opinione sua loquatur: aut aliqū aliū doctrina: & autoritate præstantē. Quinq; autem sunt personæ illæ: quibus tribuere Plato suam sententiā solet: Socrates: Timæus: Parmenides: hospes atheniensis: & hospes uelinus. Ceteri omnes: qui apud eum disputant: suis opinionibus agunt: & ab aliquo eorū: quos supra memorauimus: uel probantur: uel arguuntur. Quæ cum ita sint: quid ad tantam iudicii iniquitatē possit accedere: quando ea: quæ Plato reprehendit: damnare: refellit: aduersarius Platonis: quasi ab eo dicta sint: obiicit: & sceleratissime calumniator philosophum: qui uirtutis cultū: ornatumq; & seruauit ipse semper: & ceteris: ut seruarent: consuluit: ac cum summa cōmendatione prædicauit. Iam Aristoteli quoq; obiicere idem aduersarius posset: cum & ipse aliorum opiniones sibi proponat: quas arguat: atq; confutet. Cur enim magis Platoni hæc obiici debeant: quam Aristoteli: cum non minus ab Aristotele: quam a Platone scribantur: quæ corrigi: reprehēdiq; possint? Sed ut infans esset: qui propterea detraheret Aristoteli. Sic amens planeq; rationis expertus iudicandus est: qui ista iudicet: obicienda esse Platoni. Ergo ubi ceteri conuiuia: quemadmodum honestissimam: sanctissimamq; Platonis sententiā declaraturus erat: ac ceteros correcturum: & quem nam amore: colere: laudareq; deberent: eos docturus: quo pacto de amore: quasinamine quodam diuino afflatus loquatur: animaduerte. Spernit hic quidem: omnem humanum amorem: & labem naturæ: contagionemq; omnem mortalis generis exterminat: cœlestē duntaxat: ac diuinam petit rationem amoris: illum probat: illum laudat: illum omnibus hominibus amorem commendat. Ab eo autē orditur: ut quid sit ipse amor ostendat: quod in omnibus rebus principium esse aptissimum dixit: tum in hoc libro: tū in Phædro. Omnibus inquit: in rebus adolescentule: unum illud initium seruandum est iis: qui recte consilium capiunt: ut intelligatur: quid sit de quo consulatur: alioquin aberrant profus: necesse est. Primum igitur quis: aut qualis amor sit: exponitur: uerum cum ceteri egregia quadam statuta: forma: & sapientia esse dicerent: deumq; laudando demonstrare conarentur: ipse interrogando: ut mos disputantium est: eo deducit: ut desiderio earum rerum: quas expetit amorem teneri: ob idq; inopem atq; egētem earundem rerum esse declarat. Neminem enim: quæ possidet: sed ea quibus caret: desiderare. Quod si amor inquit: uirtutis: pulchritudinis: prudentiæ: sapientiæ: rerum profus bonatum: honestatumq; desiderio tenetur: constat eum idcirco desiderare: quia caret: & subitaneum non ualidum: non pulchrum: non sapientem: non aliquid ex iis: quæ desiderat esse: quanq; pere: sollicitum etiam: uigilantem: audacem: uersutum: callidum: foro uti: ad colendum: obsecrandumq; idoneum: machinantem aliquid semper: solertem: ingeniosam: prudentiæ cupidum: omni uita philosophandi studio incumbentem: Sapientem quidem non esse: sed sapientiæ studiosum: idcirco non deum: nullum enim deum philosophari: aut effici cupere sapientē. Etenim cum dii omnes sapientissimi sint: & sapientia uniuersas res forma: pulchritudineq; excedat: cuius incredibili cupiditate amor ipse semper incensus est: profecto expeti ab amore pulchritudinem: desiderariq; oportere. Quæ cū ita sint: effici: ut amor plurimum hominibus ad beatitudinem cōferat: Bonis enim: quæ expetit ac sibi magnopere studet acquirere: felicitatem hominis comparari: Audiendos item non esse illos: qui amantem sui dimidium dicunt: quæ rere: quod Aristophanes fabulose iocabatur: & cōsari quodammodo in unum: coalescereq; dicebat: quæ aduersarius Platoni tribuere nō ueretur. Cum tamen Socrates: qui Platonis opinionem exprimit: ita dicat. Mea quidem sententiā: neq; dimidii amor est: neq; totius: nisi bonū sit: quod amatur. Nam & pedes: & manus abscondi sibi homines patiuntur: si forte ea membra uitiū contrahere coeperint. Etenim ne sua quidē amare quenquā intelligom: nisi rem bonā suam putem: malā alienam: cū nihil aliud hoies ament: quam bonum. Cupiūt enim: & amāt: ut bonum sibi: & ad sit: & semp ad sit: ut i summa: amor sit rei bonæ habēdæ: sempq; habēdæ appetit. Partū quoq; amoris quēdā fieri dicit: tū corpore: tū etiā animo. hominū enim naturā: uterū partim corpo-

re partim animo gerere: cumq; iusta ætatis ratio venerit parturire: nec deforme: sed formosum id in quo pariat petere. Maris itaq; & foeminae coitum partum corporis esse: & hoc præclarum quidam esse: ac plane diuinum: quod mortalem humani generis conditionem faciat immortalē: idq; ipsum ab amore expetit: ut immortalis seruetur: & quod bonum est: fiat quantum natura patitur: hac ratione perpetuum. Hinc etiam labores suscipi ad res præclaras obeundas: quo immortalis memoria seruetur: hinc pericula: mortēq; ipsam homines libenter subire: ut nomē gloriāq; apud posteros relinquunt. An tu, inquit, censes Alceste pro Admeto mortem oppetere uoluisse: aut Achillem pro Patrolo: aut Codrum maiorem nostrum pro imperio filiorū suorum: nisi uirtutis immortalē quādam memoriā se relictos existimassent. Omnes profecto pro fama: pro gloria: pro nominis immortalitate omne suum studium: operāq; consumunt & quo uirtute præstantiores sunt eo magis rebus agendis incumbunt. Sic igitur Socrates disse- rit: quo in loco animaduertendum est: quam longe aliter Alceste: aut Achilles amorem Socrates quam Phædrus accipiat. Phædrus enim mortē illorum nō satis honestam: Socrates honestissimam ponit: siquidem eos pro gloria: & immortalitate nominis mortem oppetisse fatetur & enim Alcestem: tamen si propter immoderatum mariti amorem: tamen non sine laudis cupiditate: mortem uitæ anteponendam duxisse: Achillem uero pariter: & honestissimo amoris: & immortalitati nominis cōsuluisse. At Codrum: partim boni: & gratissimi ciuis officium in patriam præstitisse: partim filii imperium suo interitu quæsiuisse: quæ certe aduersarii calumnias ostendunt uanas esse: ac plane pueriles. Sed amoris partem illum corporeum: mulieris, inquit, gremium requirere: & ita per liberorum procreationem immortalitatem generis: felicitatemq; acquiri. At partu altero, qui utero animi in lucē proditur: sapientiam: iustitiam: temperantiam: & reliq; uirtutis genera procreari. hæc enim fas esse aiunt: & utero ferre: & parere. Quæ si quis ab ineunte ætate ingenue educatus: eruditusq; conceperit: hunc postquā per ætatem licuerit parere: fecitq; producere in lucem uehementer cupere. Itaq; formam petere liberalem: in qua partum emittat. Turpem enim ad hunc partum suscipiendum: ineptam arbitrari. Quod si ingenium liberale: ut natura fert: iunctum cum forma corporis liberali sorte comperit: iduci iudicio corporis ad uirtutē animi interiorē: quam sancto: immaculatoq; amore complexum: ea uirtutis de cora parere: quibus in mortale nomē: & felicitas longe perfectior comparetur. Itaq; præceptis instituire optimis: rationes rerum docere: & omnino: quæ ante utero gerebat: edere in lucem: summa cum utilitate illius: in quo parere statuit: alere etiam partum una cum eo: & ambos longe cōiunctiores uiuere: quā patres cū suis liberis: cōstantiores etiam in amando esse: cū procreatione contineantur liberorum multo honestiorum: ac diuturniorum: talium etiam facile dixerim: quales sibi quisq; potius optaret: quam quos Homerus: Hesiodus: ceteriq; poetæ reliquerunt: aut quales Lycurgus: & Solon leges tutrices reipū. lacedæmonio: & atheniensium: atq; uniuersæ græciæ cōdiderunt. Hanc esse animi rationem amatoriam: celestisq; operā amoris: patetq; eam cuiq; Socrates ait. Quamq; aliam quoq; amoris rationem statuit: in cōtemplanda idea longe perfectiore: ad quam tandem hanc ipsam refert: & ad summam felicitatem ascribit: illam adipisci: ac possidere. Eundem enim ad ipsam rei rationem censeat: & a pulchritudine corporis: ad ideā hoc est exemplaris pulcherrimi rationem: qua pulchra omnia uniuersa docet esse trāseundum. Animi etiam pulchritudinem: nobiliorem, quam corporis statui oportere existimat: & legum: officiorumq; formam elegantiorē censeat: hinc scientiarum decorē petere: & in pelagus tandē pulchritudinis dirigendo magnifice parere. Hic receptis: uetisq; uiribus reduci ad ipsam sciendi ideam: & pulchritudinis rationem: ac speciem: uereq; pulchrū: & nihil aliud nisi pulchrum ipsum agitare. Qui enim, inquit, hucusq; amatoriam facultatem erudietur cōtemplando per ordinem pulcherrimorum rerum genera: hic ad extremum uidebit mirum quoddam pulchritudinis genus: uidelicet id ipsum: cuius causa labor omnis susceptus est: hoc primum quidem semper est: nec oritur: aut interit: nec augetur: aut minuitur: præterea non partim pulchrum partim turpe est: aut interdum pulchrum: interdum turpe: aut in alia re pulchrum: in alia re turpe: aut aliis pulchrum: aliis turpe. Nec uero uidebitur ipsum pulchrum uelut facies quædam: aut pedes: aut manus: aut quod uis corporis particeps: nec sicut ratio: aut scientia quædam: nec in alia qua re positum, uerbi gratia, in animalia: aut terra: aut celo: aut aliqua alia re huiusmodi: sed ipsum per se secum: uniuersum: sempiternum. Cætera uero pulchra ita illo participant: ut dum ipsa oriuntur: atq; intereunt: nec augeatur illud: nec minuaturnec pati aliquid possit. Cum itaq; ex his quispiā pro amore honestū: & probū repetens: pulchrū illud supernū intueri cœperit: ita pene sine attigisse iudicandus est. Hæc est enī ratio illa recte in amore spiciendū: siue suo q; siue alterius ingenio utitur: ut hinc ex pulchris: quæ apud nos sunt: initiū capiat: supni illius pulchri gratiat q; per gradus ab uno ad duos: a duobus ad omnia corporum: a corporibus ad pulchra officiorum

ciatum ab officiis ad pulchras disciplinas: post a disciplinis ad illam disciplinam: quæ non nisi pulchri ipsius disciplina sit: & postremo pulchrum ipsum per se cognoscatur. Hac uitæ ratione magis, q; alia uideendum in pulchro ipso per se cōtemplando. Quod si uidere poteris: profecto non tale tibi uidebitur: quale aurum: aut uestis: aut adulescentulus: quæ quando aspicias admittaris uehementer: & tam tu, q; alii plures amantes: ita aio ardetis: ut his delitiis incubere semp uelitis: nec cibus: aut potus uobis curæ sit: modo illis frui possitis. Quod si hæc ita hominem rapiūt: qd fore putādum est: si quis pulchrum ipsum summū: sincerum: purū: immistū: nō humana car non colore: non multis aliis mortalibus nugis implicatum: si ipsam in quā diuinam pulchritudinem uniformem ualeat intueri. Num prauis hois uitam existimas illuc posse aspirare: & qd uideandum præcipue est: uidere: eidemq; adesse: an tantūmodo homini uirtute prædito facultatē dari patiendi non uirtutis simulachra: sed uerā uirtutem: quæ ab hoie uirtutem adeptō contingi possit: hanc aut ueram uirtutem q; peperit: educauitq; carissimus Deo est: & si cui immortalitatis munus debetur: ei ipsi deberi par est. Hi sunt uiri optimi amores illi Socratis: atq; Platonis: hunc amorē: hanc uenerem: has delitias probarunt illi: & coluerunt. Sic amare: amariq; hortantur: ita patere in cælum aditū amanti: amatoq; fatentur: hoc modo felices futuros affirmant: si in cōtemplanda uera: diuinaq; pulchritudine uersentur: non si quæ admodum aduersarius scribit: in unum confusi: eisdē semper amoribus: uoluptate: libidineq; perfruatur: ita cū ceteri oēs: tum in primis diuus Dionysius discipulus diui Hierothei: diuicq; Pauli apostoli, doctor nostræ religionis: primus accipiant Platonis amorē. Et ueri, inquit, Dionysius amoris, qui nō solum a nobis: sed etiam a sacris literis laudatur uniformē rationem multitudo capere: sibi: & accommo dare non potuit. Sed ad diuiduum corporeū multiplicem: & dissipatū amorem dilapsa est: qui nō uerus est amor: sed simulachrum: uel potius lapsus ueri amoris. Iisdē etiā uerbis sanctissimus uir: quibus Plato usus est: cū de amore: quarto de diuinis nominibus libro loqueretur: ut dictū iam atq; ostensum est. Totū illud de amore caput: laus, & cōmendatio amoris est: ex Platonis sermone deducta: nō modo sensu: sed etiam uocabulis eisdē. quod si obiurgator iste sententiā Platonis uituperat: quid de sanctissimis nostræ religionis doctoribus diceret: qui eadē cum Platone: & sentiunt: & loquuntur. Quid dicam aduersarius, inquit, quos appellabo: qui mihi iudices erunt: hominū, aut dei fidem exclamabo. Sed cur tam uehementer indignetur molesteq; ferat homo: qui male: quæ bene dicunt: accipere solet: nō uideo. iudices tñ uidetur petere: & iam iudices ad sunt: Augustinus: Hieronymus: Dorotheus: Ignatius: Dionysius: & permulti alii sanctissimi: ac sapientissimi uiri: qui Platonis dicta: atq; sententias probant: accusatorē ipsum calūniatorem esse iudicant: fidem requirit hominum. Dei etiam fidem exclamat: quā pœnitentia tollit: dum amorem diuinum: quem Plato cōmendat: improbat: atq; uituperat. Sed, ut tam grauem aduersarii indignationem propterea fuisse intelligatis: quia Plato scelera improbat: potius, q; probat: audite quid Plato ipse octauo libro de legibus dicat. Hoc est, inquit, quod a me dictū est: ingenium scilicet, atq; solertiam adhibere me posse ad hanc legem: quo usus procreandorū liberorum: ut natura requirit: seruetur. Si abstinent amare: ne genus humanum consulto ita interiant: si cauent ne in terram: & lapides semen iaciant: ubi nunq; actis radicibus: uim suam generant: atq; naturam capere possit: si abstinent ab omni fœmineo solo: in quo id quod satum sit: nequeat enasci. Quinetiam si nobilem: in nuptamq; mulierem nemo tāgere audeat: sed sua quisq; contentus uxore uiuat: nec femina irreligiosa: & spuria pellicibus: mandet: aut in marem præter naturam iaciat: inane semen: ac sterile. An maris quidem hunc usum prohibere omnino debemus. Mulierum aut ita describere: ut si quis cū aliqua congressus fuerit: præter eas quæ cū diis: & sacris nuptiis domum duxerit: uel emptas: alio ue modo acquisite habuerit: nec lateat omnes sic egisse: hunc si honoræ laude rep. priuari lege statuerimus: recte sancitum sit. nono etiam libro huiusmodi delictis supplicia statuens: si quis, inquit, mulierem: aut puero uim per libidinem affert: impune ab eo occidi possit: cui allata uis est: aut a patre: uel fratre: uel filio. Et si maritus uxorem uiolari repererit: interficere impune possit eum: qui uiolat. Sic Plato lege constituit: ne cui liceat marem ad libidinem prouocare: quem aduersarius bonorum morum subuersorem: & in clunibus puerorum uersari solitum dicit. Sic cum nostris euangelicis legibus conuenit: quando ne mulieris quidem sterilis: aut infœcundæ concubitum permittit. Quid de ea re loquat, quam significare uidetur, cum dicit, Si cauent ne semen in terram: & lapides iaciant. His enim uerbis id uirtutis uelut quod religionis nostræ professores molliciei nomine reprehendunt: & dānant. Vsq; adeo rem omnem ueneram Plato semper detestatus est: ea dūtaxat excepta: quæ procreandorū liberorū gratia pmittitur: nec tā in alios, q; in se ipsū iudex fuit acer: atq; seuerus. Quippe ne legitimis qd nuptiis imiscere se uoluit: sed itegerrime semp & castissime uixit, qd etiā ex dictis sanctissimiq; sapientissimi uiri Thomæ aquinatis: ubi i secunda secunda de

uirginitate loquitur: colligi potest. Legimus, inquit, Platonem unum apud ueteres abstinuisse ab omni uenerea uoluptate: studio cōtemplandæ ueritatis: & optimæ artiū cupiditate. Quod si Diogenes Laertius Platonem in eo libro, quem de eius uita: & moribus scribit: adulescentulos quosdam dicit in delitiis habuisse: & epigrammata quædam lasciuia adiungit: facile intelligi potest: minime eum ex sua sententia ista scripsisse: sed ad comicos quosdā: & Aristippum referri. Nā, quod ad ipsius Diogenis opinionē ptinet: nō modo hoc uitiū alienum a Platōnis moribus arbitratur: uerū etiam moleste admodū fert calumniā hanc in tantum uirū: & plane, quid ipse sentiat, exprimit. Quippe postq̄ de ortu: educatione: eruditione: uirtute: opinionibus Platōnis honeste: honorificeq; locutus est: & quæ nā de eo uiro apud oēs opinio fuerit: declarauit: utq; ingredientem olympia græci oēs spectare consueuerint: & Mithridates Persa stantiam eius in academia collocant: hæc affert. Sed quanq̄ ita uirtute Plato claruerit: tamen ne is quidē carere maledictis improboꝝ hoīum potuit: sed ipse quoq; a comicis conuicio affectus est. Quo in loco comicorum in eum conuicia exponit: & Aristippi cyrenēsis: quem modo nominauit: calumniā ex adulescentulorum familiaritate conceptā. Verum an iuste Aristippus: hæc de Platone scripserit: & quanti uerba eius faciendā sint: argumentū ex uita eius: & moribus accipi potest de quibus idē Diogenes scribit. Licet. n. ut breuiter oīa cōplectar: percipere eum hoīem: facile semp̄ quæstui seruiuisse: & uentri uoluptatibus oībus obscōnis tyrannoꝝ assentationi deditū fuisse: in primisq; Dionysii Syracusani mancipiū extitisse turpissimum. Ad hæc inimicū Platōnis, Xenophontis, oīum doctissimorū: modestissimorūq; uiroꝝ uituperatorē de gurgite suoꝝ uitioꝝ emeruisse. sit. n. ut q̄ pessimis moribus sunt: facile linguā suam maledicā in uiros probos exerceant: ne cū reprehendunt a probis: p̄pterea rephendi uideant: q̄ sua culpa rephensione digni fuerint. Quis igitur mēte sanus homini tam improbo: scelerato: & inimico fidē adhibeat? quis eū non detestetur? & scelus, qd̄ ab eo cōmissum est: fingi in Platōnē arbitretur? Diogenes uero ipse qd̄ nā de Platone senserit: q̄q̄ de eo honeste loquatur libro toto: quē de eius moribus & disciplina edidit: dilucide ostendit. pulcherrimo etiam disticho uirtutem eius commendat.

Sol genuit tetrīs A sclepiōn, atq; Platōnā:
Scilicet hic animam corpus, ut ille regat.

Quin etiam de uita: & moribus Speusippi: qui nepos Platōnis fuerat scribens: Seruauit, inquit, Speusippus easdem Platōnis opiniones: sed mores nō eosdem seruauit: quippe iræ: & uoluptati indulgit. Quod si hic longe aliter q̄ Plato fecerat: uoluptati deditus fuit: quis non uidet iudicio Diogenis Platōnem sp̄reta uoluptate castissime uixisse? quod latissime ceteri quoq; nobiles scriptores testantur. Sed hæc longius sane, q̄ Platōnis optima apud omnes existimatio requireret: scripsimus furorē aduersariū tractū: qui Platōnis libros scelera probasse gloriabatur. Sic enim necesse fuit: quædam huius philosophi loca interpretari: ut ab his legi possent: qui græcè Platōnem legere nescirent.

De communi usu mulierum.

Vsam communem mulierum perdifficilem esse non ignorasse Platōnem.

Quid optimum in republica: quid pessimum.

Quomodo conducatur reipub. communicatio uxorū.

Aristotelis argumenta contra hanc Platōnis opinionem.

Responsio ad argumenta Aristotelis.

Vnde labefactentur sapenumero reipub.

Platōnem non multum in hac parte dissentire ab Aristotele.

Aristotelem magis sequi: quæ sensibus exposita sunt: Platōnem, quæ intellectu.

Quomodo res: quæ aliena est: propria fiat.

Ciuitates non posse felices esse: nisi philosophi dominantur.

Quo meliori natura sit eo priorem fieri hominem, nisi recte instituat.

Cur magnæ labe accidere soleant ciuitatibus.

Platōnem non in omnibus libris communem mulierum usum probare.

Eundem non qualitatis: sed quantitatis ratione unum accipere.

Quæ animalia unum habeant commune negocium.

Apud multas nationes rem uxoriā communem fuisse.

Massagetarum communibus usos fuisse uxoribus.

Nasamonum usos communiter matrimonii.

Thracum uirgines fuisse communes.

Brachmanes persarum sapientes uxores communes habuisse.

Aethiopes

Aethiopes non ducere uxores: sed mulieres habere communes.

Trogloditarum: & mulieres: & liberos communes esse.

Apud Romanos: & græcos usum mulierum: aliquando communem fuisse.

De uaria hominum consuetudine.

Massagetarum: & Indos patres occidere, & esse.

Nouercas apud persas priuignis nubere.

Apud aethiopes infamem esse: si quis capitis reus e patria fugiat.

Quale præceptum dabant Lacænarum matres filiis in aciem proficiscentibus.

Nonnullas gentes propalam coire.

Apud græcos turpe: & irreligiosum haberi: si quis matrem & filiam: patri & filio: uel duas fororū: res: duobus fratribus matrimonio iunxerit.

Caput. III.

Vnc quoniam quæ de libidine Platōnis obiiciebātur: multis optimisq; rationibus ac doctissimorum: & sanctissimorum uiroꝝ testimonio: refutauit. Venio ad eam partem: in qua de cōmuni mulierum usu agitur: quam reprehendens aduersariū argumento Aristotelis accinctus inuadit. Verum hunc locū nemo a me ita defendi exstimet: quasi recte profus hoc a Platone scriptum existimem. absit. n. hoc a nobis: ut qui rationem didicimus meliorem: ritumq; sanctæ ecclesiæ probauimus: cū Platone sentiamus. Sed ratione eius ætatis: qua Plato nulla religioe astrictus: mores: & iura arbitratu suo statuebat: haud perperam eum ita sensisse existimo. Nam si professio: & instituta illoꝝ temporum patiebantur: ut uir unus plures haberet uxores: & quæ quisq; nollet facile repudiare: & pro libidine animi sui ducere aliam posset: si non rationem naturæ perfectiorē sequebatur: quam nos postea secuti: uitam nobis melius instituisse iudicamus: si deniq; non quid honestius: aut sanctius ciuiliū illorū hominum usus quæreret: sed quid aptius: aut cōmodius foret: ad naturæ uulgaris uoluptatem attendebant: eatenus certe excusari posse Platōnem arbitrordum ratio cur ita fecerit: aut plura aut non minus ualeatq; eorum, quos eadem ætate: eademq; religione cum Platone uixisse in dubitatum est: q̄q̄ ætas deinde melior: & uera religio omnia ad meliorem: perfectioremq; cultum reducere potuerit. Nam, ut tota ætas eiusdem hominis plures continet partes: quarum officia diuersa sunt (alia. n. pueritiæ: alia adolescentiæ: alia constantis ætatis: alia senectutis) & adolescentē optimum iudicamus: non qui hoc: aut illo seniore optimo præstantior fuerit: sed qui iter: æquales suos iure debeat anteponi: sic ætatis hoīum uniuersarū: atq; aui communis: partem accipi quædam oportet: qua Plato uixerit: & num melius, quā ceteri suæ ætatis homines: senserit: decreuerit: scripserit: attendendum: non aut quid diu Apostoli melius: quid sancti: atq; beati: quid in nostræ religionis professione edocti diiudicauerint: atq; probauerint. Perdifficilem sane esse usum mulierum: communem: haud quāq; Plato ignorauit: qui & uix, ut de ea re scriberet: adductus est: & postquā eius commoda declarauit: quo ue modo effici posset: q̄q̄ summa cum difficultate ostendit: rursus ambigit: & diuinum potius, q̄ humanum huius reipub. statum esse fatetur. Sed quoniam inter omnes constat nihil: uel melius in reipub. esse, q̄ quod homines cōiungit: & unit: uel peius, q̄ quod distrahit: & uario animo: ac diuersa uoluntate multiplicat. alter enim meū, & non meum: exitiosum illud in reipub. peculiare: summamq; discordiam ciuiliū facit: alterum cōmune omnium cōmodum: & summam concordiam parit: hanc autem coniunctionem: & quasi unionē effici nō posse Plato existimat nisi una cum ceteris rebus: uxores etiā & filii sint communes: idcirco rem uxoriā communem esse uoluit: putauitq; ita fore: ut ciues omnes ex eisdem rebus uoluptatem: in ceterorūq; perciperēt: idemq; oīum esset: uel proprium: uel alienum: unoq; animo omnes omnia agerēt, & cogitarent. Itaq; sicut alii quidam nō ignobiles reipub. autores uni uiro plures uxores concedendas esse duxerunt: Sic Plato pluribus plures dari posse sine errore existimauit: modo plures illi uiri ita eruditiōe: uirtuteq; instituti essent: ut omnes quasi unus eadem bona & uellent: & quemadmodū ipse docuit: exerceant. uirtus. n. & si non sine difficultate: efficere tamen potest: ut plures homines idem sentiant: idem uelint: idem nolint: ita deniq; uiuant: ut qui plures sunt: quasi unus secum uiuere: consentiens: constantq; placidus uideatur. Contra hoc Aristoteles arguit: cuius argumentis: quasi telis armatus aduersarius: in aciem descendit. Negocia, inquit, publica: necesse erit: negligantur: charitas & amor extinguatur: tollatur officium: quod a filiis parentibus debetur. Sed quod cum bona uenia Aristotelis dictum sit: nihil contra dicta Platōnis ratio hæc momenti habet. Plato enim, & cogitauit hoc: & dissoluit: prius, quam usum mulierum cōmunem statueret. Præcepit. n. ciues: uirtute: doctina: literis: ita educari: institui: erudiri: ornari: oportere: ut q̄i homo unus sibi cōstant: cōsentiens: aptus uirtutis beneficio eē uideret: sicq; ciuitas uniuersa sibi cōstaret: sibi cōsentire: idē

nescit idem nollet iisdem rebus gauderet iisdem mœretet: quo posito: quid est, inquit, q̄ nego-
 cia publica negligantur: quando plures ciues perinde, quasi unus rem suam hoc est cōmunem
 tueretur: & curat: quod nō secus esset: q̄ si quis rem hominis unius negligi propterea existimaret:
 quia plura sunt membra, ex quibus constat, ut caput: pectus: uenter: cetera: & huiusmodi:
 at uideat, qui ita sentiat: ne contra prorsus contingat: & dum suam quisq; rem agit: & curat: ito
 proprii commodi desyderio teneatur: ut contemnat publica: ac pro nihilo habeat. unde fit se-
 penumero: ut amplissimarum urbium status debilitetur: istingatur: euertatur: dum ciues singu-
 li student uel sibi uel liberis suis: honores:opes: dignitates acquirere: augere: seruare: nō patriæ
 salutem: non publico cōmodo: non communi felicitati consulere. Sic præclarus atheniensium sta-
 tus perit: sic lacedæmoniorum admiranda resp. euerfa est: sic summum illud: stupendumq; ro-
 manorum imperiū: ita paulatim corruiat: ut qui olim uniuersi orbis habenas tenebant: uix nunc
 exiguo Italiæ angulo uideatur imperare. Florebat profecto romana resp. cum Iunius Brutus
 filios suos studio publico cōmodi: non secus q̄ alienos: atq; hostes morte multauit: cum P. De-
 cius se pro repu. deuouit: cum alter Decius ad uoluntariam mortē: cursa equi pro eiusdē repu-
 salute prolapsus est. at euerit iam cœpit: cum C. Cæsar rerum suarum audis: regem se facere ut
 bis Romæ: & Octauio nepoti Romanum imperium relinquere cogitauit. Omitto exempla
 nostræ ætatis: ne cui forte molestus sim. Equidē nullam ciuitatem: uel p̄cis illis temporibus:
 uel nostra ætate euerfam alia causa fuisse arbitror: q̄ q̄ ciues relicta publicarum rerum cura pro-
 priis negociis nimis idulserint. Verū tamen usum cōmunem rerū omnium ita nonnulli asper-
 nantur: ut Platonē audiendum esse non putent: perituramq; eam temp. credant: ubi cotidianas
 controuersias rerū priuatarum: furta: rapinas: mendacia: extorsiones: minas: uiolētia: seditiones:
 ceteraq; huiusmodi esse non senserint. nā, quæ alia causa horum oīum malorum censenda est:
 nisi q̄ proprii cupiditate distractæ familia: tot sibi urbes: oppidaq; constituunt: quot ipse nume-
 ro sunt: quæ quādiu cum exteris pugnant: coguntur necessitate quadā: uitam agere concordē:
 ubi uero ab externis bellis requieuerint: seuiunt ipsæ inter sese: & tādū conflantur: donec
 eruentis seditionibus: & ad extremū etiam ciuilibus bellis patriam perdant. Quo. n. modo si-
 lius Marci: fratrem sibi Lucii filium: non hostē potius arbitretur: quādo sic ei persuasum est: ma-
 turam in propriis: potius q̄ in communibus esse considerandam: colendam: & obseruandam.
 Quāq; non solus aduersarius (saturum est. n.) rem hāc aduersus Platonē defendit. Iam enī
 Aristotelem quoq; hac profectū esse cōfessus sum. Sed quoniam Platonem ea: quæ ab Aristote-
 le obliuiscuntur: & animaduertisse: & dissoluisse uideo: quæ eum adhuc ratio mouerit: & intelli-
 gere me arbitror: & iam clare exposui. Quid uero Aristotelem in contrariam sententiā traxe-
 rit: debet aduersarius explicare. Ego uero cum mecum, quid uterq; philosophus dicat: cōtem-
 plor: non contrarium mihi oīno dici ab Aristotele uidetur: sed quod Plato intēsus dicit: id re-
 missius ab Aristotele decerni. uterq; enim unire ciuitatem uoluit: sed alter magis: alter minus
 id facit. Verum quo minus fit: eo plura euenire incommoda necesse est: principium nāq; & cau-
 sa commodi unio est: & ciuium cōmunitas: incommodi uero diuisio: & proprietas. facilius ta-
 men: id est & sensui nostro propinquius: quod quidem sectari Aristoteles solet: idq; physici offi-
 cium esse arbitratur. Plato contra cōmune respicit. partem enim hominis: quæ sensu nobilior
 est: mentem uidelicet: atq; intelligentiam sequitur: ob idq; difficiliora semper aggreditur: sed
 quæ menti: & intelligentiæ magis conueniant: Aristotelis itaq; sententiæ: sensui Platonis intel-
 ligentiæ propinquior est: hæc tanq; a Platone dicta uelim. Curabunt igitur uniuersi ciues: tanq;
 unus: rem communem: & amabunt non minus ne dicam magis, q̄ singuli suam amare solent.
 plurimū enim amoris & charitatis: in iis est: qui optimis moribus copulati uitam agunt: & uir-
 tutis necessitudine deuincti: unanimes idem amanti demq; oderūt. Brutum Romanum ciuē:
 quem supra memorauī secuti filios percussisse legimus: nequid sui erga temp. officii præteriret:
 Sed pietatem, quam patriæ debebat: pietati, qua liberos p̄sequeretur anteferebat. Erat enim uir-
 tute cum ceteris ciuibus ita deuinctus: ut suum id esse putaret: quod commune, non proprium
 haberetur: & rem communem, magis q̄ propriam diligeret: atq; curaret. A liena. n. res sic pro-
 pria fit: si quod propriū dicimus: iunctum cum ceteris propriis uenerit in proprietatem uniuert-
 si. ergo amabat ille suos filios: tanq; partem prolis communis suæ ciuitatis: quādiu commode
 cum reliquis partibus iuncti totum conficiebant: quod patris uniuersi proprium erat. At ubi in
 commode propter eorum prauitatem coniungi perspexit: illico nō suam rem: sed alienam esse
 duxit: & quasi putridam: & incurabile membrum ex toto corpore amputandum: abiiciendūq;
 putauit. Non igitur extinguitur amor: immo diligentius seruatur in uniuersum: quod uniuert-
 sorum ciuium obiectum est: reuerētia autem, & officium minor: erga natu maiores ita feruāt:
 sicut unū filiū optime instituti erga patrem: ut enī singuli filii: singulos patres nūc obseruāt: sic tūc
 uniuertsi

uniuertsi uniuertos obseruarent & colerent: & uniuertos singuli: quando ita ab ipsis incunabulis
 instituti essent: ut omnibus natu maioribus: tanq; patri obtemperarent: omnes colerent: omnes
 omni officii: & uenerationis genere prosequerentur. Cōmodius itaq; futurum Plato existima-
 uit: si proprium: ex quo contentiones: crimina: controuersia: seditiones: ciuilia bella oriri solēt:
 omnino tolleretur: & usus rei uxoriæ: qui propriæ possessionis præcipua causa est: cōmunis fie-
 ret. Verum perdifficile id fore minime dubitauit: heri tamen posse q̄nto & sexto de repu. libro
 exposuit. Initium etenim: & quasi fundamentum: quo talis resp. constitui possit: uirtus perfe-
 cta & absoluta est: quæ si desit: ne Plato quidem ipse constitui posse existimat. Eius uerba hæc
 sunt: Omnino nisi uel philosophi imperēt: uel imperantes diligenter: perfecteq; philosophent:
 & ipsa ciuilis potestas cum philosophandi ratione cōiungatur: excludanturq; uariæ uolūtates:
 quæ seorsum in utraq; partem hoīum animos trahunt: heri non potest: ut ciuitatibus ulla ma-
 lorum requies adstimmō, ut opinor: nec huius: quē modo exposui: resp. status: consistere in
 genere humano: augeri uel potest: nec primo quidē ortu in lucem prodire. Quæ cū ita dixisset
 singulatim persequitur: quales eē philosophos oporteat: ueritatis scilicet studiosos: uirtutis æmu-
 los: contemplationis studio feruentes: per quā ex iusta: honestaq; re: humanarum ratione re-
 duci ad illa diuina possint: quoq; participatione hæc sunt: appellanturq;: & non dubiam quan-
 dam opinionationem: sed certā rerum scientiam possidere. Tales simul & philosophos: & princi-
 pes: & tutores: cultoresq; ciuitatis esse, inquit, oportere: quos. n. legum: officiorumq; obseruato-
 res statuit: eosdem custodes quoq; idoneos fore non dubitat. sic. n. sperat futurū: ut ipsi optimo
 philosophandi studio nihil agant: nisi, quod ad exemplar illud perfectū: absolutumq; referatur:
 quod humana officia imitantur: & quoad eius fieri potest: representant: & expriment: rerumq;
 usu: & uirtutis cultura: atq; exercitatione cogitent: & quæ facta opus sunt: egregie faciant: quæ ue-
 seruanda instituta sunt: diligentissime seruent. Esse præterea philosophi, inquit, uoluptates cot-
 potis repudiare: animo studere: pecuniam quasi rem exiguā: & philosophi magnitudine animi
 minime dignā contēnere: mortem non formidare: iustitiam colere: cōstantem: fidēlem: mode-
 stum: benignum: facilem: ingeniosum: memorē: iucundum: elegantem: tum natura: tum indu-
 stria festiuum esse: ceterq; perraro eius naturæ hoīem repetiri fatetur: & si quis huiusmodi ortus
 fuerit: multa: grauiq; pericula obire: nisi ingenue educetur: regaturq;. Naturæ. n. optimæ hanc
 esse rationē: ut nisi recte instituat: uitiōsior euadat: q̄ ea: quæ a naturate uilis: ignobilisq; exti-
 terit. Deniq; animos ingenio præstantissimos: si male instituti fuerint: pessimos reddi: quippe
 non uulgarem: & quilibet esse naturam: quæ summū: uel bonū: uel malū causam præbeat: sed exi-
 miam quādam & singularem: quæ, ut summa bona: sic summa mala facere possit: si debita edu-
 candi ratio defuerit: labem autem: pernitiōq; naturæ: tum maxime accidere: cum permulti: fre-
 quentesq; scelerati: uel in senatu: uel in foro: uel in theatro: uel in exercitu: uel in quouis homi-
 num certu res: quæ honeste: & cum laude: aut aguntur: aut dicuntur: reprehendunt: atq; uitu-
 perant: contra quæ turpiter aguntur: dicuntur uel probant: & laudant: atq; utrunq; supra modū
 faciunt: & tumultuantes: mociferantes: plaudentes: suum uitium augent. Sic. n. adolescentū ani-
 mos cogit: ut illis assentiantur: eademq; & probent: & agant: accedere ad hæc supplicia uitorum
 bonorum ignominias: multas: discrimina: capitis: damna: iacturas: quibus optima quæq; ido-
 les ab officio uirtutis ad facinus euocetur: cui paulatim assuescens: peior in dies: ac ceteris lon-
 ge scelestior euadat: itaq; uerissime dici posse: diuino quodam auxilio contingere: si quis in sta-
 tu huiusmodi resp. in corruptis seruari: & uirtutem colere possit. Cum igitur Plato princeps
 ciuitatis philosophos instituat: ciuesq; omnes perfecta uirtute: & integerrimis moribus institu-
 tos: ac præditos: quasi unum hominem formet: non temere censet fieri posse: ut usus mulierum
 cōmunis seruatur: sine detrimento: atq; in commodo ciuitatis. Siquidem peculiatis ille: & pro-
 prius distrahit ciuium uoluntates: facitq; ut per discordiam mala oriantur: quibus tandem ciui-
 tates intereunt: atqui perdifficile hoc esse minime negat. Verum si fieri possit: ut homines plu-
 res cum natura: tum studio eum faciant perfectū: ut omnes uno animi consensu uiuant: usumq;
 rei familiaris: atq; uxoriæ: non propria uoluptate: sed procreatione dant: atq; liberorum: & pa-
 triæ tutela definiant: satis sibi rationis esse ad opinionem tuepdam arbitratur. quod si quis plu-
 res hoc modo coniungi uinculo uirtutis non posse: uel cōtra naturam id fieri existimat: ratio-
 ne demonstret & explicet: ut sublata Platonis positione nihil præterea sit: quod consequi pos-
 sit: etenim hac salua: frustra laborare uidetur: qui rem communem damnat: & reprobam: nam si-
 cuti offensum a se putat: & cura negotiorum: & charitas liberorum: & reuerentia parentum nō
 minus hoc modo seruatur: q̄ si uarie sua: quisq; seorsum matrimonia procuret: mihi quidē non
 secus argumentari uideretur: qui ita obliueret: q̄ si corpus humanum ex pluribus: uariisq; mem-
 bris a natura constitutū in ceteris qdē uitæ officiis: cōmuni opera oīum mēbro: fungi cōferat

oportere: quod autem uniuersum corpus seruet non ab eodem pari modo procedere: sed singu-
latim id a singulis partibus fieri: ut partim caput: partim manus: aut pedes dissimili id sine per-
ficiant: nec uideri magis naturæ consentaneum esse: immo plane necessarium: ut quod ad cõset-
uationem uniuersi attinet: id ab uniuerso agatur cõmuni partium opera: pariq; consensu: & ut
ita dicam magis unito. Quod enim ciuitatis speciem seruat: liberorũ procreatio est: quæ ut diri-
mitatq; interimit: si priuatim secedit: sic si publice constituitur: unit & seruat. sed enim falli ple-
tiq; consueuerunt: dum priuatis fauent: quia id melius esse iudicant: ad quod homines sentiunt
esse propensiores. Natura quidem ad uoluptatem homo propensior est, quam usu propriæ po-
tius, q̄ communis rei augeri constat. Verum cõmodum ciuitatis: dignitatemq; uirtutis: nõ ma-
ioris uoluptatis cupiditate: sed melioris conditionis ratione definire fas est: etiam si labores: si
pericula: si mortem ipsam subire oporteat. Ob nimiam tamen difficultatem: quæ in hoc reipu.
statu constituendo esset: atq; seruado: ne Plato quidem ubiq; hanc matrimonii cõmunionem
probat: sed in libris de republica hoc cõsultat: de legibus uero suum cuiq; matrimoniũ assignat:
ut si quod optimum esse ei uisum est: effici nimia difficultate non potest: non desit consilio: &
opera eius: secundum reipublicæ genus: & tertiu quo homines cõmode in unum locum coale-
scere possint: & uiuere. Cum igitur plura sibi ipse: q̄ uel Aristoteles: uel quibus alius obiecit: de
communi mulierum: ceterarumq; rerũ usu: de uictus: & cultus tenuitate: de auri & argenti ino-
pia: seq; ex aliorum opinione damnaisset: quasi ex cera sinxisset ciuitatem: aut somnia narasset:
aut rem factu impossibilem suasset. O amici, inquit, nõ sum necius dici quodammodo uere
istæc possent: nec me fugit tantam esse rei difficultatem: ut quasi omnino effici nequeat: præter-
mittenda uideatur. Veruntamen in unaquaq; re agenda, exemplar proponendum optimum
est: cuius imitatione enitendum pro uirtutibus sit maiora attingere. Vbi uero contingit: ut uires
nostre deficient: desistendum est: satisq; actum esse existimandum: si studio: opera: solertia: & di-
ligentia nostra q̄ maxime fieri potest: ad eius exemplaris dignitatem accesserimus: quod nobis
imitandum: sequendumq; proposueramus. Quamobrem in ea quoq; reipu. ratione de qua agi-
mus: hoc idem seruandum est. Et si enim ita uideatur eiusmodi reipu. statum effici minime pos-
se: proponendum tamen exemplar fuit omni ex parte perfectum: cuius species forma: & imago
reipu. q̄ maxime excellentissima constitueretur. Quemadmodũ de iustitia quoq; qualis nam ef-
set: querendo hucusq; egimus. Nam si qualis iustitia sit: competerimus: nõ iam uitam iustum
nihil ab illa differre: omniq; ex parte talem esse oportere: qualis ipsa est: censuimus: sed satis ef-
feci: si q̄ proxime accesserit: & supra ceteros omnes particeps eius factus sit: perinde ac si pictor ali-
quis exemplaris gratia pulcherrimũ hominem pinxerit: & uniuersa humani corporis ornãmẽ-
ta perfectissime expresserit: non propterea minus laudandus erit: si effici nõ poterit: ut talis ho-
mo procreetur: qualem suo ingenio: artificioq; consinxit. Sic nos cum ciuitatis optime statum
uerbis depingimus: & eximia quadam forma describimus: nihil propterea erramus: q̄ nullam
ita cõstitui ciuitatem: ut disputatur: demonstrare possimus. Quid ad hæc dicet aduersarius? An
Platonem affirmabit ignorasse difficultatem reipu. quam constituit: nec aliud quicq; de re uxo-
ria: nisi publicum: ac cõmuncem usum probasse? Cum enim hæc: & multo plura in eandem sen-
tentiam Plato scripserit in libris: quos aduersarius in latinam linguam conuertisse gloriatur. ta-
men q̄si nihil unquã ex his legerit: illud unũ semper i ore habet: communem mulierum usum
Platonem statuisse: quæ res utrum ne ideo acciderit q̄ ea: quæ conuertisse in latinum se iactat
parum intellexerit: an quia ueram rationem peruertens fallere alios conatus sit: haud facile di-
xerim. Vtrumq; certe a probi: & docti uiri officio alienũ est. Sed quid præterea Plato de re uxo-
ria: statumq; reipu. optimo in libro de legibus scripserit: uideamus. Nostrum, inquit, officium est:
ut statum reipu. primæ: & secundæ: & tertie explicemus: tum positis omnibus, quem quisq; ma-
luerit: pro suo arbitrio sibi colendum: seruandumq; eliget. Ergo ita agendum: ut primum, qui
primus sit: qui secundus & tertius uirtute: dignitateq; exponamus: mox eligendi potestatem
Cliniæ nostro in præsentia demus: & si quis alius utcũq; libitum fuerit: patriam sibi eligere: ciui-
tas prima: & reipu. & leges optima: illæ sunt: ubi quod ueteri proverbio dicitur: per omnem ci-
uitatem diligentissime seruatur: ut scilicet res amicorum omnes cõmunes sint. Hoc igitur siue
tetarum uspiam temporibus nostris seruatur: siue aliquando seruabuntur: uxores communest
liberi communes: pecuniæ cõmunes: res deniq; omnes communes habeantur: & quod propriũ:
peculiareq; uocatur: ex omni uita tollatur: adhibeaturq; opera, quanto magis fieri potest: ut etiã
quæ natura unicuiq; nostrum propria esse uoluit: nostro studio cõmunia efficiantur: & iidem
sint oculi: aures: manus: quo & uidere: & audire: & facere communi sensu omnia possimus: idẽ
omnibus expetendum sit: idẽ laudandum: idẽ uituperandum: idẽ iucundum: idẽ mole-
stum: & iisdem legibus uniuersi ciues diligentissime copulentur: & quasi in unum corpus co-
luisse

luisse uideantur: profecto nihil ad huius status integritatem accedere poterit: nihil ad felicitatis
cumulum: uel cõmodius: uel iucundius: uel præstabilius excogitari. Talem igitur urbem si ali-
cubitus: uel diu: uel deorum filii incolunt: & plures unius uitam degunt: quid ni felicissime uiuunt:
nihilq; experiri possunt: hæc sua societate iucundius. Quamobrem non aliud reipu. exemplum
proponendum est: sed hoc uno proposito enitendum: pro uirtutibus statum, quem intẽdimus:
reipu. huic q̄ similitum faciamus. Post hæc alium statum secundo loco exponit: & hunc legi-
bus mandat: primo illo prætermisso: quasi parum cõsentaneo moribus præsentis ætatis: sic ne
Plato quidem rei difficultatem ignorauit: & ætati suæ moderatius cõsulens: alterum reipu. sta-
tum instituit: sic quo pacto primus ille effici posset: declarauit: dissoluitq; eorum rationes: qui ci-
uitatem in uaria: & multiplice quadam rerum partitione constituendam censebant: putabãtq;
eam soluiatq; perire si in unum redigeretur. Neq; n. unum ratione quantitatis accepit Plato:
quod destructio ciuitatis esset: sed qualitatis: ut unum sit concordia: consensu: unanimitate: de-
niq; uirtutis unitate: quod unum ciuitatem egregie non modo constituit: sed etiam conseruat
& auget: quapropter Aristoteles quoq; hominẽ civile: ac sociale animal uocat: ciuilia uero ani-
malia primo libro de historia animalium ea esse dicit: quorum negotium unum: communeq;
omnium est: idq; non omnibus animantibus: quæ gregem constituunt accide: sed aliquibus
ut sunt homo: apes: uespa: formica: grus: quod si quis exterarum nationum exempla perere ue-
lit: quæ usu rei uxoria: cõmuni: non modo sine discordia: uel publica: uel priuata uixerunt: ueg-
etiam hõstes superant: propagantur fines imperii: & tempu. suam felicissime seruauerunt: per-
multa sane competerit. Verum nos paucis quibusdam cõmemoratis: ne longiores simus: huic
parti finem imponemus: cum præsertim etiam pauciora satis: superq; sint ad refellendum eorũ
errorem: qui Platonem ea, quæ ferte natura non posset: scripsisse de reipu. opinantur: id tantũ na-
tura concedendum rati: quod legibus: aut institutis: aut moribus suæ: uel gentis: uel ætatis sen-
tiant comprobati. Massageta: gens ampla & strenua: cõmunibus matrimoniis utuntur: ut He-
rodotus Halicarnaseus eximius historiarum scriptor refert. Atqui hi sunt: qui contra Cyrũ ma-
ximum illum persarum regem: & uires, ac potentiam eius nationis: quæ sibi ceteras nationes
subegerat: bellum gesserunt: & pro cõmunibus liberis: & uxoribus pugnantibus: non rem cõmu-
nem neglexerunt: non amorem erga liberos cõmunes remisissus exhibuerunt: sed magno: for-
tiq; animo dimicantes: uictis: triumphatisq; hostibus: & occiso Cyro domum cum ingenti glo-
ria remigrare. Quem morem. C. Iulius Cæsar a Britannis ita colit in cõmentariis suos teru-
lit. His uerbis. Omnes uero se Britanni ultro Gladio inficiunt: quod cœruleum efficit colorẽ:
atq; hoc horridiore sunt in pugna aspectu: capilloq; sunt promisso: atq; omni parte corporis ra-
sa præter caput: & labrum superius: uxores habent deni: duodeniq; iter se cõmunes: & maxime
fratres: cum fratribus: parentesq; cum liberis. Sed si qui sunt ex his nationibus: habentur liberi:
quorum primũ uirgo quæq; deducta est. Afros etiam Nasamones apud Herodotum legimus
communi uxorum usu: eodem quo Massageta: more uitam degere: horum Aristoteles quoq;
secundo politicorum libro mentionem facit: appellatq; Afros superiores: & procreatos liberos
inter se postea ex similitudine partu cõmemorat. Thaces uirgines suas cum quibuscũq; libi-
tum fuerit concumbere ex more permittunt: Brachmanes persarum sapientes uxoribus utuntur
cõmunibus Philostrato: atq; Ariano autoribus. Diodorus etiã siculus narrat plerasq; nationes
eisdem legibus: ac moribus uiuere. Aethiopes uxores non ducere: sed cõmunes habere: natosq;
pueros communi opera educare: atq; æque diligere. Sæpe etiam infantes permutare: ut ne ma-
tres quidem suos cognoscere possint: quo fieri: ut nullo propriæ rei studio inter se dissident:
uitam felicem agant: ita nõ modo posse cõmuni rei uxoria: usu reipu. constitui: sed etiam com-
modissime posse ostendit. Tum uero incolas oratum arabici maris ad indiam usq; tendentes
complots tradit cõmuni usu degere mulierum: & liberos habere cõmunes: trogloditas quoq;
& mulieres: & liberos communes habere: excepta una: quæ principis uxor est. Nec uero apud
exterarum nationes duntaxat: sed etiam apud Romanos: & Græcos, qui optimis legibus claueret:
nobilissimus historiae scriptor Plutarchus: hoc idem in usu fuisse testatur: tempo-
ribus Numæ Pompilii grauisimi legum cõditoris: & Lycurgi lacedæmonii: qui eam tempu.
condidit: quæ hoium memoria maxime celebratur. Numa, ut ab eo: quem modo noiaui scri-
ptore traditum est: lege sanxit: ut liceret omnibus: postq; satis liberorum procreassent: uxorem
suam: alteri prolem desideranti ad procreandum concedere: seu magis cõmodare: seu locare si
buisset: quod Catonem quoq; uticensem uiram sapientissimũ Hortensio concessisse certũ est.
Lycurgus locare: aut ullo pacto emittere domo uxorem non permisit: sed cuiusq; domi apud
se uxore habet: saluis matrimoniis iuribus admittere aliũ cõcessit: quẽ existimaret ex uxore sua
digne posse sobolem procreare: hoc idem Xenophon quoq; Socraticus: uir doctrina illustris:

non modo ad lacedæmonios refert: sed etiam pbat: ita illi quorum leges præ cæteris maxime probari solent: instituerunt: & cum nullam gentem felicius uixisse, quàm romanos: & lacedæmonios scriptorum omnium sententia sit: utrūq; tamen populum idem fere: quod a Platone præcipitur seruasse manifestum est. Verum quid melius sit: nõ est nostri consilii in præsentia explicare: cum nostra opinio cum sacra religione conueniat. Satis est: quod obiecta aduersarii dissoluiamus: & quod ille dixerat statũ huiusmodi reipublicæ fieri non posse: & factum: noxium: exitiosumq; fore: maledici: & per ignorantiam: tum rationis naturæ: tum etiam rerum gestarũ & morum: qui fuerunt: & sunt: ita existimari demonstrauimus: plusq; fere consuetudinẽ: usumq; præsentem rei, quam naturæ rationem ualere. Quippe: ut Aristoteli etiã placet: tanta est in unaquaq; re uis cõsuetudinis: ut fabulæ etiã: & signeta sapenumero pro ueris accipiãtur: nedũ pcepta legũ: & instituta lógo tpe cõprobata. Quid crudelius: qd imanius: qd execrabilius dici: aut fingi potest: qd filios senes patentes occidere: & eos: carnibus uesci? Et tũ Historicorum princeps Herodotus de massagetis: & indis hoc refert. Darium quoq; regem perhibent interrogasse aliquando indos: quo præmio induci possent: ut parentes suos non ederent: sed græcorum more rogo imponerent: atq; cremarent: illos uero respondisse: dii meliora: tum ad græcos cõuersum ab illis quoq; quæsiuisse: qua spe permoti defunctos patres non ederent: sed græcorum more instar indorum edere paterent: eos uero ita dixisse: nullam rem esse pro qua tantum scelus pati: aut committere possent. Atq; apud persas noueræ priuignis nubunt: ut idem scriptor refert: qd apud alias nationes nefas haberetur: Diodorus hũc esse morẽ athiopũ narrat: ut rei capitis quærendæ salutis gratia e patrio solo sine dedecore migrare non possint. Itaq; cum quidam capite damnatus: fuga aliquando salutem quæret: cogitasset: mater eũ ne uniuersa familia sua ob id factum ignominia nota efficeretur iniecto ad collum cingulo strangulauit: quæ res apud alias gentes ipia: & crudelis fuisse iudicata. Nec ob aliã causam id euenire ipse historicus existimat, quam ob consuetudinem inueteratam: quæ quamuis iusta careat ratione: longo tamen tẽpore, usq; animis hominum hæret: nescit rebus etiam absurdis dissentire: atq; obistere. Tale etiam est præceptum illud: quod lacedæmonie matres filiis dum in expeditionem proficiscerentur: scutum portigentes demandare solebant: *ut uictor: aut super hoc mortuus reportare.* Sicut enim temporibus illis scædissimũ habebatur: quoties aliquis de relicto ordine: & armis per metũ abiectis aufugeret: Sic nunc: (modo uita seruetur) nihil est: qd miles uel propter iacturam armorum: uel propter fugam, dedecoris: aut ignominia uereatur. Nam quæ tandem mulier ætate nostra id filio iuberet? At lacedæmonio: matres facile id præcipiebant: & reportatis sicut fortuna aliquando ferebat super scuto filiis: non eiulatu: & lachrymis: sed gaudio: & lætitia celebrabãt diem: quo filios intellexerunt pro patria fortiter pugnantes occubuisse: non secus, quam si uictores in patriam remigassent. Taceo, quod de trogloditis: qui postremam ægypti oram incolunt: idem autor refert: quanq; summo ardore solis adurant: non modo tamen de solo natali discedere nolle: sed mortem etiam potius pati, quam loca alia: & diuersum uitæ genus uelint experiri. Præterea fuisse nationes quasdam: quæ cõstum in propatulo instar pecudũ sine pudore exercuerunt: quas imitatus Diogenes ille philosophus cynicus idem Athenis egit: cũq; a cæteris reprehederetur: si turpe est, inquit, ne occulte quidem agẽdũ est: si non turpe, cur omnibus spectantibus agi non debeat? quis nescit honestum: decensq; apud christianos latinis haberi si pater: & filius: uxores sibi matrem: & filiam ducant: uel duob; fratribus duæ sorores nuptui tradantur: quo, & familia arctius colligentur: & patrimonia integriora seruentur? Apud græcos uero turpe id: irreligiosumq; cõsuetur: nec minus illicitũ est uxoris sororem, quam propriam: ducere uxorem. usque adeo apud omnes consuetudo ualet: & q in re suam quisq; ætatem cõsumpserit: hanc meliorem: honestioremq; esse arbitratur. Hæc igit pro suo quæq; arbitrio gentes constituunt: & utcũq; aliquid commodius esse uidetur: sic alia rationibus aliis probant: atq; recipiunt. Nihil ergo mirum uideri debet: si alii aliter de re uxoria stauerunt. Quod si non soli Platoni communem mulierum usum placuisse manifestum est: nec si ne ratione ab eo ita esse cogitatum: profecto non modo longa illa aduersarii disputatio de naturæ rone: de liberoy: amore: de cura negotiorũ: frustra cogitata est: sed etiam, quod de uiro forti postea addidit: nullum habet locum reprehensionis. Nam si usum uenerem duntaxat: ad necessariã sobolis procreationẽ determinandũ esse existimauit: quid uel sibi: uel naturæ: uel reipublicæ: aduersatur: qui uiro forti mulieris, quam desiderat: usum concedit? Absurdũ certe id esset: si nostris legibus institutisq; iudica res: sed si qd ille uoluit: priuata coniugia tollunt: si nulla uirginitatis ratio est: si cõmodius agi putat: ut nemo priuatis rebus studeat: sed rem cõmunem: & publicam oēs procurent: quæ tandẽ iniuria: aut inuidia: aut obtrectatio sequi Platonem debeat: si tali præmio ad strenue: fortiterq; agendum ciuium suorum animos inflammandos esse putauit?

Iniuste obici Platoni: qd ad uoluptatem: luxuriamq; iuuentutem hortetur. Platonẽ fortitudinẽ ponere, non modo in rebus horrendis: sed etiã in uoluptatibus supandis. Oportere uirum etiam in uoluptatibus exerceri. De duplici genere timoris. Malorum etiam notitiam haberi debere: ut uitari possint. De liberis educandis. Animos iuuenum facile quoscũq; mores imbibere: & pertinacius retinere. Caput. IIII.

Ed de his hætenus. Post hæc aliud crimen: quo reum facere Platonem aduersarius nititur: uideamus. Hunc, inquit, uoluptatem: atq; luxuriam iuuentuti suadere: cum ita libro de legibus primo scribat. Quæ nam igitur officia i utroq; uestræ reipublicæ statu conseruentur: explicemus: quæ uoluptatem degustandam: non omnino deuitandã censentur: quemadmodum: nec dolores euitabant: sed in medijs uoluptatibus: atq; doloribus homines statuendo honoribus propositis hortabantur: eos illa superare. Hinc Platonem aduersarius reprehendit: quasi iuuentuti licentiam uoluptatum permittat. Ita omnia inique iudicat: & Platonis uerba arbitrio suo interpretatur: & damnat. Atqui Platonis sententia longe alia est: uirtutem animi, quam fortitudinem appellamus: uir ille doctissimus: non modo in rebus in quibus metus: aut fiducia situerari uoluit: sed etiam in uoluptatibus: & doloribus: & desiderijs: fortisq; animi officium esse statuit: tam rebus formidolosis, quam iucundis obistere: ac timidũ non modo eum: qui timore uerum etiam qui uoluptate superatur: existimat. itaq; ut neminem effici constantem: fortem: impaudum putat: nisi se per uarios casus: & pericula: & res formidas exercet: ac neminem censet fieri posse continentem: temperantẽ: modestum: nisi inter medias collapsus uoluptates fortiter resistat: & cum his colluctatus tanquam fortis athleta eas superet: atq; prosternat. & quemadmodũ, qui ab ineunte ætate: omnes labores: omnes curas: omneq; dolorem uitare consueuit: si quando laborare cogitur: & cum hominibus robustis: exercitatisq; contendere: facile superatur: & uincitur: sic qui in exercitatus est: & spernere uoluptates: ac resistere illecebris insuetus: ut ille a timore ipsum a uoluptate superari: & qui dñs est: mancipium fieri eius: qui temperans esse in rerum delectabiliũ copia potest. Quæ cum ita sint: iudicare iam quilibet potest: an iure hoc aduersarius Platoni obiciat: & utrum per ignorantiam potius Platonice linguæ, quam per malitiam peccet. Id enim aliorum iudicio liberũ relinquimus. Nunc quid latius Plato de duplici timoris genere disernerit: considerandum est. Vnum esse ait cum res aduersas expectamus: alterum cum timemus: neq; a nobis turpiter factũ, dictũ ue sit: qd malum de nobis opinionem parere possit: hoc pudorem uocat: colendumq; a nobis in primis existimat: & contrarium eius uocat impudentiam: summumq; esse malum: & publice: & priuatim existimat. Tali uidelicet timore ciuium salutem conseruari: bona augeri: uictoria magis, quam alia re acquiri. Etenim duo esse: quæ parere uictoriam possint: aium in hostes: pudorẽ erga amicos. Itaq; unumquẽq; nostrum pauidum: & impaudum esse oportere. & quemadmodum quoties hominem intrepidum: audacemq; facere uolumus: in rebus trepidis: ac formidabilibus eũ constituimus: eoq; modo aduersus metum exercemus: Sic cum pauidum: & uerecundũ reddere studemus: ad eas res eum ducentes: a quibus impudentes minime temperant. Nam qui huius certaminis expertus: & insuetus est: Plato, inquit, dimidio uirtutis carebit: nec perfecte tẽperans erit: qui non aduersus uoluptates: libidines: cupiditatesq; multas ad impudentiam: iniuriam: contumeliam trahentes: diu, multumq; pugnauerit: tandẽq; uictor euaserit: ratione officio: solertia: studio: siue ioco: siue serio quicq; agit: aut loquitur. Quinetiam libro tertio eos: qui uariæ rationis rerum: tum honestarum: tum inhonestarũ expertes sunt: perfectos uirtute esse non putat. Item septimo ambo contraria cognosci ab homine perfectæ uirtutis affirmatis: sed alterum duntaxat agere: quod bonum est: alterum uitare quod malum. Etenim uero cognoscenda esse mala: non, ut agantur: sed, ut uitentur: siquidem: quæ ignoramus: uitare non possumus. Seria, inquit, rem sine ioco: & contrariam prorsus sine contrario percipere nequit, qui prudentẽ se facere studeat. Agere uero utrunq; nemo potest: si quod in se uirtutis specimen cupit habere: sed ipsius rei causa nosse contrarium conuenit: nequid, quod minus deceat: per ignorantiam uel faciamus: uel dicamus. Ad hæc cum in eodem libro de educatione liberorum scriberet: & quemadmodum animi iuuenũ: sublato clamore: ploratu: & querelis: tranquillũ: placidũ: & læti fieri possẽt: doceret quod Clinias adhibitis uoluptatibus effici posse dicebat. Equidem, inquit, minime id Clinia nostro dandum existimo. Nã si ita agere cõperimus: omnis liberalis educationis ratio peribit: mea quidẽ sententia: nec uoluptates recta uiuendi ratio sequitur: nec dolores prorsus uitandos ducit: sed mediocritatem quandam amat: qd mitiori noie dictũ a me uelim, quam quidem ani-

mi dispositionem: dei etiam esse quadam celebris oraculi fama recte ab omnibus existimari potest. Hunc habitum sectari debet: qui uirtute diuinus est futurus. ergo elaborandum omnibus est: ut nec ipsi ad uoluptatem procliuēs sint: nec alios siue senes: siue iuuenes: siue mares: siue foeminas ita affici patiantur: minime autem omnium: qui nuper in lucem prodierunt. Tunc enim tenera aetas facile mores imbibit: qui ita animo haerent: ut nulla deinde ratione possint aboleri. Sic Plato interitum iuuentutis uoluptatem: & putat: & nominat: sic omnibus locis ei occurrit: aduersatur: exterminandamque existimat. Siquidem tertio quoque de republica libro dignos reipublicae custodes: hanc sibi firmam tenere opinionem ait: ut quod reipublicae proficit: id probet: & faciat: quod obstitit nullo pacto probare: aut facere uelint. Quae opinio an seruari quacumque aetate possit expeririendum est. Et quoniam his tribus rebus furto: uis: fraude: amittere inuiti uerae optimae possessionem solemus: animaduertendum an ipsi non furim: aut uerbis persuasi: aut tempore obliui non per uim doloribus: & cruciatibus coacti: aut illecebris uoluptatum decepti: aut metu percussidecretum illud animi, quod modo diximus amiserint: & uerae opinionis possessionem. Item animaduertendum, inquit, est ab ineunte aetate: & propositis quibusdam negociis: in quibus quis possit maxime decipi: obliuisci: eius opinionis: quam seruare statuerit: & memorem: constantem: cautum probare: in memorem: inconstantem: incautum: reprobare oportere. Labores etiam: & contentiones: & dolores: adhibendi: in quibus haec eadem obseruentur. Nec non tertii generis: id est fraudis periculum faciendum. Velut qui pullos equinos ad strepitum: tumulatumque ductos: an timidi feroces uel sint: expediuntur: Sic homines tenerae aetatis ad metus: & pericula ducendi: soleant honestus esse possit: omnibusque in rebus inuictus: probus sui custos: & merito laudandus. Atque cum, quae sine ulla culpa euaserit: constituitur principem: custodemque reipublicae decet: & dignis eum honoribus: tum uiuum: tum etiam defunctum afficere. Contra uero: qui talis euaserit: hunc reprobandum esse: ac pro nihilo habendum. Iam ergo sentire Platonem: quis non uideat: quoniam officia: uirtutesque omnes: quae ad mores pertinent: consuetudine: actio: ne: exercitatione: & oriuntur: & uires sumunt: idcirco praecipuum esse: ut in oppugnandis: propulsandisque uoluptatibus ciues exerceantur: quo eas illecebras ualeant superare. At obiurgator: quae a Platone recte dicta sunt: pro sua consuetudine: uel malignitate: uel inuidia peruerit: & ad libidinem: ac uitiosam institutionem transfert.

Quomodo Plato mares: ac foeminas nudos exerceri uoluerit.
Minoem & Lycurgum non minus mulieres, quam uiros palaestra exercuisse.
Cur uirgines debeant nudae exerceri.
Quid recta educatio iuuenum boni afferat.
Gorgonis uxoris Leonidae perpulchrum responsum.
De saltatione multa: & quae saltatio ad matrimonia concilianda non parum conferat.
Rerum omnium ortum plurimum ualere ad frugem: ac finem commodum afferendum.
Qualis debeat esse iuuentutis custos.

Cap. V.

Adde deinde: ut calumniae suae argumeta controboret Platonem nudos adolescentes & puellas simul exerceri: choreasque agere uoluisse: quod propter exclamat pro nefas: nec fieri posse existimat: quin iuuentus hunc in modum se exercens: libidinis ardore inflammetur. Nos uero adolescentium: puellarumque nuditatem ueterem illam esse arbitramur: quae sine uitii suspitione fieri solebat. Per multas enim nationes ita olim exerceri consuevit: omnis historia testatur: nec solum exterarum: in cultaque nationes id fecerunt: sed nostrae etiam moribus: & eruditione cultiores: ut athenienses: lacedaemonii: macedones: aliique complures. hi enim naturam ducem sequebantur: quae cum tam marem, quam foeminam nudos procreasset: uestem utrique dedit: contra frigus: rationem castitatis: & continentiae contra luxuriam: omnemque libidinis cupiditatem. Itaque exuti uestibus: illi se praeficiis temporibus exercebant: uirtute potius quam lana opti. Nec uideo foeminas nostrae aetatis lacedaemonis illis castiores esse: quae non modo domi: sed etiam foris: femore: deducta tunica: nudato solebant incedere. Nec temporibus nostris: italicarum mulierumque facies: collo: pedesque aperto ambulat: magis ad libidinem mouent hominem continentem: quam turcae: quae membris omnibus obnuptae domo prodeunt. Sic igitur illae: quam femura: aut quod uis membrum detegerent: nihilo tamen propterea magis prouocabant ad libidinem uiros: qui ab ineunte aetate continentiam fuerant: ac temperantiam secuti. Valeret etiam in his plurimum consuetudo: ita enim natura comparatum est: ut magis moueant: quae raro uidentur. Quod si uiri illi crebro: immo uero quotidie publico usu: ea membra perspiciebant: quae hoc tempore detegunt: obsecranum uide-

retur: profecto credendum est: non magis tunc illos moueri solitos: cum uiderent: quam nos hac tempestate: qui nihil uidemus. Ergo nec ratione naturae: quod ita statuerit: reprehendendum est Plato: nec primus hunc more probasse dicendus est. Quippe ante eum Minos: & Lycurgus: sapientissimi legumatores, non minus mulieres, quam uiros cursu: palaestra: iaculo: saxo exerceri uoluerunt: ut Plutarchus uis doctrina: uirtuteque ornatus testatur. nec solum recitat: sed etiam probat hunc morem: ea scilicet ratione: ut liberorum procreatio ualidum nata initium in matre firma: atque robusta: quasi solidis actis radicibus commodius prodeat: tum etiam matres ipsae corpore exercitae: ac duro: facilius tolerare possint partus dolorem: & si quando res ita exegerit: pro patria pugnare. Quod si tu reprehendis, inquit, & causam quaeris: cur uirgines nudae sese exercere debuerint: discere propterea sic agendum fuisse: ut quae uires corporis: & animi uirtutem non minus, quam uiri capere possent: non secus etiam, quam uiri erudirentur. Opinionem autem exteriorum, qui diuersa sentiunt: contemnunt: putantes eos sub nomine honestatis uoluptatem sibi parare: dum mulieres: intra septa domus in exercitatis continent: quo eas molliores: & didiores: delicatioresque efficiant. Quid praeterea de legibus Lycurgi Plutarchus refert? Respublica, inquit, lacedaemoniorum, quamdiu leges Lycurgi seruauit: inter omnes graecorum ciuitates principatum tenuit annis fere quingentis. Mox ubi eas negligere coepit: & cupiditate luxu: priuatisque studiis reipublicae curam omittere: eo decidit: ut quibus imperare solebat: seruiret. Quid igitur aduersarius de Lycurgo dicit? qui uirgines nudas corporibus exerceri: certareque inter se coram uiris praecipit: nec animaduertit tam grauem eius sententiam: quod praelibidine status reipublicae interimeretur. At Lycurgum opinor laudabit: Platonem minime: ut semper sui similes nullo in loco sibi constet. Sed enim Plato: qui Lycurgum secutus est: eadem qua Lycurgus eruditione atque etiam integritate fretus: non dubitauit corpora mulierum nudare: atque ita publice exercere. Nam si recte, inquit, iuuenes educuntur: atque erudiantur: bene se res habebunt: Sin minus taceo in noua republica tanquam in diuinatione superstitiosi mali aliquid ominemur. Itaque non modo adulescentes: uerum etiam puellas armatas profilitate: choreas instruere: saltatione exerceri: & quicquid ad bellum: ac pugnam pertinet: meditari: & Lycurgus: & Plato praecipit: nec rem aggrediantur: quae natura muliebri ferre non possit. Iam enim: & Amazones rebus praclarissime gestis, satis doctae fuerant: confirmantur. Vnde pulcherrimum illud Gorgonis Leonidae lacedaemonii uxoris dictum extat: aduersus eam: quae ita dixerat: solae uos lacedaemoniae uirgines imperatis: certe, inquit, solae enim uiros parturimus. Apud lacedaemonios id genus saltationis Lycurgus instituit: quam hominum dici Lucianus in libro, quem de saltatione adidit, refert. Constituebatur id genus ex adulescentibus: & uirginibus alternatim ad choream dispositis. Ducebat adulescens: militarem exercens peritiam: qua postea: cum hostem inuaderet: uteretur. Sequebatur uirgo modestia quadam insignis: & saltum foeminae decenter agebat: ex qua re intelligebatur horum constitui: ex duabus illis uirtutibus temperantia: & fortitudine: quod saltandi genus: id fortasse est: quod ueteres romani Sicinam appellauerunt: & in usu frequentissimo habuerunt. Virtutem igitur: & eruditionem non inutilem saltatio illa praeferebat: non uitium: ut dare probro aduersarius conatur. Comunionem etiam quandam: & necessitudinem ad matrimonia obeunda commodissima hinc conferat: conspectus mutuus maris: & foeminae: & uerba: & gestus corporis: & reliqua: quae experiri inuicem possunt prius: quam matrimonio copulentur. Atqui complures puellae plus uirtutis, quam auri: aut argenti possidentes: cum pro dote uirtutem suam ita patefecissent: ut Plato consulerit: si cilius nupsere: quam, quae praegrandi pecunia sibi matrimonium quaesierunt. Laudandum praeterea illud est: tam Lycurgi, quam Platonis consilium: quod puellas, quas ita comparere probabant: nequaquam sine custode esse uoluerunt: sed delegerunt uirum aetate prouectum: ex eo ordine unde summi magistratus creabantur: qui adulescentum: ac uirginum collegio praesesset: & in honestum: aut turpe aliquid agentes puniret acerrime. Hunc Pædonomum Lycurgus appellauit: quem Plato non minus quinquaginta annis natum esse uoluit: cuiemque esse honestissimum: & legitimorum filiorum patrem statuit: qui erudiendae, gubernandaeque iuuentutis curam susceperet. Ac ne senectute quidem: & liberis: & honestate contentus fuit: quanquam haec praecipua sunt: uerum etiam addidit: ut qui huic prouincia praesuerit: omnium reipublicae magistratum summus habeatur. Ortus, inquit, primus uniuscuiusque rei bene de promptus pro sua naturae uirtute plurimum ualet ad finem commodum afferendum: tam in stirpibus, quam in omnium animantium: tum mansuetorum: tum agrestium genere. Homo autem quam mite animal est: atque mansuetum: tamen si bene erudiat: & felici quadam natura praeditum sit: mitissimum: & uere dicitur non animal reddetur. Sin minus omnium: quae natura prouexit: maxime agreste euadat: necesse est.

Quamobrem non secundo loco: nec pro te superna educatio liberorum habenda est apud legum autorem: Sed ante omnia, qui recte consulit: inde exordiri debet: ut ex civibus unus eligatur: qui omnibus in rebus uirtute praestantissimus sit: isq; summa diligentia constituatur iudex: procurator: tutor: magister iuventutis: & quinquennio magistratum gerat. Mox alius eodem modo eligatur: quiq; officio suo recte functus esse censorum examine diligentissimo: qui & ipsi ex summis debent esse magistratibus decemetur: maximis donetur honoribus. Qui uero contra fecerit: summis suppliciis plectatur. Quis igitur putet negligi posse iuventute ab homine prudenti: honesto: annos quinquaginta nato: patrefamilias: summo magistratu duntaxat ad quinquennium fungente: subtile examini subiecto: & uel summum honorem: uel summam ignominiam recepturo: usu etiam reru prudente: paterno: amore propinquo: tempore magistratus breui: sollicito: examinis expectatione cauto. Nemini profecto formidandum est: ne talis uir summo studio: fide: diligentiaq; procuret adulescentum: & puellarum pudicitiam: & eruditioni eorum liberali quantum potest inuigilet. Primum itaq; hoc statutum a Platone est ad seruanda iuventutis honestatem: Secundo: ut quod idem fere est iuueniu animis persuaderetur: nihil turpius: aut perniciosius esse: quam obscenitas uoluptatibus: ac libidinibus indulgere. Sed praestat uerba ipsius Platonis audire. Vbi inquit, ad iuuenem eruditione ueni: animaduerti adulescentes: & puellas inter se perquam familiariter congregientes: atq; ob eam rem: timui: ut fieri solet: ne patrum frugi ea respu. esset: in qua adulescentes: & puellae robore corporis praestantes: ociosi forēs: & uehementiorum: atq; illiberalium laborum expertes: quibus praecipue extingui uitiorum cupiditas solet: dediti etiā festis: & ludis: & choris. Quo igitur pacto in ea ipsa repub. abstinere inuenes poterunt a uoluptatibus: quae multos: multaq; impulerūt in mala postrema? cū aliarum rerum: tum uel maxime amoris in puellas: aut quod detestabilius est in pueros: & uel mulierum in uiros: uel uirosum in mulieres: unde innumera damna extitisse hominibus: & publice: & priuatim manifestum est? Quo inquam cōsilio uitare tantum hoc malum licebit? aut quam medicinam tanto discrimini adhibere? Quae cum dixisset: habeo, inquit, quo iuuentus: nō quidē in uita: sed sponte sua sese contineat: quo etiam frater cum sorore: pater cum filia castissime uiuat: & caueant sumopere: ne aut aperter: aut clam: cum simul cubant: aut quouis modo seinuicem tangunt: libidinosè quicquam agatur. Lex nimirum nō scripta: sed uehemens hoc agit: & exiguum quoddam uerbum: omnem huiusmodi uoluptatem potest extinguere: si uidelicet haec turpissima esse: nefanda: impia: detestanda dicatur: nec id quidem raro: sed crebro sermone usurpatur: ut omnes ab ipsa natiuitate sentiant omni tempore: omni loco haec uituperari: expui: exterminari: tum per ridicula quaedam: tum per studia tragica: quoties: aut Thyestae: aut Oedipodes: aut Macarei concubuisse clam cum sororibus suis introducuntur: & peracta re statim sibi mortem conscuisse: quasi sui erroris: ac peccati poenam sibi ipsis digne decreuerint. Famae enim admirabilis quaedam uis est: cum nemo contra legem dicere aliquid audeat: & in unoquoq; tam seruo: quam libero: tam puero: quam muliere: deniq; in uniuersa ciuitate: famae ipsius obseruantia: & cura: consecrata lex est: uita enim firmissima: certissimaq; efficitur. Sic Plato de iuventutis eruditione praecipit: & ut honestas: & continentia seruetur: summo studio curauit. Verum aduersarius neq; ueritatem cedere: neq; Platonis rationes intelligere uidetur.

Falso obiectam esse Platoni abrogationem legis Laiæ.
 Platonis sententiam de amore cum Lycurgi lege conuenire.
 Quibus mulieribus: & quomodo Plato commiseri uelit.
 Quibus remediis uenus coerceatur.

Caput. VI.

Posthæc subiungit Platonem legem laiam abrogasse: quae igne cremados sanxerat qui nefariam in mares libidinem exercissent. Reuoluitur semper iste eodem: sed nos quoq; quocunq; se uerterit: sequi necesse est. Non modo autem reprobasse Platone hanc legem aduersarius scribit: sed etiam turpem: atq; nefandam libidinem non prohibuisse immo: ut clam patri possit id scelus: concessisse: quod falsum esse apertissimum est. Nusquam enim a Platone lex ista abrogatur: aut tollitur. Legē autem laiam recte afferri posse Plato affirmat: ut quae naturam ducem secuta mares maribus misceri prohibeat: idq; brutorum exemplo confirmet: apud quae inauditus est adeo turpis: nefariusq; cōcubitus. Hanc igitur legem Plato nimirum approbat: & recta ratione conditam esse fatetur. Vtrunq; enim peccare: & dignum esse, qui uituperetur: existimat: & eum, qui mare pro foemina utitur: & eum, qui usum huiusmodi foedissimum praestat: alterum, q̄ nefariae uoluptati cedat: alterum, q̄ mutare sexū: & ex uiro instar foeminae fieri patiatur: non tamen amorem omnem reprehendendum: tollens

dumq; esse dicit. Sed cum duplex amandi genus sit: ut superius declaratum est: alterum turpe: aliter honestum: turpe quidem eiiciendum: honestum uero tanq; uirtutis alutium seruandum censet. Distinguit itaq; Plato amandi rationem: & bipartitum: quod dixi: genus assignat: ita tamen agit: ut simul: & lex laia seruetur: & genus amoris honestum: turpis illius gratia non temere improbetur. Quo in loco triplici illa partitione amoris pulcherrime usus est: quam secutus Aristoteles formam amari a materia scribit. Amore enim, aut iter similes uirtute: ac pares esset aut inter dissimiles: atq; cōtrarios: cum alter alterius egeat: quomodo diuitem amari ab inope dicimus: aut ex utroq; istorum constare: quoties pars diuersa ad res suaues: atq; iucundas hortatur: similis dehortatur: atq; ut modo huc: modo illuc animus trahatur: & pendeat: quam dissensionem: imagine etiā illa equorum: & specie significauit: cum alterum equorum pulchrum corpus aspicere: ad idq; potius horari: & cogere diceret: alterū recusare: dehortari: obfisteret utpote non pulchritudinem corporis appetentem: sed animi elegantiam: & liberalem uirtutis formam amantem. quod si diuersa amandi ratio est: non male Plato, inquit, legem illam distinguere amorem debuisse: & primum illam ex uirtute ortum concedere: reliquos duos prohibere: quemadmodum a Lycurgo quoq; reipu. lacedaemoniorū autore grauisimo lege ante sancitum fuerat: teste Xenophonte atheniensi uiro illustri. Hic enim cum lacedaemoniorum reipu. describeret: Lycurgi consiliū probat: quo rōnem amandi distinguerat: & quomodo amandi adulescentes forēt: ex cōmoda: laudatq; morū honestate descriperat: cōmendaueratq; amorem ex uirtute proficentē: alioquin nō minus abstinere, q̄ patrem a filio: aut fratrem a fratre uoluerat. Verba ipsa Xenophōtis haec sunt: *λεπτόν δ' μοι δοκῶ εἶναι πρὸς τῶν παιδικῶν ἔρωτον. ἔστι γὰρ πρὸς τῶν παιδικῶν ἔρωτος ἡ μὴ πρὸς τῶν ἀλλοτρίων ἄλλοτρίων ἢ ἑαυτῶν τοῦ σώματος καὶ τῶν οὐρανῶν. ἡ δὲ πρὸς τῶν ἀλλοτρίων ἔρωτος ἡ μὴ πρὸς τῶν ἀλλοτρίων ἄλλοτρίων ἢ ἑαυτῶν τοῦ σώματος καὶ τῶν οὐρανῶν. ἡ δὲ πρὸς τῶν ἀλλοτρίων ἔρωτος ἡ μὴ πρὸς τῶν ἀλλοτρίων ἄλλοτρίων ἢ ἑαυτῶν τοῦ σώματος καὶ τῶν οὐρανῶν. ἡ δὲ πρὸς τῶν ἀλλοτρίων ἔρωτος ἡ μὴ πρὸς τῶν ἀλλοτρίων ἄλλοτρίων ἢ ἑαυτῶν τοῦ σώματος καὶ τῶν οὐρανῶν. ἡ δὲ πρὸς τῶν ἀλλοτρίων ἔρωτος ἡ μὴ πρὸς τῶν ἀλλοτρίων ἄλλοτρίων ἢ ἑαυτῶν τοῦ σώματος καὶ τῶν οὐρανῶν.* Ita lex laia a Platone emendatur: nō tollitur: immo, quod ad turpe amoris genus pertinet: & probatur: & recipitur in repu. & diligentissime seruatur: perficitur etiam ad illa parte perutili: qua siue negligentia: siue imperitia sui autoris carebat: ut infamia rerum eiusmodi ab ineunte aetate cognita: & teneris adhuc animis concepta faciat legibus positis obtemperare. Quas autem leges de rebus ueneris statuerit: & quemadmodum cōtinentia: castitatisq; consuluerit: uidetis. Qua in re nequis forte plus iuberi existimet: q̄ natura humana uideretur posse tolerare: exemplo usus est Icaei Tarrentini: Crisonis: A styli: Diopompi: & aliorū: athletarum, qui tametsi robore: & bona habitudine corporis prouiores esse ad libidinem uisi sunt: q̄ qui corpore imbecilliori fuerunt: tamen uictoriae cupiditate: quam consequi ex palestra cupiebant: continentissime uixerunt: nullam alioquin animi eruditionem habentes. quod si eiusmodi homines, inquit, ita faciunt: longe profecto facilius id facere possunt: qui pulcherrimae oium uictoriae causa aduersus uicta pugnant: seq; felicissimos sperant futuros: si superatis uoluptatibus continentia palmam obtinuerint. oportere ait homines: haud deteriores esse a uibus: aut ceteris beluis: quae inter greges amplissimos ortae: ad iustam usq; aetate procreatae: proles caste, immaculateq; uiuunt: ubi uero aetatis iam ratio exiguitas cum foemina: & foemina cū mare sua uisime iunguntur: atq; ita reliquum uitae suae tempus iuste: religioseq; uiuunt: summa fide priora amoris sui foedera: & iura seruantes: oportere igitur homines meliores beluis esse, non deteriores. Primam itaq; legem de rebus ueneris Plato suis hominibus tulit: a marium: omniumq; contra naturam libidine protfus abstineat: & ab omni solo, in quo nasci nequeat: quod satum est. Secundam, ut si se nullo modo continere possunt: maris saltem nefandam: & plena sceleris: atq; abhominandam libidinem uitent: foeminas autem, si quas libuerit: praeter coniuges: utpote ancillas: & pedisequas: aut alias contubernales: adeant quidem, uerum nō temere: neq; impudenter: sed ita, ut ceteros lateant: alioquin priuati laude ciuili: & notari ignominia debeat. Ita, inquit, ait. *ἡ πρὸς τῶν ἄλλων τῶν κατὰ τὴν φύσιν ἔρωτος ἡ μὴ πρὸς τῶν ἀλλοτρίων ἄλλοτρίων ἢ ἑαυτῶν τοῦ σώματος καὶ τῶν οὐρανῶν. ἡ δὲ πρὸς τῶν ἀλλοτρίων ἔρωτος ἡ μὴ πρὸς τῶν ἀλλοτρίων ἄλλοτρίων ἢ ἑαυτῶν τοῦ σώματος καὶ τῶν οὐρανῶν.* Sic Plato legitima uxorem usum passim cōcedit: reliquarum prohibet: uel siquid plus ueneris naturalis permittit: nō nisi cum pellicibus domesticis: & clam: & ut omnes tam uiros, q̄ mulieres lateat: fieri iubet: ea. scilicet causa: ut pudore: atq; ignominiae metu homines raro ausint peccare. Sic enim libro sexto de legibus scribit. Duplicem esse appetitum, in quo uirtus: uertutum ue consistat: prout quisq; bene, uel male institutus est: alterum uentris: alterum ueneris: praecedit ille edendi: bibendiq; appetitus:

sequitur summo cum ardore quasi furis hominem agitans uenus. Itaque consilio opus est: quo animus a uoluptate ad uirtutem reuocetur: quod tribus illis precipue fit: metu: lege: uera monē di ratione. Hæc Plato: aduersarius uero: quæ de sceminarum usu ab illo dicta sunt: trahit ad ma res: & Platoni obiicit: quod maris usum concesserit: modo qui peccat: latere possit: homo magis ca lumniæ: quæ ueritatis studiosus. Quod enim Plato de scemina usu illicito puniendum esse dixit nisi omnes: tam uiros: quam mulieres lateat: hic ita accipit: ut siue mare: siue scemina alijs libidino se utatur: modo id clam fiat: reprehensibilis sit: quod certe fieri sine ignorantia: aut animi peruet sitate non potest.

De breuitate matrimoniorum: paucitate liberorum: & patrimoniorum tenuitate.

Qualem rempublicam Plato describat.

Non minus, quam duos liberos procreandos esse.

An nouerca libetis superducenda sit.

Ante trigessimum annum non esse ducendam uxorem: & ante decimum octauum annum mi nime nubendum.

Ex connubio iuuenum debilem: atque imbecillam prolem creari.

Interpretatio sententiæ Aristotelis de matrimonio.

Cur opes improbet Plato.

Bonam, non opulentam oportere esse ciuitatem.

Non posse eundem: & ditissimum esse: & optimum.

Quantam deceat esse magnitudinem ciuitatis.

Aristotelis sententiæ de magnitudine ciuitatis in repub. uitanda.

Nimium numerum ordinem seruare non posse.

Immensum oportere esse agrum, qui militum quinque milia alat.

Non minus ab Aristotele, quam a Platone aduersarium dissentire.

Caput. VII.

Ed quid præterea Platoni obiicit: uideamus. Vetiisse hunc, inquit, nequis ultra de cennium uxore uteretur: ne ue plures duobus liberos procrearet: tum etiã prohibuit sene patrimonia supra quatuor minas augetur: super quibus exclamat aduersarius & uerba inordinate de opulentia fundit. Tum mores Platonis hoc etiam loco uitu perat. Sed maledicentiam aduersarii nihil: quod Platonis moribus conueniat exprimere: supra demonstramus: in qua re necessarium fuit pleraque loca Platonis interpretari: ut latini græcã ignorantibus linguam: quid ex illius sententiã legerent, haberent. Hoc uero loco multorum ite pretatio minime necessaria erit: quippe ratio ipsa rerum satis superque erit ad Platonis defensi onem: quam quisque uestrum approbare facile poterit: etiam si Plura Platonis uerba non audiat. Enim uero non uulgarem quandam lasciuam: & diuitiis affluentem tempu. condit. non collu uiam pastorum: aut profugorum hominũ: quasi in Asylum congregat: non mercatores: facto res: non fores: nutrices: uectores: histriones: saltatores: adulatores: parasitas: coquinae: & pompina rum ministros: admittit: sed puram: sinceram: sine ullo furo: sine ulla labe uoluptatis: ciuitatem constituit: quæ omnia ad humanam uitã necessaria abunde suppeditet: superuacua: & inutilia: quæ appetere deprauata natura consueuit: nõ habeat: nihilo egeat: nihilo abundet. Itaque in odũ & pecuniis: & liberis procreandis describit: ne alterutra re uoluptas: quæ exitium reip. esse solet: contrahatur: aut per inopiam proles numerosior ali digne educari nõ possit: præsertim tem poribus belli difficilibus: & iniquis: non tamen duobus filiis prolem ad summum determinat: ut aduersarius fingit: sed, ut saltẽ duo sint liberi iubet: nec uetat: nequis ulterius procreet: sed ne quis minus, quam matrem: & sceminam habeat: dicit: quanquã non quot quisque uoluerit: procreãdos censet: sed hunc statuit terminum minoris numeri: quod aduersarius intelligere noluit: & qua si duorum duntaxat numerum Plato præscripserit: reprehedit. Cæterum si cui procreatis iam li beris matre: & scemina uxor obierit: huic liceat nouercam suis liberis non ducere: si ita libuerit quem etiam locum male aduersarius intelligit. non enim ne omnino ducatur nouerca Pla. iu bet: sed, ut si libuerit: non ducatur: liceat tamen ducere: si ueliscũ aduersarius itelligat: omnino ne ducatur Platonem prohibere noluit sane Plato postq; & naturæ satisfactum: & reip. maris & sceminae procreatione: censet: nouercæ molestiam: quæ sæpenumero intolerabilis est: pri uignis: si ita patres uellent: auferre: officiumque legislatoris existimauit. Id parentis arbitrio inte grum relinquere: illud uero uetiisse Platonem fateor ducere, quæquam uxorem nisi annos tri ginta: uel quinque: & triginta natus esset: & nubere aliquã nisi uigessimũ: uel saltem duodeuige simum annum excessisset: quod eo consilio fecit: ut florente ætate parentum, liberi robustiores procrearentur.

procrearentur. Aetate enim adhuc imperfecta debiles: infirmos: parũ uiuaces: necesse est liberos procreari: quapropter nec in grauescente iam ætate: procreandã soboli indulgendũ arbitratur. Ut enim iuniorum: & seniorũ filii: parũ pfecti: ualidiq; gignunt. Quod Aristoteli quoque placere uidetur: cũ libro politicorum septimo ita scribit. Iuuenum coniunctio uitiosa est ad sobolem procreandam. Nam in omni animantium genere: proles adolescentũ imperfecta est: magna que ex parte scemina: & perexigua oritur. Quam obrem hoc idem hominibus quoque accidat: necesse est. Cuius rei argumentum est: quod in his ciuitatibus: in quibus mos est adolescentes cum puellis non dum uiro maturis matrimonio copulari: homines imperfecti: & parua statura sunt. Tum etiam in parturiendo uehementius laborant puellæ: magna que ex parte pereunt. Seniorũ quoque imperfecta est proles: tum animo: tum etiam corpore: & sicut iuniorum ita etiam senum lãge imbecillior: puenit. Aetas etiam ab Aristotele eadem sere: quæ a Platone soboli procreandã decernitur: sceminae enim quintus & uigessimus annus: maris quintus, & trigessimus statu tur. Cum igitur tam Plato, quam Aristoteles: annum quintum: & trigessimum initio procreãdi tribuant: neuterque eorum seniorum procreationem probet: cur errare dicendus est Plato: si tem poris spacium: quo procreari commode possit: decem, aut quindecim annis descripsit: quod ab aduersario repreheditur? Profecto si animo libero esset: si recte iudicaret obiurgator iste Pla tonis: non tanta id cum asseueratione reprehenderet. Opes autem, & diuitias Plato de sua rep. eiicit: quia nouit hinc orti seditiones: controuersias: odia: simultates: inimicitias: tum uero uoluptates: luxum: libidinem: & reliqua malorũ genera: quæ tempu. pessundant: & optimã quãque ciuitatem euertunt. Bonam enim non opulentam ciuitatẽ suam facere conatur: nec fieri posse existimat: idem & prædices sit: & uirtute præfectus: quem admodum in factis libris nostræ re ligionis legitur: facilius esse camelum per foramen acus transire: quam diuitem ingredi regnũ cœlestẽ. Quam multa in tertio de legibus libro: quam multa in quinto: in octauo: in nono de malis disseruit: quæ a diuitiis proficiuntur: quæ, ut prolixitatem fugiam hoc loco prætereo. Quadraginta uero & quinque millibus locupletum cõstituens ciuitatem: non exiguam: aut aduer sarius dicit: & contemnendam facit: sed talem: quæ, & ulcisci uicinos: si iniuriam fecerint: & iu uate: si acceperint: ualeat. Nam si de quinque millibus familiarum decem millia strenuorum mili tum proficiuntur: qui tandem tot uiros: tam fortes animo: tam corpore robustos: tam diligen ter eruditos: atque exercitatos: nec quidẽ mercenarios: aut peregrinos: sed ciues: pro patria: pro uxoribus: pro liberis: pro laribus: & sepulchris parentũ dimicantes: uincere: superare: ac pstermere possit? Audiatur aduersarius: si tamẽ assequi potest: quid Plato quarto de repu. libro de hac re dicat. Nã cum id de ciuiũ inopia sibi ipse obiicisset: quod aduersarius affert: ciues scilicet inopes: atque egen tes: impotentes esse ad bellum gerendum: præsertim si aduersus magnam gentem: atque opulen tam mouere arma coguntur. Nulla, inquit, maior hac nostra ciuitate esse potest: nec ulla alia ciui tas appellanda est: sed potius ciuitates: quando ciues ipsi partim diuites: partim pauperes sunt: eosque rursus distrahi in plures: ac uarias conditiones necesse est. Itaque ciuitatem eiusmodi mini me formidare debemus. facile enim nostri homines belli: pugnaeque peritissimi: diuites illos parũ peritos superabunt: etiam si numero multo plures fuerint. Tum si nostri ciues oratoribus missis ad alteram ciuitatem hac uere referant: Nos quidem auro: & argento non utimur: nec fas uti apud nos est: uobis fas uti: & licet: Quod si amici: & socii nobiscum bellũ aduersus alios geritis: uos soli illorum diuitiis potiri facile poteritis: putas ne aliquos fore: qui cum hæc audierint: ma lint aduersus robustos canes: ac macilẽtos pugnare, quam præsidio horum canum aduersus pe cudes pingues: & teneras? Sic Plato facta illa sententiã fretus: omne regnum in se diuisum de solabitur: non dubitat: quin sui homines tam unanimes: atque cõcordes: facile debellare possint diuisos inter se hostes: atque discordes: & animo: officio: rebus fere omnibus distractos, quam ci uium concordiam: communitatemque perfectam: quoniam in quocunq; populi numero serua ri posse non arbitratur: idem co tempu. non amplius augendam censet: quam dum una esse: ser uarique possit: & si magis crescat: amissura sit uires: quibus, & se tueri queat: & alios superare. Quam sententiã Platonis Aristoteles quoque secutus septimo politicorum libro, magnitudinem ci uitatis: nõ magno ciuium numero: sed uirtute describit. De qua, inquit, urbe artifices multi: mi lites pauci proficiuntur: hæc magna esse non potest. Neque enim numero populi maiore: ma gnitudo ciuitatis iudicãda est: sed uirtute: ac moribus. Quod si quãlibet ciuitas: fungi ciuitatis officio potest: hanc magnam esse arbitrandum est. Frequens admodum illa: ne recte quidem legibus regi fortasse poterit. Itaque nullam ex his: quæ regi bene existimantur: tempu. uidemus excedere numero. Quin etiam ratione hoc idem cõstat. Lex enim ordo quidam est: & legis uit tatem, ordinis esse uirtutem necesse est. Numerus autem admodum excedens: seruare ordinẽ non potest. Terræ etiam amplitudo quanta satis sit iusto ciuium numero: modusque ipsius nu

meri statui debet: & quidem tam a Pla. quam ab Aristotele recte statuitur. Nam Plato quinto de legibus libro autor, inquit, reipu. sapiens amplissimam constituere ciuitatem: cui iura daturus est: non debet: neq; uero opulentissimam: argentiq; & auri prædiuitem: & plurimarum nationum terra: ac mari dominam. Sed, ut q̄ optimam: felicissimamq; constituat dare operam debet: qui recte consulit. Partim enim ex iis: quæ optamus: effici possunt: partim nequeunt. Itaq; ea: quæ effici possunt: qui consulit: uelitat ea, quæ fieri nequeunt: nec uelit frustra: nec rēter. Homines igitur simul probos: felicesq; effici posse: manifestū est. At uero prædiuitem fieri: simulq; optimos, impossibile est. Sed ditissimum quenq; pessimum esse: necesse est. Autor autem legit & reipu. eo spectat: ut sua opera ciues q̄ felicissimos faciat. Aristoteles uero in eo libro, quē modo nominaui. Officium, inquit, ciuilibus institutionis est: quot, qualesq; ex ratione naturæ oporteat esse ciues: decernere, eodemq; modo: & qualis terra esse debeat. Quin etiam secundo libro de numero militum agens, quos Plato quinq; millibus constituerat: Tot, inquit, millibus terra Babylonia: aut aliquo agro summae amplitudinis opus erit: ex quo quinq; millia hoium ocio forum uictum querant: & cū his etiam numerus alter mulierum: famulorūq; multo amplior ali possit. Sic Aristoteles pro terra amplitudinem: modum numero hominum instituit: & quidem parcius, q̄ Plato facit. At obiurgator noster Platonem reprehendit: frustra q; eum metuere dicit: ne propter ciuium multitudinem uictus deficeret minime formidandam: quippe longe plures facillime alii possent: sed uictu necessario: sed etiam delicato: & quibus Aristoteles uix a terra Babylonia suppeditari uictum posse existimat: eos, immo uero longe plures ex eius exigua regione usare delicate posse affirmat: ita, qui cum Aristotele sentire se iactat: non minus Aristoteli, quam Platoni diuersa: & plane contraria loquitur.

De Milciade: Cimone: Themistocle, & Pericle atheniensium oratoribus.

Non modo bona agenda pro patria: sed etiam bene agenda.

Qualem secundum Platonem esse oporteat gubernatorem ciuitatis.

De duplici opera animo adhibenda.

Quibus uitiis athenienses periere.

Milciadem: Cimone: Themistoclem: & Periclem nauali tantum industria athenienses exercuisse: terrestres pugnas contempsisse.

Caput. VIII.

Vne quid de quatuor illis siue oratoribus: siue imperatoribus Atheniensium Milciade: Cimone: Themistocle: Pericle scripserit: Platonem ingratiitudinis arguens: uidendum est. Facinus ingratisimi: atq; iniquissimi hominis esse dicit: eos uiros assentatores appellare: & turpes ministros: & uoluptatum autores: qui ea tempestate: qua reipu. atheniensium in summo discrimine erat: adiuuerunt: seruaueruntq; nō modo Athenas: sed etiam Græciam uniuersam. Hoc aliud Platonis crimen est: si aduersario credimus. Atqui Platonem homines bene de reipu. meritis laudare: summisq; extollere præconiis: nemō: qui eius libros legit: ignorat. Eos tamen bene de reipu. meritis putat: qui non modo bona pro patria: sed etiam bene egerint. Itaq; hominum salutem non summum bonum secundum uulgi opinionem statuit: sed salutem cum uirtutis cultu: & officio summum bonum appellat. Quippe in libro de reipu. quarto ita scribit. Seruat sæpenumero nauem gubernator: magnoq; periculo eximit eos: qui nauigant: uerum meliores non reddit. Sic, qui temp. regunt: uincunt quidem interdum hostes: & populum seruant: sed quoniam eius, quem seruant: praua explent desideria: & quæ iucunda non, quæ commoda sunt: student administrare: nequaq; benemere in eos de rep. dixerim: immo uero malefacere: ac uehementer errare. Equidem nō inficior esse, qui hostē superarunt: temp. fecerunt opulentiorē urbē muris auxerunt: ædificiisq; tū publicis: tū priuatis ornauerunt. Verū nō hos de ciuitate benemeritos dixerim: sed eos, q̄ ciues suos bonis moribus instituerunt: ingenue erudierunt: uirtutē docuerunt: probum deniq; unumquēq; & frugē: quantum in eis fuit, reddiderunt. Nā qui hæc fecerint: illud etiam non minus: immo longe plenius consequentur: ut hostem uincere: uitāq; omnem cum summa felicitate agere possint. Etenim si aliter seruari patria: ornariq; ciuū beneficiis nō posset: quam si gratificari unusquisq; semper: & iucunda agere studeret: profecto hac uia eundem esset: & ita regenda: gubernandaq; reipu. q̄ uero ita gubernaret: sumis laudibus efferendi forent. At si potius probitate morum: & uirtute contingit populis: ut hostium copias prosternant: idq; per sæpe euenit: rationeq; fieri solent: contra uero peccato uictoria, fortunaq; excipitur: cur eos, qui utrunq; simul: uirtutē scilicet, & potentiam suis ciuibus pepererunt: iis non longe anteposendos existimem, qui alterū duntaxat: & quidem deterius reipu. præstiterunt. Hac igitur lege: & optima regula exquirat Plato: & censetq;

censetq; uiros, quos modo nominaui in eo sermone, qui Gorgias inscribitur: de quibus uiris testatur: profecto, quod clari imperatores fuerint: quod uictoria potiti triumphum meruerint: quod temp. summo discrimine liberarint: quod uero uirtute non minus cum suis hominib; quam pro his cum hostibus dimicauerint: quodq; uincere: ac refrenare suos potius appetitus, quam hostium impetum docuerint: testari non potest. Cumq; eos animaduertat in administranda reipu. multa temeritati plebis concessisse: multa ne displicerent prætermisisse: pleraq; etiam: ut populo gratificarentur iucunda: q̄q; noxia essent: adhibuisse: recto philosophiæ studio ad ea reprehendenda duci uidetur. Itaq; a Callicle: cum quo Socrates disputabat: ueram illam reprehendendi rationem accipit: quæ duplicem operam animo adhibendam statuit: alteram a consilio: & solertia proficiscentem: quæ, ut probus efficiatur animus suscipi solet: alterā, quæ quid animo proficiscentem: sed quemadmodum uoluptate affici possit: studet: operaturq; hæc assentationem siue adulationem: tum corporis: tum animo, inquit, adhiberi: & oratores magna ex parte in administranda reipu. hanc operam nauare: omisq; communi utilitate comodis suis duntaxat cōsulere. Qua culpa, ne eos quidem de quibus sermo habetur: quatuor uiros caruisse. non enim uera dicendi facultate usos fuisse: sed ea, qua oblectare potius populum: quam emendare uiderentur: qua a Demosthene quoq; oratore grauissimo damnatur: cum eos oratores reprehendendos putat: qui id se se sciscitantur apud populum: quid scribam? quid placeat? quid gratificer? Quod si quis uiros istos tueri uolēs: uictoriam narret: & trophæa: & triumphos: imperatorum officia hæc esse: aut tēponum: & presentis necessitatis munera Plato respondebit: quæ a se quoq; laudētur. Sed quoniam, qui exercitum feliciter duxerunt: uiros se bonos profitētur: & bello iam peracto sese ad reipu. gubernacula contulerunt: futurorūq; bonorum uitorum officio in ea quiete, ac tranquille administranda polliciti sunt: dicat nunc: qui patrocinium eorum suscepit: quid egerint: demonstrat nihil eos fecisse reprehendendum: & enim Plato minime curasse uiros istos: quod in primis curandum erat: arbitratur: ut ciues moribus meliores: uirtutēq; animi præstantiores euaderent. Sed late populo concessisse ocia: luxum: cupiditatem: dicacitatem: superbiam: permultaq; alia uitia: quibus athenienses infensi socii: seditiosi: iuicem facti tandem perituri essent. An uiri isti (loquar enim Platonis uerbis) statum reipu. emendare stauerunt: ut melioribus legibus iustitia: & uirtutes reliquæ colerentur? An honestiore unq; siue commodiore pugnae genere: quam nauali ciues suos exercuerunt: ut si quando arma uel mace donum: uel romanorum: aut aliorum mortalium terra inualuissent: non deessent: qui fortiter possent obistere? Iam pugna terrestris apud Marathonem: & apud Plateas acta potius, q̄ naualis apud Salaminem: aut Artemisium rem seruauit: & tamen nihilo diligentius terra: q̄ mari nauate operam quatuor illi uiri consuleret: immo uero nauium numerum longe amplius auxerunt: & duntaxat rem naualem maiorem in modum amplexi sunt: quasi duplex hoc consiliū esset: aut nauali pugna semper decerneret: aut si quis a terra inuaderet: classe per mare fugere: & in alium locum migrare. Hæc Plato quatuor illis uiris obiicit: quæ si ita se habent: haud iniuria id facit: Sin minus: exponere ea primū aduersarius deberet: quibus mentiri Platonem ostēderet: tum eum reprehendere. Verum dicere iste permulta potest: non perisse autē temp. atheniensiū: consilio prauo: & eorum uicio, qui ciuitatis gubernacula tenebant: nunq̄ poterit ostendere. Summa igitur ciuiminis, quod a Platone obiicitur: hæc est: quatuor illos uiros populum, cuius curā gerebant: non reddidisse uel moribus meliorem: uel solertia cautiorem: uel industria ualidiorē: idq; permultis rationibus explicat in eo sermone, quem Gorgiam inscribi supradiximus. Nec propterea ingratiitudinis: aut inuidiæ damnandus est Plato: sed potius laudandus: quod & morum probitatem exigat: & consilii commoditatem, quæ res cum apud omnes proculdubio probentur: frustra aduersarius conatur ostendere athenienses culpa eorum: qui temp. regebāt minime perisse: cum se bonorum morum autores: & commodissimarum rerum magistrōs profiterētur. Verum ne solum quidem Platonem de iis, qui reipu. atheniensium præerant: ita sensisse animaduertimus: cum Aristoteles quoq; secundo politicorum libro idem præferat. Tribunos, inquit, rectoresq; plebis in presentem popularem statum temp. detulisse: cum populo tanquam tyranno gratificaretur. Quoniam Solon forū iudicibus sorte sumendis ex omnibus constituendum censuisset: idq; ualeret. Senatum enim areopagitarum, inquit, Ephialtes diminuit: & Pericles iudices uero mercenarios Pericles instituit. Atq; in hunc modū unusquisq; tribunus: & rector ad presentē popularem magistratum rem auxit: quod quidem minime ex Solonis sententia uidetur accidisse: sed casu potius: atq; euentu. Populus enim, q̄ causa fuerat: ut pugna nauali medorum copia superarentur: relatus animo exercere superbiam coepit: & suo arbitrato tribunos sibi: rectoresq; constituit: improbos aduersus probos: qui bene temp. admistrarent. Quarto etiam libro populum non legibus obtemperantem: sed ipsum principem

rerum omnium constitutum improbat: & tribunos: rectoresq; ab eo declarari dicit: qui idem apud populum faciunt: quod assentatores apud tyrannos facere consueverunt. Etenim plebiscita omnia neglectis legibus ad populi potestatem deferri: propterea q; usu ueniunt rectores ipsi magni efficiuntur: cum populus rerum omnium dominus sit: populi autem uoluntati ipsi dominantur: qui temp. gubernant: & regunt. Sic Aristoteles eos: quos Plato oratores reprehendit: quem si nemo propterea uel inuidum: uel ingratum appellat: cur aduersarius Platonem ea causa inuidia: atq; ingratitude tanquam deterrimum hominem arguit: & quantum potest insequitur? Nec itelligit ea: quae in Platonem dicit: Aristoteli quoq; obici posse. Quippe Aristoteles non minus: quam Plato officium tribunorum plebis: & reip. rectorum esse dicit: ne multitudini adulentur: ne assententur: ne gratificentur: ne res iucundas: sed commodas consulant: atq; suppeditent: ne propriis: sed publicis commodis summo studio: uigilantiaq; incumbant. Tum quatuor illos oratores crimine nequaquam caruisse arbitrat. Verum neq; Plato: neq; Aristoteles accusandi sunt: sed ambo laudandi: quod ueritate duntaxat: cuius indagatores erant: respicientes philosophorum officium persoluerunt.

De ebrietate, quam concessisse Plato uidetur: & quod nihil dignum effici posse existimauerit sine mathematicis disciplinis.

Falso calumniari aduersarium, quod Plato se deum fecerit.

Licurgum de conuiuio legem tulisse.

Sodalitates Catone quaestore Romae institutas.

Platonem Eudemi testimonio primum distinguendi rationem comperisse.

Non statim laudandum: aut carpendum esse quemlibet morem.

De eruditione liberali: atq; illiberali.

De duobus malis comitibus hominum.

Duo esse ex quibus uictoria comparetur.

Vini auxilio facile animos perspicere.

Primum sensum puerorum esse uoluptatem: & dolorem.

Prudentiam uix in senectute percipi.

Quid profint feriae: & dies solennes.

Iuuentutem non posse corpore: & lingua quiescere.

Cetera animantia sensu ordinis: in ordinationisq; carere.

Cur Apollo: & Liber patet comites sint celebritatum.

Chorus unde dicatur.

De cantus: & saltationis utilitate.

Plurimum interesse iter bonae beneq; agentem: & eum qui bona amet: exercere tamen nesciat.

Non esse permittendum poetis omnibus modulis uti.

Quid sensibus conferant certaminum exercitia.

Diuersos ludos: diuersis aetatibus magis placere.

Quales ludorum iudices esse debeant.

Quare ludi: & modulæ sint iuuenibus adhibendi.

Non licere poetis ipsorum arbitrio docere: sed iudicium.

Quae uulgo appellantur bona: non esse bona: nisi coniuncta cum iustitia.

Felicitatem cum iniquitate: & contumelia esse non posse.

Bonum omne iucundum esse: Malum anxium.

Hominem solum inter animantes ordinis sensum habere.

Iuuenes usq; ad .xviii. annum abstemios esse oportere.

A decimo octauo anno: ad trigessimum modico uino utendum.

Aetati seniori plusculam uini concedendum.

Quae musa sit pulcherrima.

Rei naturam in omnibus perdiscendam ei, qui recte uelit iudicare.

Cur seniores musicae peritos esse oporteat.

Nihil bonum uideri posse absq; bono gubernatore.

Qualem esse conuiuii magistrum oporteat.

Quibus deneganda sint uina.

Quomodo ueteres in musica iuuenes exercere sint soliti.

Medicos aliquando uinum usq; ad ebrietatem commendare.

Vsum uini militibus omnibus a Platone interdictum fuisse.

In procreatione

In procreatione liberorum uino abstinentum.

Platonem uinum deum furentem appellare.

Apud ueteres inereditos habitos esse, qui musicam ignorarent.

Cerimonias olim cum saltatione institutas esse.

Indos saltando solem salutare.

Aethiopes cum saltatione praeliari.

Pythagoram plurimum musicae indulsisse.

Alexandrum Macedonem ex Timothei tibia uarie incitatum.

Caput. IX.

Est haec alia quoq; crimina aduersarius adducit: quod Plato ciuibus suis abuti uino: & ebrietati indulgere concesserit: longumq; ac prolixum de ea se sermonem habuerit: quod deum se appellari quaesierit: homo alioquin stultus & leuis: qd nullis aliis literis, q legibus suis institui iuuentutem iusserit: quod deniq; tantum mathematicis disciplinis tribuerit: ut nullam alicuius rei curam suscipi ab ullo commode posse existimet: nisi sit mathematicis disciplinis recte institutus. Haec obicit: & suo more uituperat: partim peruertens uerba Platonis: partim addens aliquid: aut minuens: dum infatiabilem illam maledicentiam sitim possit explere. Primo autem quo modo deum se appellasse Platonem uelit: & unde id acceperit: audit. Plato a Clinia interrogatus: an effici posset: ut conuiuia: & edendi, bibendiq; societas ad usum civilem, rectaq; erudiendi rationem publice conferrent: respondit: certum quicquam de his reb; afferere non suum esse: sed dei immortalis. Tum ita esse: ut tempestiua conuiuia iuuent suo iudicio ostendit: hinc aduersarius arguit: quod Deum se fecerit: & cum iudaeis clamat: crucifigat. Vsq; adeo uerborum nimior: & consequentiarum acutus artifex est: ut sequi illud solus ipse aduertat: quod nemo alius unquam uidit. Deo, inquit, Plato tribuit eius rei cognitionem: quam ipse exponere uoluit: ergo Deum se ipse fecit. O nouum argumentandi genus: o dignam demonstrationem: atq; praecalam. quis tam firmam: ac solidam argumenti uim infringere: & tam inexplicabilem probandi rationem dissoluere possit? At non sequitur bonae uitae: ut se Deum faciat: qui cum Deum dixerit ueritatem rei nosse: nihilominus eam, quantum humano ingenio affert: qui potest: inuestigare: atq; aperite conatur. Cognitionem enim quam Deo tribuimus: ea certior est: quam sibi homines uendicant. Itaq; ut certissima illa dei scientia carere se Plato fatetur: sic humanam: quam attingere potest: exponit: & pro uiribus: ut homo: non, ut Deus: docet. Cum enim de uini usu disputaretur: qui si mediocris: & modicus est: prodest: si uero immodicus, detrimentum affert: non facile pro sua modestia suscipere uini: haud satis honesti nominis patrocinium uoluit. Sed paulatim ipsa disserendi ratione ducitur: ut modici uini usum comprobet: quod prius, q faciat: ad eum, qui interrogauerat: an uini usus ad mores: ad peritiã: ad ualitudinem: ad civilem usum adiuuenti aliquid afferret: ita respondet. Quid ueri, certiq; ea de re dici possit: Deus scit. Varia enim hominum sententia est: quid ego quidem probem: pace omnium explicare: ut opinor potero. Hanc partem: quid ego quidem probem: aduersarius tacuit: ut suam calumniam faceret uerisimiliorem: etenim quod causam aperitur ipse: quod ad Deum refert: exponat: hoc ipsum est. Si certam, inquit, ueritatem quaeris amice Clinia: non parua rem: non uile negotium: non factis homini cognitum scire cupis: Deus enim unus id nouit: cuius id nosse interest: qui unus ueritas ipsa & est: & appellatur. At siquid mihi ex hoc humano ingenio uideatur: dicendum est: dicam ut opinor, si placet: absq; hominum molestia. Quid quaero his uerbis Platonis modestiam dici potest: quid moderatius: quid ab insolentia magis alienum? Verum tamen aduersarius: ut arroganter dictum uituperat: & Platonem ob hanc rem fecisse se Deum exclamat. Nec minus mentitur: cum Platonem magnam operis partem consumpsisse disserendo de usu uini: & temulentiam concessisse hominibus dicit. Pars: quam ipse reprehendit: & sextam esse asseuerat: uix decima totius operis pars est: cuiusq; partis exigua quaedam particula est: in qua de uini usu tractatur. Reliqua de erudiendi ratione: & musica institutione scribuntur. Cum enim pars liberalis institutionis sit ipsa uiuendi sobrietas: & cibi potusq; moderatio: non immerito addi uideatur in ipsa erudiendi ratione. Quod tamen in primis consideratur: & agitur: ipsa eruditio publica est: quam si in toto etiam opere tractari aduersarius uere diceret: nihil tamen esset quod posset iure reprehendi: siquidem totum opus eo spectatur: ut ciues bene instituantur: erudiantur: omentur. Vereor inquit, Plato ne de uinolentia parua rem multa dicere: ac prolixius, q; debeam progredi uideatur: quamq; usus ipsius temperari: emendariq; satis debita naturae ratione non potest: nisi musicae rationis integra praerceptione quasi cõcinnior efficiatur: quae musicae ratio absq; uniuerso erudiendi negotio tradi non potest: unde sit: ut permulta dici necesse sit. De musica: igitur, erudiendiq; ratione sermo habetur: in ea parte: quam aduersarius duntaxat uino tribuit. Nec indecens est Plato-

I iii

nem de conuiuio: & uini usu eo loco differere: quandoquidem legumlatoris officium est conuiuio quoque: & uini usum legibus prescribere: quod & Lycurgus apud lacedaemonios fecit: & Romanae sodalitates Catone quaestore constitutae sunt: quamquam semper in usu maiorum fuisse tempestiua conuiuia: & solacia quaedam ad publicam eruditionem accommodata. Quam multa hoc loco Plato de disciplina ciuium docet: quae bene iuuenes suauissimis moribus instituit: musica rationem commendat: usum uini honestissimum: & tum ad ualitudinem corporis: tum ad animi facilitatem: & mores accommodatissimum tradit. Nemo profecto est: qui eius ingenium non admittet: & summa cum laude commendat: solo aduersario excepto: qui ebrietatis: & temulentiae nomine uocat tempestiua conuiuia: & sodalitates, quas more lacedaemoniorum: romanorum, reliquarumque honestissimarum nationum commodissime constitutas ad publicam disciplinam usum: & mutuam ciuium gratiam: & charitatem accepimus. de quibus Cato: quem modo nominauimus apud M. Tullium in eo libro: qui de senectute inscriptus est: plura cum summa approbatione: & laude disseruit. Plurimum etiam ex Platonis sermone hoc loco interpretemur: oportet, ut clarissime: quid ille de ingenua ciuium institutione: de conuiuio publicis: de uini usu scripserit: uideatur, & iniqua aduersarii calumnia deprehendatur ab omnibus. Quem locum non ita a me positum uelim: quasi eodem, quo a me profertur sermone, Plato scripserit. Nam quae de hac re pluribus ille locis disseruit: nos simul texentes ab illo dici ostendimus: ne uel plures libros enumerare cogeremur: uel, inquit, saepius interponeremus. Cum lacedaemonius ille hospes: qui apud Platonem disputat: haud quamquam licere suis hominibus diceret per temulentiam debacchari: quomodo athenienses festis diebus liberi patris agere consueuerunt: Plato ita respondet: ut siquid prima minus honeste faceret: non illico stulte insultando reprehenderet: sed modeste prudenterque corrigeret: & distinguendi ratione: quae primus ipse teste Eudemo doctissimo uiro in disputando compere: at: explicaret: & quod ex ea re ad uirtutis officium capi commode posset: ostenderet. Ita enim, inquit, Nec uinolentia: nec quiuis ex more usus laudatus omnibus in rebus: aut uituperandus mox est. Sed ante animaduertendum est: quia eadem causa, seu ratione id agatur: & quo modo, quibus personis: cum quibus: quo animo: affectu: studio: tempore: loco. Vt enim si alius cultum caprarum: & possessionem eius gregis probat, usumque esse: & commode arbitratur: alius cum capras sine pastore depascentes per segetem, fruges uastare uiderit: improbat, & omnem pecudem damnat: quod aliquas errare: atque obesse: uel sine pastore: uel prauo cum pastore aliquando perpexit: sententiam non eius, qui damnat pro recta accipimus: sed illius potius, qui probat: & quem admodum grex colendus sit: praecipit: sic si quis ciuilem aliquem coetum: qui regi suo magistratu commode potest: quia peccantem uidet, quod aut magistratu careat: aut prauo gubernetur: idcirco uituperat: non iudicium eius probandum censemus: sed expectamus consilium illius, qui: & rem seruet: & usum corrigat. Conuiuio nam itaque: & sodalitates coetus: si quo ad eius fieri potest: probe constitutus: magistro praefecto sermone adhibito: reliquis officiis conseruatis: iure adhuc improbat potest: recte uituperes. At si male institutus: & temere sine magistro congestum: tumultuantemque: conspiciens aspersionis: neque remissum modum consideras: haud recte facis: ita enim unaquaeque res mala iudicaretur: quoties bonus princeps: ac dominus deesset. Et poculis igitur magistratui princeps constituendus est sobrius: sapiens: eruditus non temulentus: & stultus. Nam si, qui praestit hominibus liberalius per conuiuia licentiam potantibus: non ipse sobrius: ac sapiens fuerit: sed uel temulentus: uel imperitus iuuenis: ac temerarius: nimirum fortunatus hic erit: nisi tetrum aliquid: scelestumque commiserit. Cogitandum est igitur: an ex conuiuio recte instructo boni aliquid uel publice: uel priuatim possit accidere. Nam si unus quilibet ex ciuium numero recte institutus profecerit: aut etiam si coetus aliquis ad choream agenda bene compositus: probatus fuerit: parum utilitatis hinc reipublicae fore manifestum est. At si uniuersam erudiendi rationem: & publicam disciplinam tractamus: facile magni aliquid ciuitati ita asserti posse dixerimus: ut scilicet ingenue instituti, uiri boni efficiantur. Tales autem facti cum ceteras res praecclare agere: tum hostes superare facile poterunt. Quod si haec ita se habent: quid uerum: certumque sit: Deus nouit: quid ego sentiam: si dicendum sit: pace omnium dicam. Sed uerone de uinolentia: pauca te plura dicere: prolixumque admodum sermonem producere uideatur: quod uini usus temperari: emendarique satis debita naturae ratione non potest: nisi integra musica praecipione concinnior efficiatur: quae absque uniuerso erudiendi negotio tradi non potest. Unde fit: ut per multa dici necesse sit. Dicendum tamen est: & primum quid eruditio sit: & quam uim: facultatemque habeat definiendum. Ea igitur instituenda unica ratio: quae per uirtutem: educationemque liberalem cupiditatem in animis iuuenum parit: ut ciues optimi efficiantur: & iuste tum imperare: tum imperari consuecant: eruditio appellanda est: quae autem ad rem pecuniariam pertinet: aut ad corporis uires: aut ad ullam solertiam: iustitiam: mentisque expertem: hanc illiberalem esse: ac sordidam: nec eruditionis nomine appellandam existimo. Ergo nullo in loco erudiendi ratio

ratio contemnenda est. Quandoquidem omnium rerum pulcherrima contingere homini potest. Praeterea memoria repetendum est: quod ante concessimus: uiros esse bonos, qui continere se: se: sibique dominari possunt: malos, qui id nequeunt facere. Sed quoniam unusquisque nostrum quamquam unus est: habet tamen secum duos comites: quasi consultores: sibique inuicem aduersos: quorum alterum uoluptatem: alterum dolorem uocamus: tum etiam metum habet: & fiduciam. Ad haec rationem cogitandi: quid nam ex iis melius: quid uel deterius sit: quae quidem ratio redacta in decretum ciuitatis publicum lex dicta est. Ergo hi affectus: quasi netui: & funes quidam tendentes in nobis conuellunt: contraque uicissim ad res agendas contrarias retrahunt. Quo fit: ut rei ratio cuius uirtute praescriptam habemus: in retrahendo eniti debeat: & nunquam, quin aduersus alteros neruos contendat: desistere: eademque ipsa cogitandi: & renitendi ratio aurea: sancta, & augusta nomen legis communis reipublicae accipit. In hac enim uel illud apertius intelligi potest: quid significetur: cum quempiam seipso superiorem: aut inferiorem dicimus. Enim uero singuli quique homines ueram rationem: quam ex hoc renixu statuerunt sequentes uiuunt: & ciuitas lege: quam recepit: uirtutem probat: uirtutem reprobat: recteque cum ceteras res: tum uini usum: de quo dicere incipimus: quomodo bonus, malus uel sit: potest iudicare. Confessum itaque id accipimus: liberio rem uini usum: uoluptates: dolores: iras: amores: reliquas animi affectiones intendere: atque augere: quasi habitus eorum hominum: qui hauserint eo uigor redat: in quo erat tempore iuuenilis aetatis: proptereaque homines continere se nequeant. Quod tam graue malum: an aliquid nobis commoditatis afferre possit: animaduertendum est. Quomodo exercitatio corporis licet hominem seilicet debilem: imbecillum reddat: & quomodo epotum medicamentum: quod extenuat corporis uires: atque debilitat: nihilominus futuri commodi gratia in usum recipiuntur. Nam si pari ratione ex uino utilitatis aliquid percipi potest: satius istud fieri dixerim: quandoquidem exercitatio corporis: non sine labore, molestiaque contingit: uini autem usus maiori facilitate suscipitur. Cum itaque duplex sit timoris genus, unum quod expectatio mali est: alterum quo ne dicendo aliquid aut agendo tantum mali reprehendi possimus: formidamus simul: atque cauemus: quod genus pudor, seu uerecundia dicitur: contrariamque sibi habet impudentiam: & cum alia summa bona: tum uictoria: salutis: munus praecclarum adhibet: hinc porro fit: ut uini usus: ad hoc bonum comparandum: dignoscendamque animi naturam: utrum idonea: nec ne sit: non parum mea sententia conferat. Ita enim uelim consideres. Quae pariunt uictoriae: duo sunt: animus fidens aduersus hostes: timor seu pudor erga amicos: ita ut unusquisque nostrum: & impudens: & pauidus: & fidens: ac uerecundus esse debeat. Quapropter quem admodum cum impudens aliquid reddere uolumus: in rebus formidabilibus: atque horrendis eum constituimus: sicque salubri lege eum exercentes: tale reddimus. Eodem modo quem pauidum, seu uerecundum facere statuimus: ad res minus pudicas ducimus: & in medio earum illos probantes: ac uoluptatibus opposites superare eas assuefacimus. Neque enim, qui uim plurimarum uoluptatum: cupiditatumque ad impudentiam prouocant: tunc ratione: atque solertia aduersus eas pugnando non superant: esse perfecte temperans potest. Neque ad uiri fortis officium accedere quisquam integer potest: nisi animi timiditatem pugnando peruicerit. Etenim, qui expertus in exercitiis: huiusmodi certaminis est: ne dimidia quidem uirtutis partem attingere potest. Officium autem legumlatoris est: posse, uelque experiri ciuium animos: quomodo se ad fortitudinem: ac timiditatem habeant: idque facere loco: & tempore commode: & tuto: potius, quam suspecto: & periculoso: ut fortitudinem concillet animis: timiditatem exterminet. Quem admodum igitur si quis deorum immortalium medicamentum aliquod: quod haustum timorem pelleret: ciuibus dedisset: hoc tractando: hortandoque impudens illos effici oportere diceremus: sic cum uini usus medicina quaedam sit: ad audaciam: & nimiam importunamque confidentiam: sit enim, ut qui id hauserit: hilarior sit: & quo liberalius hauserit: eo spe maiore: melioreque impleatur: & audacia plenus: quasi praecipua sapientia praeditus, animosior fiat: & libere: atque impudenter audeat: profecto hoc modo pauidos: uerecundos: & ingenuo quodam pudore praeditos hominem fieri posse dicendum est. Cum enim duo illa animis nostris perfecte concilianda sint: fiducia: & timor: ut fiducia, & fortitudinem in bello meditari debemus: sic timorem: & uerecundiam in his rebus exercere: per quas audere: & fidentes esse possimus. Tale autem rem uini usum esse intelligo. Nulla enim leuior: aut securior uoluptas: uel ad experiendum: uel ad exercendum esse: aut dici potest: quam haec iocandi: atque solandi ratio: quam exhibere uinum uidemus. Nihil sane moderatius adhiberi potest: praesertim si caute agatur. Nec enim animum difficilem agrestem: iniquum experiri potius per commercium: non sine tuo periculo debes: quam per conuiuium liberi patris: nec examen animi ueneri succumbentis: per fallacem uxoris: & liberorum commendationem faciendum est: & carissimarum periculo rerum: potius, quam per iocum usu uini sine discrimine iacturae mores animi perspicendi sunt. Hoc igitur unum non mediocre commodum ex uini usu ad examen ciuium capitum

perutile certe homini ciuilline habitus: naturasq; animorū ignoret: sitq; etiam per eius impunitatem: ut pauidi uerecundiq; efficiantur: qui caute: & moderate sub optimo magistro temperatiuis conuiuuiis utuntur. Alterū longe amplius: & maiori studio dignius sequitur, quod plurius perfectiusq; explicabitur: si rectā erudiendi rationē repetierimus. Dicimus itaq; puerorū primū sensum esse dolorem: ac uoluptatē: quibus primus efficitur: ut uirtus: aut uitiū animo primū cōcipiatur. Nam prudentiā: ueramq; opinionem uix nōnulli prouecta etiam atate capiunt: eruditionē uero eam esse uirtutē: quā a pueris prima recipiatur. Voluptatis igitur amoris, & odii: anteq̄ ratio recipiatur usus: rectus: postq̄ recepta ratio est: & cōuenientia: rectaq; consuetudo: uirtus integra est. Sed eruditio proprie eius uirtutis pars est: quā in uoluptatib; ac doloribus adhibito temperamento consistit: ut mox ab initio ad finem odio habeant: quā habenda odio sunt: amentq; quā amanda sunt. Verum cū omnis erudiendi ratio in uoluptatibus: ac doloribus recto adhibito temperamento uersetur: sed accidat: ut pleraq; in uita langueant: atq; iterantur: dii immortales: labores mortalium miserati: requiem his laborū serias: & solennes nūmū dies statui uoluerunt: musasq; & musarū principem Apollinem: ac liberū patrem celebritatū socios adhibuerunt: qui deprauatam institutionē emendarent. Quod idē naturā quoq; consentaneū esse uidemus: siquidem iuuentus fere omnis corpore: aut lingua quiescere non potest: sed semper moueri: loqui: & appetit partim saliens: & exultans: quasi numerosum quendam morū: ac ludū cum uoluptate exercens: partim etiam uocem emittens crebram, & uerā. Ceterū reliquā animantes sensu ordinis: inordinationisq; suorum motuum uacant: quibus bene compositū nomē inditum est: numeris: & concentus. Nos deos, quos modo nominari celebritatū nostrarū comites habuimus: qui sensum numerosum: concinnū: suauē: periucundū nobis dedere: modulos: saltandi: genera docere: choros *ὄρχη* *ἰσχυρῶς*: hoc est gaudio aptissime nominarunt. Itaq; primam erudiendi rationem effici musarū: & Apollinis opera perspicuū est: in eruditūq; hominē esse: qui choreā musarū expertus est: eruditū uero, qui compos eius est: totūq; id genus in choream: saltationem, & cantū distribui declarat. Quo fit: ut qui bene eruditus est: bene cantādi, saltandi: & peritiā habeat: quā cum bene exerceat, bona etiā suo cantu: & suo saltu præstet necesse est. Plurimū enim inter eum interest: qui bene, & bona agit: atq; eum, qui uel bona quidē exercet: sed minus bonis delectatur: malaq; aspernatur: uel qui bona amat: mala odit: sed uocet: aut corpore nequit exercere. Quā cū ita sint, quid boni in cantu: aut saltatione sit: nosce eos oportet, qui scire cupiant: quo modo eruditio conseruetur. Indagandus est igitur honestus corporis gestus: modulus: cantus: saltus. si quando uenturi eo sumus: ut recte nec ne institutū sit: & quā nam recta erudiendi ratio: siue græca: siue barbara sit: nosse possimus. Sed quoniam uaria studia fortitudinis: timiditatisq; & omnino uirtutis: ac uitiū habentur: uarij sunt gestus: saltus: soni: uoces: & partim honesti: partim inhonesti. Verum homines per errorem non omnes æque eisdem modis chorearū utuntur: sed alij alij: ut suo quisq; ingenio: aut more decreuerit: non paruumq; hinc detrimentū iis euenit, qui prauis: aut modulis: aut gestibus delectentur: contra summū iis cōmodum: qui uoluptatem capiant ex honestis. Similem enim his quēq; effici: quibus oblectatur: necesse est. Idcirco ubicunq; leges: aut nunc bene constitutæ seruantur: aut in posterū constituentur: maxima cura adhibenda est: ne poetis liberum sit omnia suo numero: modulo: & uocabulo mandare: & pro arbitrio suo liberos optimorū ciuū: quibuslibet modis instruere. Licentia enim huiusmodi poetarū: quibus licere uideo in omnibus fere ciuitatibus ita agere causa est: ut summa cū improbitate usus rerū ciuilis habeatur. Quod si moduli numero: uocabuli recta ratio capienda est: lege, atq; ordine cōstituendū: quemadmodū hæc agi debent: atq; ita iuuenes educandis: instituendiq; sunt: ut præter hæc nihil omnino cantare: aut noui facere audent: sicut apud ægyptios lege sancitū est: apud quos ea, quæ ante decem millia annorū picta: sculpta: ne habentur: iis quæ modo facta sunt proxima cernimus. Et quoniam rectus musicæ ac ludorū usus non sine chorea habetur: chorus autē ipse *ὄρχη* *ἰσχυρῶς* id est gaudiorum superadiximus: nomen accepit: gaudemus autē, cū nos felices sentimus: gaudentesq; felices nos esse arbitramur: nec quiescere possumus: sed iuuenes in choreā uertuntur: seniores quia ingravescente iam ætate nequeunt saltitare: assident: ludos iuuenum cū delectatione: & amœna celebritatū solacia spectantes: statuunt etiā certandi genera: quæ nos memoria: q̄ maxime possint ad florentis ætatis officia reuocare. Cū in quā hæc ita sint: illū ex omnium celebrantiū numero sapientissimū iudicari: præstantioremq; ceteris haberi fortasse dixeris oportere: qui nos maiorem in modū gaudere: atq; oblectari faciat. Attamen nō recte ita iudicaueris. Cū enim uariū iudicium a uaria ætate de hominibus uarie certantibus proficitur: quo modo: & oblectatio euenit: A lii enim circulatores putant præstantiores: quoniam his uehementius delectantur: ut qui

ut qui pueri adhuc sunt: A lii comædos: ut qui florescente iam adulescentia comædiis delectantur: & eius generis autores obseruant. Alii tragædos, ut mulieres: quas tragici actus tenent: alii thapsædos: ut seniores fortasse: quos ex Homeri: aut Heliodi carmine series quædam decantata oblectat. Hinc illos potissimum præstare iudicandum est: qui præstantiorum spectatorum iudicio: nostrorumq; æqualium sententia decernantur esse præstantiores: & optimorum: atq; eruditorum uirorum non uulgi delectatione statuendum: quæ musa iucundior: aut quod modulandi genus pulchrius sit. Etenim dignos indices: cum sapientes: tum fortes esse oportet: alterum ne uulgi tumultu arrepti: sui consilij inopes a temerario theatro: quid sentire debeant: admoneantur: alterum, ne: quod ipsi recte norunt: per pusillanimitatem in iudicando mentiantur: & ut magistri: quod esse debent: qui iudices adfuerint: non discipuli spectantis multitudinis sedeant: & his contradicant: qui uoluptatem non digna ratione describunt. Quæ cum ita sint: eadem illa ratio sequitur: ut eruditio sit educatio: & institutio iuuenū ex recta legum ratione deducta: & peritia optimorū uirorum approbata. Ergo, ut aius iuuenis legi obtemperet: eisdemq; quibus senex rebus delectetur: aut mereat: elaborandū est: ut iuuenes cantu: & modulo: quo eorum animus: q̄si carmine quodā adhibito duci solet: erudiant. Cum enī eorum natura studia grauiora suscipere nequeat: ludi: & moduli genera adhibenda sunt honesta: quibus oblectari assuescant in rebus honestis: & his acquiescere: quemadmodū in curādis ægrotis agitur: quibus salubres cibos suauiter conditos: præbere solemus: ut libenter accipiant: in salubres contra aliq̄ sparsos amaritudinem ut aspernent: atq; reiciant. Hæc igitur causa sapiens legumlator minime poetæ concederet: ut quoscūq; numeros: modulosq; iucundiores existimauerit: docere possit: sed, ut per suadeat uiros: fortium continentia: optimorum uiros: nō uitiosorum res gestas canat: eisdemq; uerbis honestis decoret: & gestibus: numeris: cōcentibus moderatis: ut nostri iuuenes ab ineunte ætate: honesta erudiendi ratione imbuti: & liberali musica instituti ingenue educant: & in præclaros uiros euadant: amantes semper: atq; amplectentes res honestas: in honestas aut aspernent: atq; uitantes. Ergo cogendus est poeta: ut eum felicē: beatumq; appellet: qui iustus, ac temperans est: etiā si pauper: infortunatusq; sit: miserum autē, & uitæ acerbitate semper anxium eū uocet: qui in iustus: incontinens: improbus est: etiā si Cimyra: aut Mida fuerit opulentior. Quæ enim uulgo bona appellantur: ualitudine dico: pulchritudinem: uires: diuitias: ingenij etiam: imperiū: immortalitatem: non recte prorsus ita appellari censet: sed si iuncta cū iustitia fuerint: optima erunt: si cū iniuria: pessima. Neq; enim homo: qui bene ualet: aut diues: potensq; est: felix esse cū iniustate, & contumelia potest: sed plane miser est: licet pulcher: & uiribus corporis præstans: sed iniustus: sed contumeliosus moleste: anxie: turbide uitā agit. Quod si quis e ciuib; nostris aliter dixerit: putans esse aliquos: quibus prauis: tñ læti uiuant: aut alia cōmodiora: utilioraq; esse: alia iustiora: atq; honestiora: hunc summa propemodū pœna condemnandū arbitrare: uita enim eadē, & iustissima: & iucundissima est: nulla: res bona esse potest: quin eadem sit iucunda. Sicuti nec mala: quæ eadem anxia nō sit. Laus nāq; & honor: & gloria apud omnes siue homines: siue deos: ut bona: honestaq; sunt: sic iucunda etiam sunt. Vituperatio: infamia: ignominia: dedecus: ut mala: & turpia sunt: sic etiam anxia. Iuuat ergo ne bonum a iucundo separetur: ad uitæ usum iustæ: pieq; agenda. Nemo enim id agere ultro uelit: ex quo non plus uoluptatis capiat: q̄ doloris. Hæc igitur, & legumlatoribus oibus: & poetis dicenda sunt: tum choris omnibus: quos tres numero instituendos diximus. Musarum: Apollinis: liberi patris: Hæc, & reliqua eiusdem generis semper cantanda sunt: quorum summa: & caput illud est: ut idem uiuendi genus: & iucundissimum, & optimum esse putetur: Hæc primus adulescentulorum chorus rite carmine poetarum suorum coram omnibus canet: Secundus eorum, qui ad trigésimum usq; ætatis suæ annum peruenit: pœna reseret: conscientiam ueritatis suorum uerborum: optabitq; iuuenibus benigno numine inspirari: Tertius eorum, qui a trigésimo anno, ad sexagesimum sunt prouecti: hæc eadem, & omnino quicquid ad uirtutis officium spectat: modulabitur: Totidē enim choris: lacedæmonium illum legumlatorem: tribusq; his ætatibus apte disposuisse manifestū est: Senes exordiri choream uoluit: cantantes.

Nos sumus iuuenes robusto pectore quondam: Mox iuuenes florentis ætatis respondere.

Nos sumus, & si quis dubitat: ualet ille probare: Postremo adulescentes subdere:

Nos probitate alios quidni superare necesse est. Cum enī iuuentus ois: ut dictū iam est: nō uocens corpore quiescere possit: sed concitet semper, & saliat: uocemq; inordinate emittat: ordinis aut sensum homo solus ex oibus animantibus suapte natura habeat: hunc ordinem in mouendo nunc uocauit: temperamentū autem uocis concentū: compositū uero ex utroq; choream. Sicq; & choreæ cōstitutæ sunt: & dii præsides chorearū: sociiq; accesserunt: Musæ: Apollo

ut qui

liber patre: eorumque singulis: chori singuli delegati sunt: ut primus musarum sit: secundus Apollinis: tertius liberi patris: cui ordinem senectutis nostrae commendamus: & cantare: choreamque age- re: hoies annum sexagesimum excedentes censemus. Quam rem profecto non temere ita probati a nobis aduerto: siquidem oēs tam uiros, quam pueros: tam seruos, quam liberos: tam matres, quam feminas: honestissime modulari: idque sedulo exercere par est. In primis autē ciuitatis praestantissimi uiri: & tū- atate tū prudentia: insignes: quae maxime honesta sunt: ea de sua re: optime merentes: modulari debēt. Hoc itaque & cōueniens: & cōmodum: & honestū esse aperte iā declaratū est. Verū haud- satis facile esse uidet: quippe senior quisque tardior iam ad canendum: & pigrior factus: minus ea re delectari uidet: & quo senior est: eo magis pudore retrahit. Quod cū ita sit agendū ne aliqd est: quo senes aīo recreati: & hilariores facti: modulos, & musae gratiā recipiant. An liberi pa- tris festiua illam iucunditatē minutis poculis praelibantes p tēpestiua conuiuia inuitabimus ad officii: iuuenibus enim usque ad octauū supra decimū aetatis annum: oīno ne uinū gustent pra- cipiendū: efficiendumque est: ne igne supra ignem corporatū: aīo hauriant. Ab hoc ad trigēsi- mum usque annū concedendū aliqd uini est: modice tū pro aetatis iam cōstantis rōne: sed uetan- dum oīno: ne liberalius hauriat. At senili aetati iā tardae: ac frigidae dādum plus aliqd est. Iuat enī ut haec aetas liberi patris benignitatē in suae necessitatis auxiliū imploret. Pater ipse demul- cendo repubescere faciet: & ex molliuisculis duriores: quasi ferrū igne demissum reddet: animi mores obliuioni anxietatis cōciliabit: unde fiet: ut tandē uocios se in cantādo exhibeat. Nec uul- gari: & theatri modo id faciētis sua musa hoc est illa uenustissima: quae suā aetatem deceat: & laudatissime senectuti cōueniat: quae facile praestabitur: si clara bona publice usu ueniāt. Prae- centione enī, & succentione huiusmodi mores iuuenū: & oīno uniuersae ciuitatis nostrae infor- mati: iustissimū honestissimūque euadent: & qd optam: beata uita cōtinget. Quemadmodū con- trariū mores ex cōtrariis uerbis sententiis modulū pcedere consueuerunt. Pulcherrima autem musa illa sit: quae non modo uoluptatē parit: & iucunditatē: uerum etiā commoditatē: opemque ad uitā recte agendam. Nullius enī officii ratio intēdit: ut dūtaxat uoluptatē suppeditet: sed ut utilitatē cum honesta uoluptate: qd in singulis perquirēdis perspicuum erit. Ergo pulcherrima musa: quā petimus non uoluptate: iucunditateque tantūmodo: sed uera quoque utilitate determi- nāda est. At quae rei naturā nosse oportet: si quis de quantis re iudicare uerē recteque uoluerit: idcirco musicae natura consideranda est: si quis scire cupiunt: qd in ea recti: bonique sit: & eo magis: quo ipsa mores uel deprauat: uel instruit: ut male: bene uel adhibita fuerit: cū praestitum uideamus in- terdū poetas gestibus: & modulū mulierculae: uerba uirorum tribuere: & modulū: ac gestibus hoīum libero: honestissimorumque numeros sermorum: atque illiberalium hoīum accommodare: aut ingenū numeris, & gestibus reddere modulos: uerbaque cōtraria: ac rursus numero, & gestus si- ne modulo uerbis solis in uersu collocare: aut modulū: atque numero sine uerbis: solo fidium pul- su: aut tibiae flatu exprimere. Quo sit, ut perdifficile cognitū sit: qd sibi numerus, aut concentus uelit: & quā dignam simulationē sequat. Ergo seniores nostros institutos esse oportet numero rū: & concentuū ratione: ex quibus musica constat: & in quibus maxime uersatur: polleatque iudicio: quo uirtutē modulandi discernant: & finiant. Cū enim genus omne modulandi: si ea, quae con- ueniant: habet: recte cōpositam est: si quae minus cōueniant: praue, & qui norit qd habeat: idem dignoscere: an recte sit cōpositum: pōt eatenus seniores nostros institui: & musicae rōne emitti decet: quatenus numero: gradus: & modulorū: ridiculas assequi ualeant: quo peritia: & lōgo usu concētus: & numeri: quid tātae, talique aetati cōueniat: quibus uel ipsi sese uoluptatibus tute affi- ciant: deliberare possint: p̄bereque exempla iuuenibus morū bonorum: ac sese exhibere dignos uit- tutis autores: atque magistros. Tantū nobis afferet bonū chorus liberi patris: si recte exerceat: tan- tumque ad cōparandam uirtutē iuuabit. Bene autē exerceri poterit: si qd euenire in conuiuio so- let: ut pleraque per tumultū committant: id ne fiat: pcurabit, adhibito magistro sobrio: atque erudi- to: qui lege optima alacrioris animi contumaces motus cōtineat. Nulla enī res: ut supradictū est, tam bona haberi pōt: quin si bono careat rectore: praua esse uideat. Ergo cōuiuio quoque magi- ster praeficiendus est sobrius: cōstans: & integer, qui aīos cōuiuio: seniorum, leuiores quidem: agi- liores: audacioresque faciat fomento poculi liberalioris: sed nihilominus molliores: p̄inde, ut fer- rum igne remittatur: atque obedientiores magistrō: qui informare, eruditeque possit: quē admodū olim cum aetate adulescentis habebant: corrigat etiā audaciam: & quod pudoris: ordinis: si lētis impatiens est: emendet: & fiducia minus honestae occurrat: honestissimo illo metu perterrens, quem uerecundia: pudorem, & formidīnē quandā diuinam supra appellauimus. eos praeterea, qui obtēperat: honore, qui nō obtemperant: gnomina afficiat. Ita enī effici poterit: ut cōuiuio amiciores discēdat: nō, ut nunc accidit inimici. Ergo munera liberi patris, unde nra oīs oratio fluxit: non oīno uituperanda: abiiciendaque ex usu reipū. uident: nā si recte: digneque adhibeantur

gignete ea possunt: quae modo exposui: hoc est aīo pudore: uires, ac ualitudinē corpori. Quod si qua ciuitas hoc munere modeste utetur: cōparans sibi cōtinentiā uoluptatis: & tēperantiae ha- bitum: felicē, tranquillamque uitā aget. Sed si ioco: & uoluptate cōuiuia: & uini usum describet: ut cuique cū quibus: & quoties: & quē admodum uelit: epulari, ac bibere liceat: quidē nunquam aut hanc ciuitatē: aut hūc uirū uti uino statuerim. Haec Plato de uino disseruit: suoque tempore usum cot- rigens: quē reprehendere uidet: dum cōuiuas ita affirmat saepe discere: ut quae amici uenerant: abeant inimici. Sic ille uix senibus uini usum relinquit: quē adulescentiae profus tollit: iuuentuti parcissime cōcedit: idque p cōuiuia tēpestiua: & publice charitatis: ciuilibusque solacii gratiā more la- cedae minorū. Sic ille ad pudoris, & uerecundiae tēperamentum: habitūque exercendū uini usum accommodat: qd aduersarius ebrietatē: uinolentiam: temulentiam uocat: p̄clamatque, & uociferat: sextā partē totius libri de legibus: nihil aliud cōtinere, quam quo modo ciues debeant ebriari. Mos certe praescis illis t̄pibus fuit: ut iuuenes musicae usu instituerent: idque pars publicae eruditōis ha- bebat: quem more: quoniam minus recte exerceri uidebat: emendare conatus est Plato: & quē ad modū agi modeste ex lege deberet: instituit. Quo loco senili aetati tū remediū: tum solacii gra- tia uinū indulit: illoque sententiā reprobans: q ita de rebus disseruit: ut distinguēdi rationē igno- rent: qd oibus fere locis facere solet: ut reque diuidendi artificii sibi tribuit. Primus enī distinguē- di rationē excogitauit: per multasque ueterū dubitatiōes ita dissoluit teste: (quē admodū supradixi- mus) Eudemo. V sum itaque uini, quē illi penitus reprobabat: distinguendū ipse censuit: & par- tim honestum: cōmodumque: partim inhonestū: & noxiū esse ostēdit. Sed an sexta totius operis pars in his cōsumatur: facile ex his: quae dicta sunt p̄t̄ iudicari. Nullū enim de hac re uerbum ali- bi fecit: & hic pauca ut uidetis de uino: multa de musica rōne: de educatione: & institutione uir- tute: de more: cōsuetudine grauisimo: ornatissimoque sermone disseruit: quae simul, & qd de ipso Pla- tone sentiendū sit: admonēt: & qd de aduersario: qui sextā operis partem in cōmendanda ebrie- tate consumptā esse calumniat. Medici enī uini usum p̄bant: nō modo quotidianū & modi- cum: sed etiā, quod interdū ebrietatē faciat: quā illa Auicennae sententiā est. Sūt quibus placeat se- mel, aut bis in mēse uino ingurgitari: p̄pterea, q ita: & uirtutes aīales corroborant: & uirina mo- uetur: & sudores excitant: & excrementa resoluunt. Quod si Plato etiā cōmodi alicuius gratia uini usum liberaliore aliquādo probauerit: quis ei iure succenseat: aut quis nisi mentis inops p̄mul- ta de uino frustra a Platone disputata existimet: quādo oēm illi sermonē de recta erudiendi ra- tione p̄fecit: nec nisi minimā partem in usu uini cōsumpsit. Postrema etiā parte libri secūdi mi- litibus oibus uini usum prohibuit: & senibus: & magistratibus: quo t̄pe gubernacula reipū. tenēt: & iudicibus: & senatoribus: & nauū gubernatoribus: & interdū oibus: nisi aut exercitū: aut ua- litudinis gratia necesse sit: & nocte cū procreationi libero: idulerit. Per multa, inquit, dici pos- sunt: quae uino minime utendū esse ostēdant. Itaque ne uino quidem utendū esse facile aliquis di- xerit. De custodiis autē tertio de repu. libro haec scribit. Abstinentū his esse ab ebrietate iā di- ctum est. nemini enī tam turpe atque indecē uideri debet ebrietatis uitium, quam custodire uino de- tētū: ubi nā sit ignoret: & qui custos alioque designatus est: ipse custode egere uideatur. Quin etiā alibi uinū Deum furentē appellat: sibique exposcentē beneficium aquae, dei sobrii: ac modesti, q moderet, & tēperet. Sūma certe animi prauitate is peccat, q Platonē de publico uini usu rep- hendit: quae enī ille palā uetat: & uel tollit profus: uel moderat, quis sine magno scelere ascribe- re ei uitio potest. Verū hoc sane facit aduersarius exemplo ebrii: ac nebulonis illius: de quo. A- Gellius mentionē facit. hic enim hortabat oēs ad bibendū: idque facere se ex Platonis sententiā p̄dicabat. Sed quē admodum uir doctissimus Gellius eū reprehēdat: attendite: facile enī ex uer- bis eius, qd Plato senserit: intelligetis. Plato inquit, in primo & secūdo de legibus: nō, ut ille nebu- lo opinabatur ebrietatē istam turpissimā: quae labefacere: & imminuere hoīum mētes solet: lau- dauit: Sed hanc largiore paulo iucundiorēque uini inuitationē: quae fieret sub quibusdam quibus ar- bitriis: & magistris conuiuio: sobrius: nō improbauit. nā & modicis honestis: inter bibendū remissionibus: refici, integratque aīos ad instauranda sobrietatis officia existimauit: reddique eos sensim laetiores: atque ad intentiones rursus capiendas fieri habiliores: & simul siqui penitus in his affectionum: cupiditatumque errores inessent: quos aliquis pudor irruerens concelaret: ea omnia sine graui periculo: libertate per uinum data: detegi: & ad corrigendum: medendumque fieri opportuniora. Atque hoc etiā Plato ibidem dicit: non diffugiendas esse: neque respuendas huiusmodi exercitationes aduersus propulsandam uini uolentiam. Neque ullum unquam conti- nentem profus: ac temperantem satis fideliter uisum esse: cuius uita nō inter ipsa errorum pe- ricula: & in mediis uoluptatum illecebris explorata sit. Nam cui libentiae: gratiaeque: omnes conuiuio: incognitae sunt: quique illarum omnino expers sit: si eum forte ad participandas huiusmodi uoluptates: aut uoluntas tulerit: aut casus induxerit: aut necessitas coegerit: delinquit

plerūq; & capi neq; mentem: aiumq; eius cōfiteret: sed ut quadā noua istum labiatq; pessunda-
 ri. Congrediendū igitur: & q̄si in acie pugnandū censet: ut uoluptatibus: & cū ista uini licentia
 cōminus decertandū: ut aduersum eas nō fugat: aut disunctione tuti simus: sed uigore animi: &
 cōstanti p̄sentia: moderatoq; usu cōtinentiā: ac temperantiā tuamur: calefactoq; simul: ac redit
 tegrato aīo: siq; in eo uel frigida tristitia: uel torpētis uerecūdia fuerit: diluamus. Ita illustri
 autor. A. Gellius aptissima ueris: imaq; sententiā Platonis expositiōe ebriosum: ac tēbulonē il-
 lum auertit: quē aduersarius sequēs eandē repetere controuersiā uidet: nisi qd̄ ille Platonica dī
 sciplinā simulabat: ut uino p̄perā daret autoritatē: hic uinū dissimulat: ut Platoni p̄perā demat
 autoritatē. Porto ad hāc eandē sententiā illa accōmodata esse uident: quā Macrobius uir p̄-
 stātissimus in saturnalijs suis scripta reliq; his uerbis. Et Euāgelus agite anteq; surgendū nō
 bis sit: uino indulgeamus: qd̄ decreti Platonici autoritate faciemus: qui existimauit fomitē esse
 quēdam ignitabulū ingenij: uirtutisq; si mens: & corpus hoīs uino flagret. Tum Eustachi⁹: qd̄
 agis, inq; Euāgelus? An Platonē existimas haurienda passim uina suauisse? Et non magis inter
 minuta pocula iucundiorē: liberiorēq; inuitationē: quā fietet sub quibusdam q̄si arbitris: & magi
 stris cōuiuio: sobrijs nō improbasse? Et hoc est, qd̄ in primo, & secūdo de legibus: nō inutile
 uitis esse decernit. Nā & modicis: honestisq; inter bibendū remissionibus reuictegrariq; aīos
 ad instantiā sobrietatis officia existimauit: redditosq; sensim latiores: ad intētionē rursus ca-
 pessendas fieri habiliores. Hāc & plura alia ab eo autore egregio i hūc sensum cōscripta sunt:
 quā siq; latius haurire cupit: repetat secūdū de saturnalijs librū: ex quo fonte hāc pauca de-
 duximus. Sed qm̄, quā a Platone de musica rōne dicunt: iminus cōsuetudini nostrā ætatis con-
 sentanea esse uident: repetere parūper uetustē illius ætatis memoriā debemus: & hoīum illoje
 eruditionē cogitare: quā talis sane usu fuit: ut in eruditior habere: qui musicæ disciplinæ operā
 non dedisset. Plurimū itaq; studij ipendere illi solebāt fidibus: choris: numeris: & cōcentu: usq;
 musicæ instruebāt se morib⁹ moderatis: tranquillis, & placidis: & saltandi exercitio uires curabāt:
 corpora agilia: robustiora: aptioraq; reddēbāt: tum uero cōstantē: fortemq; aīum: quo uti in
 hostē: quando usus exigeret: possent eadē musicæ rōne sibi parabant: & tam tranquillitum citati
 nitebant. Nepe lacedæmonij autore Plutarcho tibia utebant cōcitoria: & modulis, q aīos
 auerent: ac ipetus facerent uehementiores. Quippe res gesta: uirosq; illustriū, qui pro Sparta, &
 patriæ suæ salute mortē obiuerant: eorūq; laudes canebant: aut cōtra conuitia eorū, qui p̄pter ti-
 miditatē uitam agere uoluisent: infelicē, & miserā. Vsum itaq; musicæ ad rem militariē accom-
 modabant: & ut aīum modo incēderent: modo sedarēt tibijs: ac fidiculis operā impendebant.
 Eodē etiam spectat Cariatas, de quo Lucian⁹ Syrius scribit. Genus id saltationis erat ex canis
 laconicæ terræ oppido a Castore, & Polluce delatū. Alteq; item genus, qd̄ supradiximus hor-
 num: apud eosdē lacedæmonios usui fuisse, idē Lucianus narrat. Homerus etiā pheaces saltan-
 tes: & planipedes facit. Thessali uero strenuos uiros: & in dimicādo p̄cipēs planipedes primos
 appellabāt: ita apud illos genus hoc exercitationis honestū: atq; in primis cōmodum habebat.
 Ad hāc cetera: cū modulis, & saltatione: Orpheo: Museoq; autoribus cōstituta sūt. Adde
 sacrificia: quæ Apollini nō sine musicæ: & saltationis amenitate in Delo isula fieri solebāt. In-
 dos quoq; prima luce: cū primum surresissent: saltando solē salutare solitos legimus: & athio-
 pes p̄liū ex saltatione cōficere. Romanos quoq; haud quāq; genus hoc eruditōis cōtempis-
 se memoriā: p̄ditū est. Salios enī sacerdotes Martisq; bello perat: ex nobilissimis familijs con-
 stituebant, q sacris choris, & saltatione: qua nomē sumpserūt: Deo marti sacrificia facerēt. Per-
 multa ex usu diuersaq; gentiū accipi possunt: quibus musicā in publica educatione: ciuiliq; erudi-
 tione usui fuisse manifestū est. Pythagoras uero Samius uir admirandæ sapiētiae: & uirtutis cul-
 tor eximius, quantū musicæ indulserit q̄s ignoret. Hic enī & in siamare: & rursus sedare: nō mo-
 do iuuenū: uerum etiam seniorum aīos musico artificio: & excogitauit, & docuit. Alexandrum
 etiā Macedonum regē: uatio modo ex Timothei tibia moueri solitū legimus: & tum impelli:
 prouocariq; ad armatum ad ocium: quietemq; reuocari. Quæ cum ita se habeant: non temere
 ueteres illi ad usum ciuilem adhibēdum hoc disciplinæ genus summa cū diligentia censuerunt.

Platonem nequaquā tyrannidem probassent aduersarius calumniatur.
 Regis imperium a Platone probari.
 Optimates labi in factiosos quorum imperium *δλιγαρχία* dicitur.
 Imperium in tyrannum lapsum ad regem artificio reuocari.
 Qualis esse debeat bonus artifex ciuitatis.
 Quid tyranni nomen significet.
 Quanto odio apud ueteres fuerit unius imperium.

Cur Plato unum principem uelit.
 Summū imperiū cum prudentia: modestiaq; conuinctū optimū reipublicæ statū constituere.
 Qualem tyrannum expetat Plato.
 Platonem recusasse cyrenensibus leges ferre.

Caput. x.

Enio nunc ad tyrannidis crimen: qd̄ Platoni aduersarius obiicit. Ex eo sane probatā
 a Platone tyrannidē conatur ostēdere: q̄ eam ciuitatē idoneam esse ad mutationē in
 optimū statum suscipiendā esse existimat: quæ sub tyrāno degere cōsueuit. Sed nullū
 hoc esse Platonis crimen optima ratione demonstratur: q̄ aduersarius pro sua con-
 suetudine, & uerba: & sententias oīs in malā accipit partem: culpatoq; eaque quo modo a Plato-
 ne dicta sint nescit. Plato qdem imperiū unius: atq; optimi uiri maxime p̄batidq; regnum uo-
 catiq; simulac deprauatū: uitiosumq; extiterit: tyrannidē esse arbitrat: hoc Aristoteli etiā pla-
 cet: nā, ut optimatū imperiū deprauatum in paucorū imperiū degenerat: qd̄ greci *δλιγαρχία*
 uocant: & ut reipu. status in populare statum mutet: sic regia potestas: cū ab officio suo discedit
 in tyrannidē labitur. Quod si repetendū: instituentium ue est laudatissimū illud genus imperā-
 di: quod regi tributius: nō ex populari statu: aut paucorū: aut optimatum repetendū: siue insti-
 tuendum est: sed potius ex ip̄o tyranni: ad hoc enim per errorem optimum illud imperiū col-
 lapsum erat: & quē admodum medici lapsum corporis temperamentum in calidiorē: frigidio-
 rem ue habitū: inde ad pristinā temperiem reuocāt: non ex paruitate: aut magnitudine: aut nu-
 mero: aut situ. Sic autor, qui ad bonā, ut ita dicam, ualitudinē ciuitatis respicit: non ex quolibet
 statu: quēlibet cōstituere: aut consentaneū: aut facile arbitrat: sed si optio detur: id accipere de-
 bet: qd̄ propinquius est. Ut si optimatū imperium cōstituere uelimus: ex paucis, penes quos re-
 rum potestas est: id faciendū sit: si regē ex tyranno. Quod quā Plato ita agendū statuit: ut p̄-
 tat: ex quo facile itelligi pōt: quantū aduersarius eaq; rerum, de quibus loquit peritiam habeat.
 Nihil enim interesse existimat undecunq; corruptiā: ac deprauatam ciuitatē corrigere: atq; emē-
 dare quis cōperit. Præterea tyrāni nomen nō modo eum significat, q̄ iniustū: atq; iniquum im-
 perū in subditos exercet: sed etiā eum, q̄ & si optime ip̄erati: tū omnia tribuit: & in sua unius
 potestate regē oīum arbitrium constituit: quē hoīes p̄corum temporū uehementer detestabā-
 tur: uel iniquitate tyranni alterius territi: uel cupidi libertatis: quā natura oēs expetunt: licet ple-
 riq; temere: & contra p̄p̄riam salutē eam aliq; querant. Itaq; magna ex parte populari ip̄eror:
 qd̄ greci *δημοκρατία* uocant: ciuitates illis t̄pibus regebant: rara optimatū potestas erat: nulla
 unius. Quod siq; se unū constituere principē nitebatur: quis bonus esset: tyrānus appellabatur:
 & odiū hoīum uitare non poterat: in solentia itaq; re: ea tēp̄tate non minus, q̄ uitio: isensum
 erat unius uiri imperiū: qd̄ quia tyrannidē noīe uocabat: Plato tyrannū requirit ueteri usu uni-
 cum principē ita appellans: quē admodum apud latinos quoq; hoc nomen in bonā partem fre-
 quentissime usurpat: ut apud Maronē de optimo rege dictū est: dextram tetigisse tyranni. Nā
 si nō plures: sed unus principatū obtinet: facile ei fuit addere: quæ optimo regi adhibēda cen-
 set. iam. n. bonā desiderij sui partē habet: si unū affecutus est principē: qui nō plures: sed unū in-
 tendit cōstituere. Quin etiā Plato cum suū instituentē ciuitatis genus: asperius esse itelligeret:
 q̄ ut facile ab hoīb⁹ ocio: uoluptatiq; deditis recipi posset unū desiderat: q̄ ceteris oībus uim
 etiā: si ita res exigat: possit inferre. Vnius. n. iussu: atq; autoritate cogi: emendariq; plures & cō-
 modius: & facilius possunt. Legumlatorē itaq; dicit interrogatū: quid nā aliunde nactus ope-
 ra sua adhibita recte ciuitatē conuictuere posset: ita respondisse. Detur mihi ciuitas sub tyrāno:
 sitq; tyrannus ipse iuuenis: ingeniosus: memoria ualens: fortis: sua natura magnificus. Talem. n.
 nō longo t̄p̄is intervallo egere ad morū publicorū, quā decreuerit: institutionē. Sed ipsum p̄-
 mum quo libuerit iter posse facere: siue ad uirtutis officia: seu cōtra hortari ciues statuerit: tū sua
 ipsum autoritate: qd̄ ceteris agendū sit decernere: partim laudando: quæ p̄bet: partim uitupan-
 do: quæ ip̄robet: & siq; minus optēperauerit: puniendo, quē admodum ipse iudicauerit: oportet
 re. Sic. n. ex tēplo fieri posse: ut ceteri ciues eū sequant: qui simul: & suadendi rationē: & cogen-
 di uim habeat. Nec uero existimandū posse cōtingere: ut ciuitas illa alioq; mores: legesq; suas
 facilius mutet: q̄ si apud huiusmodi tyrannū summus aliq; legūlator: & laude dignus extiterit:
 aut si ipse simul, & tyrānus sit: & prudentia: ac modestia p̄stet. Nō enī mala ciuitatis extingui pos-
 se iā dixit: nisi uel philosophus ip̄eretur: uel rex ingenue philosophet: in idēq; incidat facultas ciui-
 lis: & sciētia philosophādi. Quod cū usu uenerit: tum bona oībus supra, q̄ dici fas sit: posse cōtin-
 gere in libro de legib⁹ affirmat. Cūq; diuinus qdam amor uirtutis potentium aīs infulserit: uel
 principatu unij: uel diuitiarum excellētia: uel familia nobilitate: uel Nestoris: quem oēs suæ
 ætatis homines eloquentia superasse legimus: mira quadā facultate dicendū: tunc nimirum seli

ces fore ciuitates. At Nestorem illū belli troiani tēporibus uixisse, inquit: nostris nihil tale exti-
 - tisse: quod equidē sciam: affirmare possum. Siquis tamen aut futurus est: aut nunc ex nostro nu-
 - mero est: felix ipse: felices, qui orationē ex eius ore fluentem audiūt. Eademq; de reliquis oibus
 - uirtutibus ratio est: ut cum summa potestas: cū prudentia, & modestia coniuncta fuerit: tūc opti-
 - mæ reipū. status: & huiuscemodi legum ortus existat: alioquin id fieri nequeat. Tum ueterem
 - quādam tempū. sub forma, & specie fabulæ optimā narrat: cuius simulatione præsens fieri opti-
 - matum imperium dicit. In qua non hoies hominibus præerant, inquit, sed dii: quo modo nos
 - hoc tempore non boues præficimus bobus: aut capras caprarum principes cōstituiamus: sed cu-
 - ram armenti: & gregis damus hoibus: quod genus animalis est longe præstantius: Sic tempori-
 - bus illis dii: nullam esse hoium naturam rati: quæ res humanas ita gubernare: ac regere possent
 - ut nulla iniuria: aut uitio deprauaretur: non hoies: sed dæmones: genus certe magis diuinum, q̄
 - humanum: præficere ciuitatibus uoluerūt: qui & pro sua natura difficiliore: aspe-
 - uellent rerum gubernacula tenere: & humanum genus felix ueri. Quibus itaq; ciuitatibus nō
 - deus: sed mortalis aliquis dominaturus: nulla contingere potest labor: aut malorum requies.
 - Verum nos sequi uitam illam antiquā oportet: & huic, quod in nobis immortale est: obtempe-
 - rando, ciuitate publice, ac priuatim gubernare: legemq; appellare nostri consilii accōmodatam
 - dii distributionem. Quinto etiam de legib; libro cum de ciuitatū lustratione differeret: quā, ut
 - per commodam: sic uariā putat aliam, inquit, faciliore: & mitiorem esse aliam difficiliore: aspe-
 - rioremq; secundā hanc meliorem: ac commodiorem statuit: qualis ea est: quæ grauiora delicta
 - supplicio capitis: aut exilio plectit: & istam posse tyrannum inferre ait: qui idē, & dominus est:
 - & legumlator: legumlatorem aut sine tyrannide in cōstituenda noua repu. & faciendis legū
 - præceptis uix miti lustratione: qualis est in coloniam mittere: ad exterminandos malos mores
 - agere posse: quod hoc loco tyranni nomen significet: apertum iam est: nam & uirtute præditum
 - esse decemūt: & secum doctissimum aliquem uirtum habere: cuius consilio: præceptisq; utatur
 - quæ res manifeste declarat: non tyrannum illum a Platone probari: qui iniquā in subditos po-
 - testatem exercet: sed eum, qui se principē unum omnium moderatorem fecerit: qui bonis disci-
 - plinis incumbat: memoria: ingenio: studio p̄ditus singulari: sit præterea philosophiæ alumnus
 - bonoq; morum studiosus: fortis: liberalis: magnificus: cōtinens: prudens. Itaq; toti tātisq; uirtu-
 - tibus huic nomini adiunctis: profecto optimus ille princeps describit: quem regē dicimus: non
 - is: quē aduersarius intelligit uerboq; uim: & uariū linguæ usum ignorans. Hunc sibi tyrannum
 - Plato exigit: q̄ eū existimat optima rōne posse facilius iura dare populis: & deprauatos p̄ liber-
 - tatē: atq; opulentiam ciuū mores corrigere. Neq; n. fieri p̄t, ut hoies: qui uel suo consilio nō
 - eligunt: aguntq; quæ meliora sunt: uel recte cōsulentibus nō parent: aliter q̄ ui: & summa quadā
 - necessitate a prauis moribus discedere possint: quā melius: lōgeq; facilius unus princeps, q̄ plu-
 - res p̄t inferre. Nec uero si unus ille iuuenis aliqd uirtū in se habeat: idcirco Plato errare dicen-
 - dus est: quandoquidē unum potius, q̄ plures uirtuosos desiderat. facilius. n. unus, q̄ plures emen-
 - dari p̄t: & iam præceptorē ei adhibet summū aliquem uirtūq; eum erudiat: atq; instruat bonis
 - moribus, & literis: & dignū reddat regē: quem uerā felicitatem allatur: ciuitatibus pollicet. Sic
 - Plato de tyrāno locutus est: quē aduersarius cupidū iniquæ tyrannidis dicit: & leges quas scri-
 - psit huc tandē spectare. Atqui si cupidus tyrānidis Plato fuisse: tūc recusasset leges ferre cyrenē-
 - sibus tātopere ab eis rogatus: atq; impulsus: quod p̄difficile esse diceret illis iura dare. q̄ tanta rege
 - copia affluerent: & tam diuturna in uiuēdo licentia usi fuissent. Per multa sane adduci possent
 - q̄bus palā fieret Platonē non tyranno qualē aduersarius itelligit: sed regi hoc est optimo: & iu-
 - stissimo principi: omni opera: cura: & diligētia semp̄ fauisse. Sed obiurgator institutū suum se-
 - quitur diligētē: & quæ male iudicat: uituperat: p̄uertit: atq; cōtaminat. Equidē mirari satis nō
 - possum: q̄ hoc etiā loco non dixerit Platonē sese Deum appellasse: q̄ ille Deū ciuitatibus do-
 - minari oportere: & leges ferre tradiderat: aut regnū sibi poposcisse: cū malorum exitū non con-
 - tingere ciuitatibus: nō aliter posse scripserat: q̄ si philosophus: q̄lis ipse erat reipu. gubernacula
 - teneret. Iam quoq; eū, qui regiā potestatem dixerit tū armis: tum iustitia munitā eē oportere:
 - prauitatis arguere: crudelitatisq; p̄t: q̄ armis dixerit nō facultate dicendi: qua scilicet p̄suadere
 - melius esset: siue exteri aduentarēt: siue domestici res nouas molirent: aut aliqd profus contra
 - leges auderent: facile quisq; peruertere quælibet: & mentiri potest. Sed hoc, ut nefandum opti-
 - mus quisq; existimat: & nunq̄ ad id faciēdum inducitur: ita pessimus quisq;: quasi pulcherrimū
 - officium: & semper: & perlibenter exercet.

Iniuste criminari Platonem, q̄ suas tantum leges iuuentutem doceri uoluerit.
 Quomodo Plato uoluerit iuuenes literis erudiri.

Tardos ingenio ad eloquentiam aptos non esse.

Lyræ triennio uacandum esse.

Quo spectent Platonis leges.

Omnia bona legenda esse siue carmine scripta sint: siue soluta oratione: siue etiam illiterata uo-
 ce tradita.

Caput. xi.

Ergit deinde aduersarius: ac Platoni detrahit: q̄ leges dūtaxat suas doceri iuuentutē
 cæteris omnibus literis neglectis uoluerit. Sed utrum id recte: atq; ex usu reipu. dictū
 sit: uideamus, qui ius ciuile: quasi animū ciuitatis esse optima ratione censemus. Nam
 cum Plato septimo de legibus libro: quemadmodum literis erudiendi sint: pueri tra-
 ditū præcipit: tantum literarum pueri discant: tantumq; scientiæ: lyræ: aut solis: lunæ: reli-
 quorumq; syderum hauriant: quantum necesse sit ad rem militarem exercendam: ad rem fami-
 liarem tractandam: ad tempū. administrandam: literis itaq; triennio dandam operā censet: quo-
 usq; uidelicet legeret: ac scribere possint. Aptam uero, aut celerem ad scribendum manū: eos,
 qui ingenio tardiores sunt habere minime curat. Lyræ etiam trienio altero studere Poetarum
 scripta lyræ uacua quouis in genere uersuum: quoniā partim honeste: partim inhoneste: scædis
 fabularum figmentis: nec deoq; naturæ: de qua sæpe loquuntur: dignis composita sunt: iudiciū
 censoris exquirere: qui quantum utilitatis aliquid afferre possit: legi permittat: quantum uero
 obesse possit: prohibeat: ne teneræ iuuenum mentes scæda fabulæ: lectione deprauentur. Cōce-
 dit igitur, immo uero suadet ea lectitare: quæ recte ad cōparandam uirtutem scripta sunt: & le-
 gum suarum exemplar proponit: quod spectare debeant: qui alia sibi legenda eligāt: alia omit-
 tant. Legum autē eius iudiciū illud est: quo de religionē: de moribus: de eruditione ad usum
 ciuilem præcepit: quæ si recte præcepta sunt: recte etiam suas leges in primis doceri iuuenes uo-
 luit: nec est ullo pacto reprehendendus: q̄ sibi tantum tribuerit: dum quæ præcepit: & commoda:
 & iure laudanda iudicatur. Nā, quod aduersarius addit: ut cæteris literis neglectis legibus dū-
 taxat opera daretur aperta calumnia est. Enim uero Plato simul cum suis legibus: cætera quoq;
 bonarum literarum genera præceptoribus cōmendat: quæ a norma: ac ratione legum non dis-
 sonant: siue poetarum carmina sint: siue soluta oratione scribantur: siue etiā illiterata uoce profe-
 rantur. Censori, inquit, & custodi: & præceptorī nullum exemplū meo quidem iudicio cōmo-
 dius dare possum ad doctrinam iuuentutis: q̄ quæ legibus modo expositis continentur: & his si-
 milia sunt. En Plato, non sua sola: sed etiam his similia tradenda iuuentuti existimat. Quod si
 futūris auribus aduersarius est: ipse potius non Plato reprehendendus est. Audiat iterum, & itel-
 ligat si potest uerba Platonis rectius, q̄ sua sint a nobis latine it̄pretata. Siqua, inquit, poetæ
 carmina competuntur: aut alioq; autorum soluta oratione scripta: aut etiam illiterata uoce tra-
 dita: germana scilicet sermonum: rationumq; nostrarū: officium censoris sit prouidere: ne quo
 pacto ea omitantur: sed exhiberi iubeat: & præceptores bonarū literarum hortetur: cogatq; hæc
 cōmendare: & iuuenes quos erudiendos acceperint: doctrina eorum cōmoda: atq; honesta it̄-
 tuere. Plato ne igitur, an aduersari; peccat: qui Platonis uerba nequaquā itelligit: & quem itel-
 ligere nō potest: reprehendere conatur: & audet. Ille quidē non modo hortandos: uerū etiam
 cogendos præceptores existimat: ad cæterarum literarū præcepta tradenda: hic non nisi sua le-
 genda dixisse eum calumniatur: nec cum tam aperte ementitur: erubescit.

Inepte reprehendendi ab aduersario Platone m: q̄ scripserit mathematicis erudiendos esse: qui
 diuini esse uoluerint.

Naturam ducentem sequentibus nihil magis opitulari ad cognitionem diuinorum, q̄ mathema-
 ticas disciplinas.

A contratio ad contrarium uiam sine medio difficillimam esse.

Quales oporteat esse legum custodes.

De Arithmetice necessitate.

Caput. xii.

Imile etiam illud obiicit: q̄ Plato diuinos fore ait, qui mathematicis disciplinis recte
 instituti fuerint: itaq; summo studio: ac diligētia incubuerint. Deridet hæc aduersa-
 rius, & negasse Platonem dicit: attingere quēq; diuinitatē posse nisi unum: duo: tria:
 parem; atq; imparem numere nouerit: his dūtaxat omnem mathematicā rationem
 obiurgator describit: & proinde irridendū censet Platonē: q̄ neminem inter mortales sine his:
 dignum nomine Dei: uel genii: uel herois euadere posse arbitratus est. Sed quid Plato dixerit:
 uideamus. Cum oīs mathematicarū disciplinarū ratio quadrifariam diuidatur: in musicā u-

delicet arithmetica: geometria: astrologia: Postquam de musica satis quatenus ad civile usum pertinere uidebatur: dissemuit: Tres, inquit, disciplinae adhuc restant dignae homine libero: in quibus elaborandum usque ad summam multitudinem quidem non arbitror: sed paucis quibusdam de quibus postea dicam. Multitudini enim licet ex his quantum necessarium sit ignorare turpe est: tamē, ut diligenter cuncta inuestigetur fieri quidem potest. Primum igitur quam paucissimos ad earum disciplinarum perfectissimam scientiam hortatur: reliquos necessaria tantum: & quae ad civilem usum accommodata sint: capere iubet. Tum quanta sit in eius disciplinae perfecta: absolutaque cognitione utilitas: quaeque ad diuinum cultum: & summam felicitatem hominibus proficit: differens, paucis quibusdam explicatis: pleniorē expositionē in finem operis differt. Quippe in Epinomide: quem librum legibus additum supradiximus: latius disputat de his rebus: & nullam esse uiam commodiorem ad diuinarum rerum cognitionem fatetur, quam mathematicarum disciplinarum rationem: siquidem nulla adhuc aetati suae concessa diuinitus reuelatio erat: quod postea diuina pietas mortalibus induluit. Ducitur ipse duntaxat naturalis lucis ratione: diuinamque naturam pro uiribus explorans: nihil competere commodius potest ad illustrationem humani ingenii: quam mathematicas disciplinas: quae a materia abstrahentes diuinam perserere conditionem uidentur: & quasi gradus praebent: quibus animus ad res diuinas possit ascendere. Cum enim res diuinae immateriales sint: & sola mente percipi possint: naturales autem materiae profus cohaerent: & triplici dimensione contentae: ac locotempore: mutationibus omnibus subditae sentiu cognoscuntur. hinc rerum naturalium adminiculis diuinae intelligi posse non modo Plato: sed etiam omnes uetustiores: iunioresque philosophi negare non dubitarunt: sensus enim uisus: imaginatioque indagando mentem: atque intelligentiam hominis occupari existimant: fierique ne syncerius possit ad res immateriales aspirare. Mathematicis autem: quae in media natura constitutae: partim materiales: partim immateriales sunt: confidunt effici posse: ut mens quo tendit peruenire facilius possit. Quippe triangularem figuram: aut lineam: aut punctum contineri in materia necesse est: constat autem: mente abstrahi posse ad usum mathematicae rationis: sine ulla materiae praescriptione. Nec ad pedalem lineam Aristoteles, inquit, quae descripta est: sed ad eam, quam animo conceptam habemus respicientes: pedalem dicimus: quam fortassis tanta non sit. Sic discedere a materia per abstractionem assuescimus: & ad formam per se sine ulla materiali conditione considerandam ingenium exercemus: atque ita facilius ad res diuinas aptissimo medio: quasi uehiculo quodam penetrantes reducimur. Via enim de contrario in contrarium sine medio: non modo facilis: aut tuta non est: sed ne perfici quidem potest: seu diuinarum rerum cognitionem petamus: seu quoduis officium alicuius artis: aut ingenii pertractemus. Enim uero mathematicae res quasi imagines quaedam rerum uere intelligibilium esse uidentur: eo fere modo quo naturalium rerum imagines umbristae: aut aquis: aut speculis representari uidemus. Qui autem earum studiis incumbunt: non semper in huiusmodi imaginibus considerandis immorantur: sed tandem ad ea: quorum sunt imagines eriguntur. Itaque geometrae: & arithmetici positae figuris: & partibus imparibus uel numeris: reliquisque materia contentis incipiunt agere: demumque ad id quod tendunt considerandum deueniunt: nec insuper illis utuntur: quae uisus percipit: sed illa quorum haec similitudinem gerunt contemplantur: ipsam scilicet quadrangularem figuram: aut ipsam diametrum: non eam quam paulo ante descriperant. Sensum quippe paulatim sequestrant: & solo animi iudicio de his rebus agunt: quas intelligibiles mathematicas dicimus: quarum consuetudine iam dispositi ad res illas ueniunt uere substantes: propriaeque intelligibiles: hoc est substantiam illam omnino immaterialem: atque aeternam: cuius cognitio pietate affert: religionem: uirtutem: felicitatem perfectam: qua una: homo uere diuinus: ac Deus appellari potest. Quapropter perutilem Plato: & admodum necessariam libero homini mathematicarum disciplinarum cognitionem arbitratur: hortaturque ad earum studia iuuenes: ut felices: & quantum natura humana patitur diuini possint euadere. Verum paucis quibusdam ad haec studia uehementius incumbendum praecipit. Hi autem sunt custodes ciuitatis: & tutores: & praecipuos beneuolendi. Reliquis necessaria tantum statuit discenda: seruandaque esse. Etenim praecipuos legum custodes oportere, inquit, perfecte ueritatem cognoscere cum omnium rerum: tum uel maxime diuinarum: ut deos immortales esse: & quantum eorum potestas sit: quantum humano ingenio percipi potest: accommodatissimis uerbis: & honesta dicendi facultate possint explicare. Reliquis omnibus satis superque esse si credant: ac legum autoritatem: & famam sequantur. His enim necessaria tantum discenda esse septimo libro praecipit: & illa necessaria esse dicit: unde tritum illud prouerbum sumptum est: necessitati ne Deum quidem posse resistere. At qui diuinas quasdam esse necessitates arbitratur: quas si quis, inquit, nec intellexerit profus: nec exerceuerit: nunquam ita homines uel Deus: uel genius: uel haeros haberi poterit: quo suscipere curam: & negotium mortalium

talium comode ualeat. Longe igitur abest: ut homo diuinus effici possit: qui non unum: non duos: non tria: nec oino parē, aut iparem numerum norit: aut sciat enumerare: nec dies: ac noctes complecti numero possit: nullam habet lunae, & solis: & reliquorum syderum necessariam cognitionem. Sic Plato cognitionem: & usum numeri uulgarē: ad uitam civilem commodam: ac necessariam: leuiore quadam appellatione unius: duorum: trium: partem, atque iparis numeri significauit: quae ratio mercibus: & negotiatio nibus: & oino rei familiari tam accommodata est: ut sine ea negotium omne familiare necessario peat. Norunt hoc prudentes omnes patrefamilias: norunt periti mercatores: norunt denique uiri ciuiles: usque & experientia rege callidi: & ingenio ad agendum idonei. Quam commodam necessariamque sit in uita hominum cognitio eius rationis numero: quae uulgares utuntur: nemo ambigit: hanc uero designat Plato: cum sine peritia arithmetica effici ullum posse diuinum negat: consilio scilicet & prudentia rei familiaris gubernatrice: quam civilem partem diuinitatis licet appellari. Quo enim quisque eruditior: ac peritior est: eo plus diuinitatis attingit: & sicut quae in rebus contemplandis excellit: tanquam deus quidam inter homines ciuiles uersari putat: ita ciuilibus ipse peritus & prudens: cum iustico: peritiorque confertur: diuinus non iniuria dici potest. Hoc inquit genus arithmeticae Plato tradit: quod si aduersarius teneat: non tam turpiter in exponendis legibus Platonis erraret: ut nonaginta hominum partem duodecimam accipiendam esse affirmaret: ita. n. incepte: ut affollet: scribit. Centu octuaginta de omnibus censibus delignantur: quorum dimidia pars suffragio comprobetur: duodecima uero pars eius in menses distributa: alia post aliam custodiat. Eni quae diuidere, & multiplicare numerum scit aduersarius noster: quae duodecimam partem ex nonaginta accipi posse existimat: & Platonem reprehendit, quod peritia numeri pertinere ad homines diuinitatem: hoc est felicitatem noluerit. Hanc igitur tantam numerorum imperitiam Plato detestatur: hanc iacturam calamitatem, & perniciem rei familiaris: tum publice: tum priuate deuitans: operam uulgari numero impendi iubet: longaque a diuinitate abesse eum hominem dicit: qui ignoret rationem numeri ad usum civilem: summaque necessitate accommodati. Potest etiam ea Platonis sententia hoc modo intelligi: non ut quae numerorum peritus est: continuo sit diuinus: sed cum is diuinus sit, quae mathematicis disciplinis excellit: longe ille a diuinitate remotus sit: quae ne partem quidem necessariam: quae uitae usum continet: nouit: quae caret: ne homo quidem appellari mereat: sed belua potius, quam homo dicendus est: quae oino nescit numerare cum ipsa numerandi facultas praeteris aiantibus in primis homini tribui possit. Quippe solus homo: praeterita repetit: futura praespicit: unum ex pluribus colligit: unum in plura distinguit: partes dinumerat: respectus inuicem notat. Caetera aiantes duntaxat sensu mouent. Quapropter ita apud eundem autorem in Epinomide legimus. Nunquam aia eius aiantis uirtute capere integre potest cui ratio deest. Animal autem, quod duo, & tria ignorat: nec numerum: partem, aut imparē nouit: & oino numerandi ratione uacat: nunquam reddere poterit rationem earum rerum: quas sensu duntaxat, & memoria percipit. Ad haec artes omnes perire affirmat sublata numeri ratione, quam arithmetica dicimus. Vbi. n. haec ratio deest: tibi nec rationem ullam: nec uniuersationem esse posse existimat: quibus sublatis nullam posse uirtutem consistere: & subinde abesse felicitatem: diuinitatemque illam, quam beatis hominibus uirtutis merito tribuimus. Ita siue partem diuinitatis in usu rei familiaris: ciuilibusque negotio consumendam dicas: siue in rebus contemplatione omnem diuinitatis rationem consistere arbitris: haud peperam dixisse Plato uides: neminem imperitum, atque ignarum numeri posse esse diuinum. An haec exprobranda Platonem, & maledictis insectanda sunt: quod aduersarius facit? An potius digna laude, & prudentium omnium iudicio commendanda: legat, qui latius haec intelligere cupit septimum de legibus librum, & decimum: & Epinomidē totum: & quintum: sextum: ac septimum de reipublica: in his conperiet: de hac re pulcherrime scripta: & facile cum Platone sentiet: nullam esse uiam ad cognitionem rebus diuinis certiorē. Hic modus est inquit, haec disciplina: quae siue faciles: siue difficiles sunt: hac uia gradiendum est: & rursus. Animi oculus caeteris negotiis obcaecat, atque obtutus his tantum relucescit: & exercet: eum oculum dico: quem seruare accuratius, quam mille corporis oculos debemus. hoc. n. uno rege omnium ueritas cernit. Haec quae eo modo quo a me dicuntur acceperit: huc ego sapientissimum appello: & siue ioco: siue serio agam: semper id affirmabo: sed de his hactenus.

Confutatio aduersarii Platonem damnantis: quia peregrinos e ciuitate pellendos censuerit. Quo temperamento utatur Plato circa peregrinos. Concedit Plato peregrinis. xx. annorum habitationem in ciuitate, quam constituit. Peregrinos omni immunitate donandos Plato existimat. Talem uoluit Plato ciuitatem: qualem Romani Senatam.

Caput. xiii.

Vnc reliqua uideamus. Peregrinos e ciuitate pelli reprehendit: eamque legem incommodam esse ciuibus arbitrat. Laudat Alysiam: quae nocentes recepti numerum, & uires ciuium

augent. Platoni detrahit: quod hac lege de expellendis inquilinis: ciuitatem longe melius conseruari posse crediderit. Sed uetusta lex ista fuit: & apud lacedæmonios: qui ratione legum præstitisse putantur Lycurgo autore probata. Ita enim primus ille præcepit peregrinos hospitio prohibendos esse: ne ciues externis moribus inficerent: & per contagionem quorūlibet hoīum suā integritatē amitterent. Quam Plato nō prorsus secutus est Lycurgum: sed mitius hoc præcepit. Enim uero neminem peregrinum in ciuitatem recipi: neminem ciuem peregrinari: alterū ut inhumanum: atq; inhonestum: alterum, ut difficile repudiat: mediam autem quandam uiam constituit: ut ciues alio peragrarē interdum honestis de causis possint: & peregrini in urbem modo conuenienti recipi: ut duodecimo de legibus libro latius exponit. Frequentia autē illa peregrinorum commercia: & liberos congressus non temere suspectos habet. Nam cū tempus suam quemadmodum Lycurgus fecerat: non magnitudine populi: & copia pecuniarū potentem: sed uirtute præstantem instituat: & aurē argentū: reliquaq; huiusmodi uel artibus: uel pecuniis: uel fœnore quæri uetere cultum, & animi: & bonorum morū curam præcipue iubeat: nō sine iusta ratione exteros mores: & ignotorum hominum diuturniorem in ciuitate moram prohibuit. Solet enim, inquit, peregrinorum mora parere in ciuibus mores uarios: perfidos: inconstantes: prauos: peruersos: & alienigenæ societatis contagionibus inficere: quod hominibus optimarū legum alumnis: maximam solet afferre iacturam. Quemadmodum nos quoq; in sacris literis habemus: corrūpere bonos mores colloquia mala. Idcirco ex duobus summis legumlatoribus: alter peregrinorum contubernium omnino uetat: alter parce admodū: & caute cōcedit: incolas siquidem recipiendos censet opificesq; ciuitati utiles sint: sed ne ætatem illis constantibus peregrina prole urbem contaminent: familiarēq; suas propagare latius possint: certis pactioibus recipi eos iubet: hoc est: ut non diuturniorē, quam uiginti annorū moram in ciuitate liceat facere: quo tempore: & ipsi rebus suis consulere commode possint: & ciues fructū ex peregrinis capere: quem desiderant. Sed enim donat eos omni immunitate: nec a uestigialibus duntaxat: quæ aut asportantur: aut importantur eos absolutia quo apud alias gentes ne ciues quidem immunes esse cōsueuerunt: uerum etiā a solutione annui census: quo incolæ oēs tenentur: quæ res profecto causam præbet: ut peregrini libentius sese ad ciuitatem conferant. Ad hæc peractō iam habitandi tempore: permittit abeuntibus res omnis suas secum ferre: & si qui inter eos de rep. benemeriti sunt: uelintq; aut differre commigrationem: aut ius habitandi perpetuum impetrare: concedit id fieri posse: si ciuibus persuasum fuerit. Ex quo facile intelligi potest Platōnem non peregrinos: aut incolas uiros bonos ciuitate expellere: sed potius ad beneficia in temp. conferenda prouocare. Siquidem ius perpetuo habitandi concessum iis est: qui bene de rep. meriti fuerint. Cum cæteris uero satis humane actum uidetur: si termin⁹ abeundi ad uigesimum annum concessus sit: Interea enim quo se conferre debeant mature consulere: & quod statuerint: cōmodius agere possunt. Ita Plato: & peregrinos humanissime fouet: & suos pariter tuetur: nequit labis extrinsecus contrahere possint. Atqui aduersarius neminem ad eam urbem uenturum existimat: ex qua post uigesimum annum migrare oporteat: nec attendit immunitatem qua donantur: qui ueniunt: atq; usum artium: & quæstum ex quibuscunq; honestis operibus. Sic præterea licere peregrinis quemadmodum ciuibus: aut posse quenq; quantum sibi acquisierit secum portare cum abstant si bene egerit: posse quenq; manere: quæ res profecto inuitare omnes: atq; allicere ad colendam Platōnis urbem uidetur. Nihil ergo a Platōne iniquum præcipitur: nihil incōmodum: nihil turpe: ut aduersarius opponit: & detrahit. Immo uero honestissime: commodissimeq; ab eo agi uidetur: quando nihil a peregrinis exigit: præter uirtutem: quam si præstiterint: licebit eodem iure persui: quo ciues utuntur: Sin minus: opera pro iis quas ceperunt pecuniis: ad usum ciuium relinquentes abibunt. Sicq; ciues non pariam utilitatem a peregrinis capient: peregrini uero nihil de quo curandum sit: incommodi afferēt. Solent enim magna ex parte homines: qui uirtutem simulant: primo quoq; tempore modestius: & cautius uitam agere: Postea uero audere aliquid: quod tempus ne tutum prauitati hominū foret: prudenssime Plato prospexit: dum post uigesimum annum iussit incolas recensere: & moueri: eos: qui uirtutem minime exercuisse uiderentur. Ergo non a syla turbæ hominum sceletorum paranda sunt: non qualibet multitudo in ciuitatem recipienda: non peregrinorum colluies admittenda est: ut aduersarius censet: & Romanorum exemplo opinionem suā nititur confirmare: quasi id Romani: ut melius elegerint: non, ut postremum necessitatis remedium passim fuerint: nec intelligere potest eodem delectu ciuitatem a Platōne constitui: quo a Romanis Senatū. Itaq; ut illi non quemlibet in senatorio ordine recipiendum iudicant: ita hunc peregrinos quoscunq; suæ ciuitati inferere noluisse: ac miscere iis ciuibus: quos optimo

optimo eruditionis genere institutos satis complere numerum posse ciuitatis existimabat. Ad hoc loco aduersarius descriptionē factam tempore Octauii Cæsaris Augusti: cunctosq; ciuiū romanorum descriptionem fuisse: quippe, qui oēs romani imperii dicto audientes ciues romanos factos: & ab eam causam descriptos cōmemorat. Quod q̄ inepte dicatur: quis non uideat? Nemo certe ignorat descriptionem illam nō ciuium romanorū: sed subditorum oīum Romanii iperitū fuisse. Quid uero diuus Paul⁹ noster se ciuē romanū dicebat: cū a iudæis: & Felice illo uirgis cadebatur: si omnes, qui romano imperio subsunt: ciues romani dicuntur? Quid M. Tullius Archiam poetam romanum esse ciuem tot rationibus demonstrare nitēbatur: si græci omnes ciues erant romani? Legimus apud Suetonium tranquillū Octauū uix tandem eos ciuitate donasse: qui summa in temp. beneficia cōtulerant: multisq; aliis petētib; oīo id munus negasse. Ex quo quanta sit huius historici nostri peritia: facile percipi potest.

¶ Perperam damnari ab aduersario Platōnem super censuum existimatione.

Quid sit iustum inæquale secundum Aristotelem.

De duplici æquali eiusdem Aristotelis sententia.

Aequum in rerum inæqualium proportionem consistere.

Quæ inæqualitas sit causa discordiæ.

De pecuniis quid Plato sentiat.

Quod sit optimum patrimonium.

Disciplinas: & honesta certamina diuitiarum cupiditate destitui.

Cupiditatem errorum omnium causam esse.

Pecunias tertium in bonis locum tenere.

Lacedæmonios tum defecisse: cum spernere Lycurgi leges ceperunt.

Continentiam esse fontem fortitudinis.

Solonis uersus contra diuitias.

Cur Numa Pompilius fictilibus sacrificauerit.

M. Curii præclara sententia de diuitiis.

Aristotelis sententia de diuitiis.

Caput. xliii.

¶ O hæc sensus inæquales: quos Plato decernit: seditionis causam esse existimat: & autorē eius consilii maledictis incessit. quod si æquales probat: laudare profecto Platōnem debuit. genus enim reipublicæ: quod optimum ille arbitratur: nō modo inæquali censu consistit: uerū etiam in omnium rerum usu communi: ac pari. etenim Platō parem omnium esse rationem: & arithmetica quadam mediocritate constā æquari uehemēter optabat. Verum hoc maius esse: quam ut a præsentē hominum more: atq; institutione recipi posset existimare: geometricam ipse quoq; illam mediocritatem probauit, qua uetustiores omnes: iunioresq; uis autores fuerunt. Nam Aristoteles quoq; tertio politicorum libro iustum, inquit, esse uidetur: quod inæquale est: etenim ita est: sed non oībus: sed inæqualibus tantum. Quinto etiā uolumine eiusdē libri: cū eos reprehenderet, qui iustum: & quod p̄ proportionem æquale esset: probarent: nec id ipsum assequerentur: aberrare eos dicit ex ea re: quā sibi statuerunt: & in aliud reip. genus incidere. Dissident enim, inquit, omnino de æquali. Duplex autem æquale est: alterum numero: alterum dignitate. Numero æquale dico: quod multitudinea: aut magnitudine idem: æqualeq; est. dignitate autē, quod ratio. Verbi gratia, duo a tribus: & unum a duobus æquali numero exuperantur. dignitate autem æque excedunt quatuor duo: & hæc unum. Partes enim æq̄les hæc inter se sunt: cū utraq; dimidiū sit: altera quaternaria: altera binarii numeri. Eos igitur, qui iustum simpliciter consentunt: & de distribuendis pro dignitate facultatibus dissentunt: perperam agere dicit: & exitu rei palā fieri. Nullam enim ex his rebus publicis: quæ ita agunt: si firmam: constantemq; permanere posse affirmat. Quod idem a Platōne quoq; iam dictum fuisse manifestū est. Sexto namq; de legibus libro. Aequalia, inquit, inæqualibus distributa, nisi modum obtineant suam: inæqualia erunt: hinc reip. seditiones redundant. Vetusq; & uerum illud prouerbiū: æqualitatem amicos facere: recte admodū: atq; eleganter dictum est. Quæ uero sit ea æqualitas: quæ id facere possit: non satis constat. Ideoq; usu uenit: ut sepe fluctuantes erremus. Tum de duplici genere æqualitatis quod supra dictum fuit: pulcherrime: atq; commodissime docet: & iustum ciuile id esse cōfirmat: quod pro dignitate æq̄le iustūq; distribuitur: & eius exēplo cōdere ciuitatē: quā instituit: oportere. Ob hæc causam quinto etiā libro eiusdē operis cū de diuidēdis prædiis: & distribuendis pecuniis dixisset: & q̄ quisq; sibi sortitus esset partē agricæ: putare cōmunē iuberet cū uniuersa ciuitate haberet: ac

p. n. illi colore: & unū ex libris: quē uellet hāredē relinqueret: nec prādia aliquo mō uenūdatet
 atq; etiam fieri non posse differuisset: ut idem: & ditissimus sit: & optimus: omnemq; pecuniā
 curam tertio loco post animi: & corporis curam iis habendam addidisset: qui uita feliciter age
 re uellent: & aurē atq; argentū nemini licere priuatim possidere subiunxisset. Postremo opti
 mum inquit, esset. reliqua etiā omnia pari modo oēs habentes in coloniam proficisci: sed quo
 niam ita fieri nequit: neq; ut alii plura: alii pauciora possidentes. migrent: oportet. Ideo aequali
 tatis gratia necesse est cēsus fieri inaequales: ut magistratus: munera: distributiones: singuli quiq;
 nō solum pro uirtute sua: maiorumq; suorum: aut pro uiribus: & forma corporis digne assequan
 tur: sed etiā copiarum: aut paupertatis ratione: quā aequissime inaequali quidem: sed modico certe
 iudicio ius recipientes acquiescant. Nec uero ratione tantum Plato: & Aristoteles freti de hac
 iuris inaequali distributione: ita scripserunt: sed etiam exemplo: cū ceteras ciuitatū: tum maxime
 atheniēsiū: qui q̄dripartito distincti munera pro facultate cuiusq; partis uario modo obire so
 lebant: maiora locupletes dicti leuiora iugari: tum equitū ordo: postremo artū uulgarū pro
 fessores. Nec seditio unq; Athenis ea causa fuit: immo concordia: & congruentis ordinis ratio
 semper seruata est. Aequum enim quod seruari conuenit: non minus in proportione re: inae
 qualium, quam in quantitate aequalis: sicut supradictū est: consistit. His itaq; causis: quae non pa
 rum quieti: & tranquillitati reip. conducere posse uidentur: inaequales quidem census Plato in
 stituit: sed non sine termino quatenus plus, minus uel decernatur: & quo maxime aduersarius de
 cipitur: ut inaequalem censum simpliciter in cōmodum putet: id ne accidat: euitandū arbitrat.
 Neq; enim inaequale simpliciter est: quod discordia: ac seditionum causam praebet: sed quod
 pluris: aut paucioris modū excedit. In ciuitate inquit, quae morbo illo grauissimo uacat: quē
 discordiam: & seditionē nuncupamus: neq; summā inopiam: neq; summas opes: & copias esse
 oportet: utraq; enim discordiam pariunt. Itaq; Plato extrema uitat: & nequid uel per negligē
 tiam rei familiaris: uel per iniquā aestimationem fiat: quod in ciuitatem discordiā inducere pos
 sit, procurat: unde fit: ut inaequalitatis: & aequalitatis ratione cōmode habita cōsulat. Quāq; ad
 uersarius oēs auris: atq; argenti diuites magnificendos exclamet: & Platonē dicat humanas re
 rum ignas: diuitias prohibuisse. Atqui Plato quantū boni in sit in pecuniā: mediocritate: quā
 probat: tertio de legibus libro ostendit. In quacūq; inquit, hoīum societate: nec summa copiarum
 nec summa inopia comes est: in ea ferme mores aequissimi effici possunt. Neq; enim contume
 lia illic erit: neq; iniuria: neq; aemulatio: neq; inuidia. Quinto etiā libro ita ait. In possidendis
 pecuniis copia inimicitias: seditionesq; publicas: ac priuatim parit: inopia magna ex parte serui
 tatem. Liberōq; autē gratia nemo studere debet pecuniis: acquirēdis: ut. s. hāredes quam ditis
 simos relinquat. hoc enim: neq; illis: neq; patriā cōmodum est. Inueni enim patrimonium: si lu
 xu uacant: id modo non careant necessariis: oīum patrimonio: q̄ accōmodatissima: laudatissi
 maq; habēda sunt. Et rursus mediocritatē ciues amare debent: paupertatēq; existimare: non cū
 patrimonium minuerint: sed cū auerint cupiditatē. Salutis reip. optimū initium est: ipsa re: me
 diocritas: super eaq; quasi super fundamento firmissimo aedificandū est: curandūq; non tam: ut
 maxima: opulentissimaq; ciuitas sit: auris: atq; argenti possessione: q̄ ut felicissima: & uirtute or
 namentis celeberrima. Octauo etiā libro causam quare exercitationes: & reliquae rationes
 certandi negligantur in primis diuitiis: assiduū studium esse scribit: quod hoīem occupat: fa
 citq; ne praediorum suorum cultum procuret. Qui enim toto animo a diuitiis pendent: nullā rē
 nisi afferat quāstum: exercent: omnemq; studiū suum: oēm diligentiam: atq; industriā eo conuert
 unt: cetera negligunt: contēnant: ac pro nihilo habent: nullamq; est tam fordidū opus: & tur
 pe: quod in explebili auris: atq; argenti cupiditate: non libens aggrediat: quo tandē diues fieri
 facultatēq; assequi possit: oīa tam bona, quā mala pro animi sui libidine agendi. Nono item li
 bro omniū inquit, per iniuriam errorum: quos ultro quispiā cōmiserit causa est cupiditas: quae
 animū exuperat: & uariis agit atq; desideris: quod tunc fieri maxime solet: cū homines pecunia
 tum desiderio tenentur: & copiarū libidine inflāmati: explere auiditatem nequeunt: quadam
 naturae: atq; institutionis suae prauitate. Causam autem prauae institutionis diuitiarū laudes de
 derūt: quae publica existimatione: & autoritate tam apud graecos: quā apud barbaros celebra
 tur. Cū enim id primum in bono: enumeratione consistunt: quod tertio loco ponēdū esset:
 rem tū sibi, quam posteris permissiofam instituant. Per multa Plato de hac re non modo in li
 bris de legibus: sed etiā de rep. & reliquis suis sermonibus diuinitus ppe. disseruit: grata hoībus:
 qui uirtutis studiosi sunt: illis inuisa: qui uirtuti diuitias anteponunt. Nec Plato duntaxat: ue
 rum etiam Xenophon lumen alterum Socraticae scholae: & Lycurgus ille grauissimus legum
 lator id senserūt simul, ac praeeperunt. Quippe Lycurgus lege: sanxit ne cui liceret aurum: aut
 argentum: aut aliquid tale possidere: Xenophon uero temp. lacedaemoniorum exponens
 hanc

hanc legem cōmēdat his uerbis: Quin etiā haec Lycurgo diuerso, q̄ a ceteris graecis modo
 constituta iura sunt. Cū enim in ceteris ciuitatibus oēs pecuniis comparandis pro uiribus stu
 deant: ipse spartanis liberis oīo prohibuit nequis sibi pecuniā acquireret. Quae autem ad libera
 lem usum pertinent: ea tantum in officio habenda decreuit. Post haec causam malorū: quae spart
 te acciderant: eam reddidit: quod leges Lycurgi minime seruantur. Noui inquit, lacedaemo
 nios prius domestica tenuitate cōtentos uiuere uoluisse: potius q̄ peregrinis delitiis deprauari.
 Mox uero, qui ante formidare solebant: nequid auri possidere uiderentur eos gloriari opibus:
 atq; diuitiis uideo. Post haec fructū: quem contra leges: ex auro ceperint: adiungit. Ergo inquit,
 graeci oēs prius temporibus Lacedaemonē confugientes obsecrare cōsueuerant: ut se ducerēt
 in eos, a quibus iniuriam recepissent. Nunc uero pleriq; potius mouentur ad prohibendū: ne
 iterum imperiū lacedaemoni obtineant. Plutarchus quoq; insignis historicus. Lycurgi uitam
 scribens ita inquit, Resp. lacedaemonio: q̄ uniuersae graeciae praestitit bonis legibus: & autoritate
 annis fere quingentis: q̄ diu. f. Lycurgi leges seruat: sunt. has nullus e regibus: quos quatuor de
 cim a Lycurgo ad Agim Archidami filiū fuisse constat: negligi passus est. Regnante autē Agi
 de lapsus primū in ciuitatem est: numus: & cū eo cupiditas: & opulentiae aemulatio: urbē introie
 runt: autore Lyfandro, qui tamen si pecunia ipse capi non potuit: tamen patriā uertit in studia di
 uitiarum: & luxum: atq; illecebras. Haec Plutarchus refert: & in quantā perniciē auris: atq; argē
 ti gratia Spartani inciderint: subiungit. Lycurgū etiam scribit a ciuibus suis interrogatū: quo
 modo obistere hostibus possent: respondisse, si pauperes sitis: nec inter uos uicissim: ut alius
 alio ditior euadat: deceretis, facile omnem hostilē imperiū propellere: ac propulsare poteritis.
 Sic ille fortitudinis fontē esse inopiam: & cōtinentiā existimauit: quā usque adeo aduersarius
 detestatur: ut lasciuia: & luxū: quae ex opulentia oriri solent: plane probare uideatur. Qui enī
 mediocritatem: quae Plato opes definit: ne uia uitis aperiat: sequendam non censet: certe
 diuitias probare uideatur: quae ea uitia pariunt: quae Plato prohibere conatur. Solon quoq; athe
 niensium legumlator: diuitiarū uitium lepidissimis uerbis declarauit.
 Nullus opum finis miseris mortalibus extat. Et rufus.
 Saepe malus diues, saepe est paupertima uirtus:
 Ast ego uirtutem praefero diuitiis.
 Illa uiget semper, florensque: & uiuida durat:
 Has fortuna suo datque capite modo.
 Quid Numā Pompiliū memorē: quo nemo praestantior uir: nemo disciplinae ciuillis peritor
 fuit? Hic usque adeo diuitias cōtemplit: ut omnē sumptū, magnificentiam: omnēq; lasciuā ciui
 tate exterminās a diis primū inceperit: nec argētis: aut aureis uasis: sed fictilibus res sacras fieri
 iusserit. Merito igit talis perinceps quādiu regnauit, annos scilicet tres: & q̄draginta, pacē: tran
 quillitatēq; oīum reip. populo Ro. seruauit. Quo tēpore urbs Roma non opibus: sed uirtute
 amplificata, totius orbis principatū obtinuit. Mox uero eo defuncto diuitiae simul: & bella ur
 bem inuasere. Atq; aduersarius: nōne propter diuitias, inquit, Roma amplificata est: & omnib;
 nationibus imperauit? Cui non ego: sed Plutarchus respondeat in ultima parte eius libri: quē
 de uita: & moribus Numae Pompilii edidit. Longius inquit, sermonē producat oportet: qui
 respondere uelit hoībus: qui bonū diuitiis, lasciuia: & imperio determināt: potius, quā salute
 pacem uirtutibus, & usu reip. quem uirtus necessario suppeditat. Quid uir doctissimus Plutarchus
 senserit manifeste indicat: & prauam eorū sententiam refellit: qui Platonē damnant: quod suos
 hoīes ditari: lasciuie: & studio quaestus inuicem cōtendere noluerit. An satis ab eo responsum
 aduersario sit: uelstrū sit iudicium. Ego uero illam. M. Curi sententiam: summi apud romanos
 ciuis omni hoīum memoria dignam existimo: qui cū Samnites magnū ei auri pondus attolis
 sent: repudiavit: nec habere aurum praclarum sibi uideti dixit: sed iis, qui aurū haberent: impera
 re. Sed quid ais o Marce Curi? Quo modo imperare auge habētibus potest: qui auro caret? Di
 uitem esse oportet: qui ceteris studet imperare. Ita sane stultorū: & auarorum iudicio: sed sentē
 tia hoīs mentem sanam habentis non ita est: neq; enim diuitiis hostes uincantur: sed uirtute:
 quae debilitari potius, q̄ augeri diuitiis solet. Non auro, argenteo: ue mucrone opus est: sed fer
 reo: non mercenarium quaerere militem debemus: quē grandi pecunia conductū nobis dūm
 constituamus: eiq; turpius: q̄ hosti seruiamus: sed nos ipsi ciues: & principes esse: & milites. Non
 cōmeatus magno emi pretio oportet: nam si in gerendo bello uirtute praestantiores sumus:
 cōmeatus nobis illi abūde suppeditabūt: quo: q̄ agere iuaferimus: nec solū cōmeatus: sed etiā pe
 cunias eorū nō facere poterim: cauēdū tū: neq; supra necessitatē capiam. Copia enī diuitiarū
 facit: ut hi mācipia ducatur: quo: diuitias aduersarius magnificat: & admittatur: haec certe. M.
 Curius ad obiecta respōdet: Aduersarius uero illinc traxisse hūc errorē uidet: q̄ epulas istru
 m iii

• iantius: domos ædificari magnificentius: uestes parari decentius ex ampliori pecunia perspexerit. Vnde hoc idem arbitratur in re militari effici posse: ut qui ditiores sunt: hi uictoriam adipisci facilius ualeant: perinde quasi existimare uideatur non peritiores medicos posse ægrotum periculo eximere: sed ditiores: nec philosophū oportere esse, qui de rerum natura egregie disserat: sed locupletē. At non ita esse Aristoteles quoque ostendit: cū primo politicorū libro: ita de diuitiis: & re familiari loquitur. Genus, inquit, possidendi unū naturale est rei familiaris pars: quod: aut præesse oportet: aut adhiberi studio curæ ipsius rei familiaris: ut pecuniæ tantū adsit: quantum ad usum necessariū: & cōmodum sit pro ciuitatis: aut familiæ societate: & in hoc consistere ueræ diuitiæ uidentur. Etenim eius possessionis necessitas ad bonorū hoīum uitam im-
• mensa nō est: pecuniæ uero illius exitū nullū esse fatetur: nec naturalē quidē eam esse: cū alterat
• quæ desiderii satisfaciatis necessariis: & naturalis: & laudabilis sit. Quippe nihil a natura uel im-
• perfectū: uel frustra sit. Sic Aristoteles: Plato: Lycurgus: Xenophon: Solon: Plutarchus: & reli-
• qui sapientissimi uiri de hac re in eandem sententiam locuti sunt: quibus aduersari: & contradi-
• cere obiurgator noster conatur.

¶ Falsum esse, quod aduersarius scribit ideo græcos periisse, quia Platonis usi sint legibus. Circulum quendam esse rerum humanarum.

Vt singulorum hominum: ita etiam nationum certam ætatem esse.

Caput. xv.

h Aec ubi de uita: & moribus: & legibus Platonis blatterator effudit: addit græcos Platonis legibus usos fuisse: ideoque miseros periisse. Ac proinde latinos admonet: ne his legibus utantur: quod si secus faciant: perituros testatur: & peccato nefario hoīes pios: & sanctissimā dei ecclesiam scēdat: quod profanum maritū congressum usurpauerit.

At enim græcos amisisse imperiū: quod multis annorum curriculis tenuerant: fateor, sed non ideo quidem, quod Platonis legibus usi essent. eadē enim illi iura: quæ ceteri christianæ reip. hoīes coluere. Verum quia natura rerum ita fert: ut nihil ortū sit: quod non aliquando occidat. Quapropter non temere dici solet, circulū esse usum rerū humanarū sese uoluentem: & quos modo habebat superiores: inferius deducentem: & contra: qui inferiores erant: tollentem superius. Tenuerunt quidem aliquando græci principatū, nec exiguo temporis spacio dñi fuerunt. Sed fieri non poterat: quin ipsi quoque legi naturæ obsequerentur: & fortunæ uicissitudini subiecti forent: ne semper felices: fortunatique durarent. Quod si aliquando euenire necesse erat: miserandi sunt: post quā perierunt: non uituperandi. Sic assyriorū imperiū perit: sic medorū: persarū: macedonū: atheniensium: lacedæmoniorū: romanorū: quos Platonis legibus usos esse ne aduersarius quidem dicere auderet. Enim uero: ut singulorū hoīum: ita nationū quoque certa ætas est: qua cōsumpta uniuersa gens perireo modo, quo Plato: aut Theophrastus: aut quibus mortaliū senectute extinguitur: sic illi perierunt: quibus hic obiicit nefandū coitum pueros: & latinos hoc ipso scelere turcorum mancipia futuros uociferat: non ob leges Platonis. Nā quod ad eas quidē attinet: si quæ in illis præcipiantur: uel græci: uel quicūque antehac perierunt: seruari sent: ut clues iugi concordia uixissent: ut suos amassent: ut hostes odissent: ut omne studiū: laborē: atque industriam ad unā patriæ salutē: & libertatē: & gloriā conuertissent: nec mercenariis: peregrinisque militibus usi fuissent: sed ipsi rem militari exercuissent: postremo studia literarū: & liberales artes: quibus olim græci excelluerunt: colissent, neglexissent diuitias: & tenuiorē uitā secuti essent: si hæc inquit: quæ & Plato præcepit: & omnes, qui unquam clarere: seruarunt: græci hoīes: & alii obseruassent: nequaquam perire potuissent. Ita non modo propter Platonis leges græci nō perierunt: sed seruari etiā potuissent: si eas legum consilio quatenus diuinis legibus nostris conueniunt: remp. administrassent.

¶ Aduersarii magnam esse inconstantiam, quod Platonem uituperet, quē aliquando summis laudibus extulerit.

Caput. xvi.

c Aeterū hæc pro Platone exposuisse satis sit: longe quidē pauciora: quæ eius uiri diuina sapientia: & uirtus: & ingenium exigere uideantur. Superest, ut aduersariū ipsum parumper audiamus: laudantem Platonis doctrinam: & mores: & ingenium: præferentemque eum ceteris oībus clarissimis uiris: quos unquam antea secula tulerūt: ut ipsius etiam uerbis deprehendatur: iniquus: prauus: peruersusque sit: cū uirtutes Platonis, quas alias prædicauit: & quanto potuit studio: atque ingenio extollere conatus est: nunc neget: & scelera fingens uituperet: maledictusque: & contumeliosus insectetur. Hic iussu Nicolai quinti pontificis maximi, uiri doctrinæ: & sanctitatis uitæ singularis: Platonis leges interpretatus: & ad eum uerborum præfationem scribens: quot Platonem laudibus extulerit: quo studio eruditionem eius: sum-
mamque

• namque doctrinam: cognitionem omnium rerum: sanctitatem morum: uitæ integritatem: diui-
• nam pene legum inuentionem: ac inauditam sapientiam profecutus sit: ipsius uerbis: quamuis
• inepta sunt: quæso parumper uideamus. Insiisti, inquit, beatissime pater: ut libros Platonis de
• legibus de græca lingua in latinam uerterem: tum quia res ipsa uel a maioribus nostris digna
• semper principe iudicata est: tum quia sanctitas tua Platonem tanquam philosophorum patriæ
• principi: unde philosophia recte propagata est plurimū: atque plurimū afficitur: Parui mandatis
• tuis: remque arduam: ac nemini præscorum attentatam suscepi. Qua quidem in translatione adeo
• sum admiratus uel ingenium: uel doctrinam: uel potius diuinitatem illius hoīs: ut rem præ stu-
• pore uerbis exprimere nequeam. Nam quod a sanctitate tua memini audisse a præclaris quibus-
• dam theologiæ magistris: cum in comparisonem disciplinæ ciuiliæ Aristotelicæ: atque Platonice
• incidissent: scriptum esse: huic quidem uitæ hoīum Aristotelicæ: innocentia uero: si homo
• lapsus peccando nō esset: platonice magis conuenire: id certe in his libris: quasi per integre-
• ta quædam: & ænigmata cernitur: ænigmata dixi: immo uero sic aperte nonnulla quadrant: ut
• liberari a turbationibus totū humanū genus posse legibus suis sperare uideatur. Nō enī male
• facta magis punit: quā motus ipsos. nulla ira: nulla cupiditate moueri oportere sancit: si quis pecu-
• nio solum dare oportere liberis operam censet. Id aut uel hac luce clarius eidē illi est: quod in
• nonnullis ecclesiæ doctoribus legitur: si homo lapsus non esset: cum inferior ratio nullo modo
• superiori repugnaret: conuenirent quidē masculus: & femina: ut procrearent: sed non ita lon-
• gis temporibus conuenirent: quippe cum ita multos nasci opus non esset: sed electos tantū mo-
• do, qui cæcos adimplerent: quod ipse quoque somniasse uidetur. Nam quamuis decennio: ut di-
• ximus statuit: dandam liberis operam esse: magistratibus tamen permittit: si qui forte non pro-
• creauerint: aut si procreari obierint: ut ad longius tempus conuenire cōiugatis indulgeant: pro-
• creatorūque numerum sufficere ait: cum masculus: & femina unus: & una e coningio nati sunt.
• Ita non tam multos, quā bonos: & quasi ab hac uitæ diuina colluuiē seperatos ciues habere studet:
• quæ oīa nō magis crediderim: quod uulgo fertur: a iudæis illum institutum fuisse: quam diui-
• nitus illi ad futurorum hoīum utilitatem donata. Et paulo post. Sic ergo duos præfates hoīes
• diuersos profectos: Platonem, atque Aristotelem ex diuina providentia hoībus eodem
• pene tempore missos cōtenderim: quorum alteri naturæ secreta: & quæcūque huic hoīum statū
• conueniant insudasse uidentur: alteri spem iniecit posse ciuitatem legibus suis ad sublimiorem
• uitam: quā hæc sit: reduci: atque ab aliis separati: mētes certe gentiū diuinitas: & quasi per somnia
• uaticinando ad suscipiendam euangelicam doctrinam præparasse Plato uideatur: quippe qui sic
• ad separatam illam uitam: atque diuinā oēs leges accommodat: ut si hoīum illius temporis mo-
• res: atque uitam traducere præcepta penitus urbis: multo minus cōsequenter dici certe uideant.
• Nam quæ de cælo: stellisque tanquam de diis dicit cōsuetudini tēporis: moribusque illius seculi seruis
• se ipsum crediderim: uel forsitan, quia Deus nihil perfectum ab humano ingenio posse gigni
• tam per multos, quā maxime per hunc ostendere uoluit: cum nemo sit: qui nihil errauerit: præter
• eos, qui spiritu diuino compulsi diuina scripserunt: unde scripta quoque sua: non suam: sed diui-
• nam scripturam appellamus: quodque tanta ei autoritas apud oēs: quodque ad oēs gentes: quæ li-
• teris utatur: adeo late Platonis nomen diffusum est: ut nulla uis hoīem præsertim priuati: atque
• pauperem: cuius scripta linguam adhuc alienam ignorat: præter diuinam, ad tantam nominis
• gloriā perducere potuisse uideatur. Huius ergo tanti uiri tanquam diuini: libros de legibus: qui-
• bus nihil melius edidit: in suis tuis magis parentes: quā nobis confidentes traducere aggressi:
• orationibus tuis: atque felicitate adiuti absolui: tibi: offerimus. Post hæc Platonē Deum
• appellat: & grauissimarū sententiarū autorem primariū esse iudicat: nec digne rem tantam con-
• uertere se posse in latinū sermonē fatetur: atque hæc addit. Plato autem sic grauitatē in his ma-
• xime libris: suauitatemque in unum conduxit: ut arduū sit iudicare: utrum grauior: an iucundior
• oratio sit. Quin etiam in altera præfatione: quam ad uirū doctissimū Nicolaum cardinalem
• cū sensum misit in interpretatione sermonis Platonici: qui Parmenides inscribitur: hæc de Plato-
• ne testatur. Est autem liber sic: & altitudine rerū profundus: & argumentorū crebritate refertus:
• ut facile hinc Platonis ingenium: & naturæ acumen: & disserendi in utranque partē mirabilis facul-
• tas illuceat: breuitasque dicendi tanta: ut nil breuius dici possit. Sic Platonem homo iste: quem
• paulo ante doctissimū: quem eloquentissimū: quæ uita: & moribus præstantissimū: quem inge-
• nio: & prudentia singularem: quæ legulatore egregiū: quæ denique uere diuinū dixerat: & sum-
• mis laudibus extulerat: admittat: quæ fuerat: nunc indoctū: improbū: ineptū: dementē fuisse dicit: &
• iurgiosū: contumeliosū: insequē. Nū igit iterum mutatus est Plato: & ex laudato uiro, factus illaudatus?
• An potius aduersariū ubique sui similis: hoc est iconstans: uariūque est? Et Platonē modo laudat: modo
m iiii

nituperat: nec unquam sibi uel reuel uerbo cōsentit. Nam, & librum: quem, ut supradiximus Nicolao quinto pontifici maximo nuper dicauerat: nō longe post Frācisco Barbaro patritio Veneto misit: & Venetorum nomini dedicaturū se pollicitus est. Atqui uir doctissimus Frācisus Barbarus his uerbis illi responderet. Tibi gratias ago, qui docuisti patres nostros non solū usū rerum humanarum: sed Platonis quoque consilio usos esse secundum deum ad iaciendum fundamenta: quæ tantam laudem: atque amplitudinē cū belli: & pacis artibus essent habitura: & paulo post. Vnde cum ciuitas nostra nullum fere magistratū habere potuerit: aut gloria clarior: aut autoritate grauiore: aut humanitate politior: quam Platonem: mihi gaudeo ex memoria uetustatis: te interprete tandem erutam esse antiquam nobilitatem quatuordecim legum nostrarū: quarum utilitas: & si satis ex diuturnitate: concordia: & tranquillitate status per se laudatur: tamen ex hoc etiam autore tantam dignitatē, & autoritatem habent: ut non minus, quā cretenses Minoe: quam athenienses Solone: quam lacedæmonii Lycurgo conditoribus legū suarum: sic nos, si deo placet: Platone uestro gloriemur. Cæterum te hortor: ut si tibi licet: & integrum est cū præfatiuncula: quæ digna sit autore: & magnitudine rei inscribas nobis leges istas Platonis uestri: & ego illas ita disseminabo apud ciues nostros: ut aliquādo nō mediocre fructum sis consecuturus laborum tuorum. Hæc Barbarus. Aduersarius uero rursus hunc librū altera præfatione Venetis dicat: rursus leges Platonis cōmendat: & admiratur: & laudat: atque libros istos cæteris eiusdem autoris operibus præfere fatetur: quāto Venetorum resp. cæteris: quæ unquam fuerunt rebus publicis antecellit: & si quis Platonis leges considerat: quibus reip. suam liberam: ac perpetuam fore confidit: facile intelligi posse Venetorū leges: perinde ac scintillas: aut titulos quosdam inde prouenire. Etenim quod ille optimum reip. statum esse disseruit: qui ex hac triplici regis: & optimatum: & populi potestate constat: hoc plane Venetis actum intelligi posse: illum præterea custodes legum statuisse: Venetos aduocatos fecisse: illū suffragiis agi comitia iussisse: Venetos hoc idem seruasse. Per multa quoque alia eodem modo: quo Platonis iura decernūt apud Venetos in usu esse. Tum his uerbis easdem Platonis leges defendit, & laudat. Nā ea: quæ de perpetuitate ciuitatis Plato scripsit: quis multis etiā ante reip. Venetam seculis: & postea, quam initium cepit: parumper doctus non intellexit? Quis autē intellexit: qui non probauit? Fabulæ tamen, figmenta quoque: ac omnino impossibilia hæc uidebatur. Cur ita? Quia cum cupiditates nostræ alium alio rapiant: dum imperare gliscimus: parere nequimus. Vnde nec periculum quidem huiusmodi statuendæ ciuitatis factum unquam antea fuit. Recte præter cæteras laudes, quas Platoni aduersarius tribuit: hanc addit: neminem esse etiam mediocriter eruditum: qui Platonis præcepta non intellexerit: nec intellexisse quēquā: qui non idem probarit: Quod si nemo intellexit: quin probarit: etiam ipsius iudicio reprehensoris: profecto, qui non intellexit: probare non potest. At ipse nunc probare non potest: ergo minime ipsum intelligere manifestum est. Ita sit: ut nō minus sibi ipsi, quam Platoni aduersarius repugnet: & quod nos ei opponimus: idem sibi ipse deducat ignorantie argumentum. Quid uero præterea ad Ducem Venetum scribit? Ciuem se Venetum facit: & per multis se beneficiis a Venetis: Senatu honestatū dicit. Quapropter nihil commodius: nihil aptius: nihil dignius habuisse: quod reip. redderet bene de se merenti: quam Platonis leges & græco in latinum conuersas. Ita sit, inquit, ut reip. in qua natus sum, educatus quoque: & tibi per quem ipso nino nunc feliciter gubernat: hoc opere gratias referat: & me si Platonis diuinā eloquentiā assecutus in traducendo non sum: sub autoritatis tuæ defensione delitescere patiaris. Ergo per belle tu quidem gratias habes: & refers gratiā Venetis: a quibus per multa te beneficia fateris accepisse. Leges enim Platonis pro eorū erga te meritis reddis. In quibus quicquid unquam flagitii fuit: quicquid libidinis: quicquid luxuriæ: quicquid iniuriæ: impietatis: demētiae: prauitatis: cōtineri: lōgo sermone conatus es ostendere. Tali ne munere homines bene de te meritos donandos esse censuisti: tales ne gratias habendas esse amicis: aut tali præmio eos, qui in te benefici fuerant remunerandos: aut talibus præceptis cohortandos ad uirtutem homines existimasti? An talis est resp. Venetorum, quā tu Platonis reip. simillimam esse confirmas? Probāt ne leges Venetæ dirum: atque nefandum mariū concubitu: quē tu pbari a Platone uociferaris? Tu ne in ea reip. natus: educatus: eruditus quoque es, ubi ea scelera exercētur: quæ Platonis legibus sanciti affirmas? Donas Venetis leges: quibus græcos perisse commemoras? Proponis liberis eorum ad uitā: ac morum eruditionem instituta Platonis: quæ tua quidem sententia nihil aliud docent: quam uino ingurgitari: & profanare se xum: naturam quoque peruertere. Quin potius si huiusmodi leges apud eos uideres: tollere e rerum natura: & uel igni absumere: uel digitis lacere: uel in profundum delicere: uel alio quouis modo absumere: ac labefactare debebas: ut nec audiri possent: nec uideri: nec in hominum conspectum profecti: ne ciues sanctissimi: & de te optime meriti: earum præceptis aios cōtaminarent.

Tu uero

Tu uero cōtra illas literas abditas græcis summo studio latinis referasti: & incognitas Venetis reuocandas in usum: colendas quoque ab his: atque obseruandas tradidisti. Scilicet hoc illud erat: quod te nihil cōmodius: nihil aptius: nihil dignius reddere posse ei reip. fatebaris: in qua natus: educatus: institutus quoque es. Quid quæso aliud dici de hoc hoīe potest: nisi summum illum interpretandi laborem ea causa suscepisse: ut scelera iuuentutem doceret: bonos mores peruerteret: uirtutem exterminaret: si modo credendū iis: quæ obicere Platoni conatur: quæ si uel tum: quæ praui iudicabat: pro bonis dedisset: ut Venetorum reip. cōtaminaret: uel nūc quæ optima: atque sanctissima esse cognoscit: dānat, & ut pro pessimis habeantur: conatur efficere: quid ad tātam hominis improbitatem potest accedere? Talis hic Platonis aduersarius est: quē laudauit: uirtutem: quem probauit: improbat: quē sequendum: imitandum: mandandum quoque proposuit: eundem detestandum: eiciendum: exterminandum scribit: tanta est eius inconstantia: tāta peruersitas. Ad hæc Platonem non satis sibi constare: sed repugnantia loqui audeat dicere: qui tam aperte inconstans est: & sibi ubique contrarius. Indignatur etiam siquādo homines assentatores: inconstantes: dicit: factis quoque instabiles Plato reprehendit: quasi ad officium pertineat: nunquā in eadem sententiā permanere. Sed cum satis iam, & rationibus: & doctissimorum uirorum autoritate crimina ab aduersario in Platonem obiecta diluta sint: quarto quoque uolumini finem imponamus.

BESSARIONIS CARDINALIS NICENI, ET PATRIARCHAE CONSTANTINOPOLITANI TRANSLATIONIS LEGVM PLATONIS EXAMINATIO, ET ERRORVM EIVS DECLARATIO LIBER QVINTVS.

Prooemium, in quo pollicetur autor se ex infinitis pene erroribus: quos aduersarius in libris legum Platonis interpretandis commisit: se quosdam magis insignes notaturus. Caput. I.

OST HAEC VT MANIFESTIVS ELVCESCAT: QVANTA sit peritia huius hominis: qui se Platonis, atque Aristotelis summorum philosophorum iudicē facere: & uter eorū in philosophia, atque altioribus disciplinis magis excelluerit: statim nō ueretur: interpretationem legum Platonis: quā cum semel, atque iterum edidisse supra memorauimus: perscrutemur: in qua eo diligentiorē fuisse aduersarium existimandū est: quo opus suum primo. R. o. ponit. rursus senatui Veneto dedicauit: cum præfatum multū interesset: recte ne, an perperam conuersæ leges edātur: Ex quarum fonte, & uita: & mores hominum: & oīno felicitas omnis emanat. Sed quanto summo studio: & diligentia fuerit assecutus: operæ pretiū est uidere. Quo sicut paulo ante dixi: apertius fiat quanta sit in eo homine peritia eorum reip. quāto iudicium suscepit: & reprehendere eas dāna reuolueret: temere disquirendo præsumpsit. Exponam autē non omnes eius errores. Longū enim id admodum esset: cū nullus sit locus: qui uacet errore: sed carptim ea duntaxat colligam: quæ uel quilibet interpretes intelligere facile potuissent: & sine tanta labe conscribere. Ex his periculi facillime poterit: quod in grauiori uel sententiæ: uel elocutionis genere deficere huius interpretis ingenium oportuerit: quandoquidē in locis adeo facilibus labitur: errat: ac: & turpiter ab eo, quem interpretatur autore recedit. Sed nemini quæso molestum sit: si placibus iterum uerbis explicauero: quod Plato breui oratione complexus est. Ita enī me facere oportet: quo error interpretis conspici facilius possit: tum re: qua de agitur cognitatū ut uerborum, & forma orationis: ac autoris dignitate perspecta. Initium uero a primo capiemus libro: & secundum uoluminum ordinē procedemus: aperientes, quæ maxime interpretis peritiā demonstrēt. Quāquā difficilium futurum est iudicare: quid omittendum, quod quid accipiendum nobis sit: ita nihil sine iusta reprehensione potest præteriri.

Reprehensio: & emendatio unius, & quadraginta errorum aduersarii, quos in primi libri interpretatione maximos commisit. Præclara Platonis sententia, quæ in reip. bonis legibus potius reconciliandi sint mali, quæ seculi feriendi. Bellum pacis gratia fieri: pacem per se ipsam experiri, atque optari. Fortitudinem non modo aduersis: sed etiam secundis rebus resistere. Cum maiori dedecore uinci, qui a uoluptate superatur, quæ qui a dolore.

Caput. II.

& quasi ceteros effici. Interpres. Quae faciunt, inquit, ut ira de honestorum numero esse uideat. O rem plane ridicula: ita, ne seipsum quidem quid dicat intelligit: nedum Platonem. Quis enim mentis compos uoluptate effici putet: ut ira honestetur: quae longe turpior cum libidine: quam sine libidine habenda est. Plato fortitudinem aduersus uoluptates quoque, & dolores obfistere certum esse confirmat: & tum uiros singulos: tum ciuitatem uniuersam a se ipsa uinciatque, ut qui dolore uita qui uoluptate succumbit esse ignauium: magisque eum, qui uoluptate superatur cum de decore uinci, quam qui dolore opprimatur: quanto scilicet saedius: ac detestabilius uitiam est: uoluptas quam dolor. *οὐδὲ πον ὁ δίδω, καὶ ὁ ποδὶ κὰς ἰομοιότης, ἡ δὲ πῶν ἀποφύγει ἰσχυροῦς τὴν ἡμέραν, πρὸς τὰ ἀφ' ἑαυτῶν μόνον ἀπὸ τῆς ἑαυτοῦ σφαιρῆς, πρὸς δὲ τὰ ἐξ ἑαυτοῦ καὶ ἀπὸ τῆς ἀδυναμίας τοῦ σφαιρῆς. Quā obrem nequaquam, inquit, ita existimandum est: ut Iouis ille: & alter Apollinis autor fortitudinem claudicare i legibus suis uoluerint: ut rebus sinistris: hoc est tristibus occurreret. Dextris autem, & blandis: ac laetis deficeret. Quibus uerbis apertissime declaratur fortitudinem imperfectam: & quasi claudam: intradi a Minoe: atque Lycurgo: si eius officium in metu tantum: doloremque constituent: nec uoluptati quoque eiusdem uirtutis studio resistendum existimetur: cum optima ratione constet: ad fortitudinis officium pertinere: non modo timori, ac dolori: uerum etiam uoluptati obfistere. Interpres uero quo modo rem tam facilem: claramque intellexerit: uos qui legitis ex illius uerbis iudicate. Iouialis ergo, inquit, Pythiusque: legumatores bilem nequa solū aduersis resistat. Secundis uero, atque iucundis: ac assentatiunculis nullo pacto fortitudinem esse sanxerūt, an qua utrisque? Ita hic biliosum ex claudo fecit, qui non modo interpretari Platonem: sed etiam reprehendere audeat. Sed unde tandem persuasus: claudicationem in bilem conuerterit: operae pretium est audire. Bilem, quā medicorum nostrae aetatis scholae cholerae uocant: graeci appellāt *χολή*: atque breui primam syllabam scribunt: ut cuius etiam imperito: palam sit eam literā breuem esse: non longam: eodem nomine etiam claudam adiectiuo uocabulo nominant: sed o producta: ea scilicet litera: quae ultima alphabeti est: longeque a breui diuersa: cum breui ipsa geminata figuretur hoc modo *ω*. Cum itaque Plato uirtutem *χολή*: hoc est laesam, & claudicantem nominat, & scripserit: Interpres noster pro clauda bilem dixit: & postea reprehendit: ac uituperare audeat Platonem. Tum illis Platonis assentientibus: idemque a suis autoribus actum dicentibus: ut fortitudo utroque spectans tradita eorum legibus haberetur. *Πλάτωνος ἡ δὲ πῶν ἀποφύγει ἰσχυροῦς τὴν ἡμέραν, πρὸς τὰ ἀφ' ἑαυτῶν μόνον ἀπὸ τῆς ἑαυτοῦ σφαιρῆς, πρὸς δὲ τὰ ἐξ ἑαυτοῦ καὶ ἀπὸ τῆς ἀδυναμίας τοῦ σφαιρῆς. Exponantur, inquit, officia: quae in uestra repu. degustandum aliquid uoluptatis: non omnino uitandum aperiunt. Sicut ne dolores quidem uitam: sed in medias eas duci iubetur: ut homines partim ut impellantur: partim praemiis inuitentur ad superandum laboris incommo- dum. Quae Platonis uerba eo tendunt: ut consuetudo ea exercitandi ratione capi debeat: quae rem uitandam nisi degustando experiant: spernere: ac superare non possit. Fit enim, ut quam ratione cōtempserit: eandem impulsu propensioris naturae nequeas uincere, cum primum coeperit experiri. Re itaque uoluptatem experiri: sed caute iubet: atque ita assuescere eam contemneri: & facile desyderium eius tolerare: quae ne desyderium quidem adesse dicendum est: ubi cupiditas deest. Plato igitur haec scribens: quo modo spernendis uoluptatibus assuescendum sit: docet. Interpres autem modum ipsum assuescendi, in quo uis tota: ratioque consistit: omisit: & exponatur, inquit, quae nam studia: exercitationesque uestris ciuitatibus sunt: quibus non, ut fugiant: sed, ut superet uoluptates compellantur. Sic plura illa Platonis: & necessaria ratione dicta in hac pauca peruertens hic scribit: & quasi compelli tantum: non etiam persuasus ratione agere quispiam possit: relinquit eam partem: qua Plato praemiis persuaderi: inuitantque ad laboris incommoda toleranda existimat. Post haec dicatur, inquit, Plato: quid est, quod uos, tum ad dolores: tum ad uoluptates fortes faciat. *οὐδὲ μὲν ἡ γὰρ μόνον τῶν ἰσχυρῶν ἰσχυρῶν, καὶ χαλεπῶν τῶν ἀφ' ἑαυτοῦ μόνον ἀπὸ τῆς ἑαυτοῦ σφαιρῆς, πρὸς δὲ τὰ ἐξ ἑαυτοῦ καὶ ἀπὸ τῆς ἀδυναμίας τοῦ σφαιρῆς. Interpres dolores: & uoluptates, de quibus agitur: & quos hostes propinquos Plato appellat, omisit. Graues autē, & proximios hostes duntaxat in quaestione constituit: quasi id quaeretur: quid esset, quod hostem uicinum superaret: non quid uoluptatem, aut dolorem. Tum cretensis ille, & lacedaemonius non aequae abundare sese exemplis de uoluptate: & de dolore fatentur. Mox Plato se excusante, *αὐτὸς φησὶ τὸν ἀφ' ἑαυτοῦ μόνον ἀπὸ τῆς ἑαυτοῦ σφαιρῆς, πρὸς δὲ τὰ ἐξ ἑαυτοῦ καὶ ἀπὸ τῆς ἀδυναμίας τοῦ σφαιρῆς. Siquis, inquit, nostrum domesticis reliquorum leges reprehendit: cum quid ueritatque optimi sit: reperire uelit: non moleste: sed aequo animo alter alterius pati debet reprehensionem. Interpres ultimam partem: qua sic fieri oportere affirmatur: quasi dubiam affert: & ueluti problema quoddam a Platone propositum. Moleste ne, inquit, an aequo animo seretis? Idque ita ingeniose facit: ut ne suae quidem interrogationi reddat conueniens****

responsum: sed quod apud Platonem apte ad assertionem illam afferatur: recte ais: inapte hic suae coniungat interrogationi: in stat ceterorum illorum: qui cum de nomine uerbis suae interrogarentur: *καὶ ἡ ἀποφύγει ἰσχυροῦς τὴν ἡμέραν, πρὸς τὰ ἀφ' ἑαυτοῦ μόνον ἀπὸ τῆς ἑαυτοῦ σφαιρῆς, πρὸς δὲ τὰ ἐξ ἑαυτοῦ καὶ ἀπὸ τῆς ἀδυναμίας τοῦ σφαιρῆς. Probe tu dicis atheniēsis amice. Ad haec Plato. *εἰ μὴ τοὺς ἑαυτοῦ μόνον ἀπὸ τῆς ἑαυτοῦ σφαιρῆς, πρὸς δὲ τὰ ἐξ ἑαυτοῦ καὶ ἀπὸ τῆς ἀδυναμίας τοῦ σφαιρῆς. Recte ne, igitur an non: quispiam reprehendat Laconum: aut Cretensium tempore alia inquirēdi ratio est. Interpres. Sed uerum Laconum: quis, aut Cretensium leges reprehendere possit? alia quaestio est: omisit recte ne, an non? quod uim omnem continet rationis: non enim utrū reprehendere aliquis possit: quaeritur: cum clarum sit: quēlibet reprehendere posse etiam imperitum: sicut Interpres ipse Platonem reprehendit. Sed recte ne id facere possit: quaerere consentaneum est: quod Interpres omisit. Hinc Plato sententiam illam probat legum Cretensis, & Laconicae, reip. quae nemini liceat coram iuuenibus ea reprehendere: quae cuncta recte se habere ab ea aetate existimari oportet. Scribis autem permissum sit: de huiusmodi rebus cum aequalibus agere: non liuore aliquo: sed studio: & beniuolentia erga tempore. Vobis igitur, inquit, a legumatore sancitum est: solis omnium mortalium: tam graecorum, quam barbarorum: quorum notitiam habemus: summis abstinere uoluptatibus: atque solatiis: nec degustare quidem rem tantam permissum est: *καὶ τὸν ἀφ' ἑαυτοῦ μόνον ἀπὸ τῆς ἑαυτοῦ σφαιρῆς, πρὸς δὲ τὰ ἐξ ἑαυτοῦ καὶ ἀπὸ τῆς ἀδυναμίας τοῦ σφαιρῆς. Doloris autem timorisque rationem, quod modo exposuimus: huiusmodi esse ille quoque existimauit: si quis eam a pueritia omnino euitauerit: cum aliquando uel in necessariis laboribus: uel in metu: aut dolore constitutus fuerit: fugiat homines: qui in his exercitati sunt: & seruire illis patitur. Interpres ad dolores autem, atque timores: ut modo tetigimur: dux est: putauit enim exercitatos in istis ita effugere posse: ut eis non seruiant. Ducem dicit fuisse: legumatorum ad dolores: & dux sit, quae Plato non ducem dixit: sed duxisse: hoc est existimasse. quae ad modum enim apud Latinos: ita etiam apud graecos uerbum hoc ambiguum est: & ut saepe alias: ita hoc loco interpres: uerbi aequiuocatione labitur in errorem: & ducem interpretatur: pro eo, qui existimauit. Illud uero desydero: & cur omissum sit quaero. Siquis eam a pueritia omnino euitauerit: cum aliquando uel in necessariis laboribus: uel in metu, & dolore constitutus fuerit: Id enim totum praeterit interpres: quod tamen necessarium est. Quibus uero seruiant tandem, quae dolores nequeant tolerare, Plato hostibus exercitatis in labore: ac dolore tolerando dicit. Interpres exercitatos in istis: uti enim uerbis eius necesse est: effugere posse: ut eis non seruiant, scribit. Plato in exercitatis praer ignauia fugere exercitatos homines asserit. Interpres exercitatos ita in doloribus effugere posse: ut eis non seruiant. Quam recte itaque Platonem intellexerit Platonis reprehensor facile est iudicare. Item Plato *καὶ τὸν ἀφ' ἑαυτοῦ μόνον ἀπὸ τῆς ἑαυτοῦ σφαιρῆς, πρὸς δὲ τὰ ἐξ ἑαυτοῦ καὶ ἀπὸ τῆς ἀδυναμίας τοῦ σφαιρῆς. Hospes lacedaemonie, inquit, haec quidem omnia laudanda sunt: ubi aliquis tolerandi animus inest. At uero ubi laxatus est animus: mitem molliorem reddunt: atque effeminat. Interpres laudabilia haec omnia sunt o amice lacedaemonie: ubi abstinentia quaedam est: ubi autem omnino permittuntur: mollescunt. Item Plato explicare uolens uictoriam belli non esse uirtutis documentum: cum plerique etiam improbi uincere aliquando potuerint *καὶ τὸν ἀφ' ἑαυτοῦ μόνον ἀπὸ τῆς ἑαυτοῦ σφαιρῆς, πρὸς δὲ τὰ ἐξ ἑαυτοῦ καὶ ἀπὸ τῆς ἀδυναμίας τοῦ σφαιρῆς. Noni, inquit, uir egregie ita dicere: per multi enim fugarunt: aut fugati sunt non iustis de causis: idque saepe usu eueniet. Quam obrem nihil certi hinc statui potest de uita, & moribus: quando uictoriae consistit: uel nulla ratio certa est. Interpres. Noli haec dicere o amice. nam cum multi iam fugauerint: fugatique sint: de quibus haec causa nec cogitari poterit: haec id saepius: ambiguum plecto: non certum id argumentum de uita sumemus: si uictoriam, offensionemque belli accidere hinc putauerimus. Item cum Plato iudicium cūctarum nationum pluri fieri debere: quae duarum cum quibus agebat: explicare uellet: praefertim, inquit, cum infinitae pene nationes in cōtrouersiam: tum uestris duabus ueniunt ciuitatibus: & contradicendo pertinacius pugnēt. Interpres uestris omisit: quod ciuitates, siue nationes: cum quibus agitur declarat. Alter enim eorum, qui cum Platone disputabant: cretensis fuerit: supra dictū est: Gnofo ciuitate. Alter Lacedaemonius Spartae oriundus: quas Plato proculdubio signat: cum dicit: uestris. Et tamen interpres: quasi nihil id ad rem pertineret, omisit. Praefertim, inquit, cum mille gentes de hac ipsa re dubitantes: duabus cum ciuitatibus cōtendant: ex quo sequi manifestum est: ut cum quibus ciuitatibus caeterae nationes cōtendant: intelligi minime possit. Post haec Plato *καὶ τὸν ἀφ' ἑαυτοῦ μόνον ἀπὸ τῆς ἑαυτοῦ σφαιρῆς, πρὸς δὲ τὰ ἐξ ἑαυτοῦ καὶ ἀπὸ τῆς ἀδυναμίας τοῦ σφαιρῆς. Siquis captarum cultum: & genus id animantis habendū: ac possi-******

dendum probet. Interpres siquis caprarum lactanimalq; ipsam:quasi bonum laudet. Notari hinc facile potest:quanta sit eruditio interpretis:cultum, & curam in alendo:ac possidendo gregelac iterpretatur:& animal,quod in possidendo comodum esse probetur:laudari,quasi bonum dicit:inepte sane:ut non minus offendere aures:q; percipi intelligentia no posse uideat, *τοφόν*, quæ & alimentum:& educationem in hominibus significat:in aliis uero animantibus cultum hic pro alimento accepit:& lac pro cultu dixit. Rursus Plato constituendum aliquem censet *ηφαιστα και σοφον αφροντα*. Sapientem, & sobrium: qui temulentis hominibus præsit, & imperet. Interpres pro sobrio uigilantē dixit:quasi meli' iapiusq; ebrietati opponeretur uigilantia, q; sobrietas. Item Plato necessariam esse iuuenum ingenuā educationē iudicio existimans: quia effici boni ciues non possint nisi liberi ex qb; sunt ciues, bene instituuntur *η ελλας δω*. *η δω φησι και εις ταυτων και αυθουντων τι μεγα τις παλαι διδουσι*. Sin rogas, inquit, quid omnino magni:eruditio iuuenum bene institutorum afferat. Interpres uero si uniuersaliter de discipuli na quid magni ciuitatibus afferat: interrogati fuerimus:plurimi numero protulit:interrogati: emendans scilicet Platonem:qui se respondere, Cliniam autem, siue Megillum interrogate statuerat: ut præteream omisisse eum mentionem facere iuuenum: de quibus tota ratio consistit.

Item Plato uini usum moderari musica ratione optime posse existimans *η ηρωτα φησι αυ των διαρθωσις, αυ η δω διαθεσι αυ του μουσικης δροβ τωτος*. Temulentia, inquit, castigatio nunq apte sine musica norma afferri poterit. Interpres computationis autem naturalis gubernatio: nunquam sine musica regula recte fiet. Item Plato de uinolentia nerba facturuse: quoniam pleraq; ex musica ratione ad eum locum accommodari posse animaduerterat:ueniam precatur. si forte prolixiori oratione usus fuerit: cum præsertim alter eorum: cum quibus loquebatur, cretēs:lacedæmonius alter foret: uterq; breuitati sermonis more patrio studēs. Quibus uerbis subdit Megillus agere eum debere: quo magis libeat modo:& causam huius rei affert: q; familia sua hospes sit reip. atheniensium:& ipse atheniensium sit amicus: & defensor eorum: aduersus omnes, q; atheniensium nomen carere uellent *δ ειναι φησι αθηναϊ, ουκ ειναι τωος ο τι του γαρον ομω η ειση, της πο*. *λωος αυσε ο μωη προφειος*. Hospes, inquit, atheniensis tu fortasse nescius es: familiam nostrā hospitem esse reip. uestræ. Interpres. ignoras, inquit, atheniensis amice: quia Vesta nostra ciuitatis uestræ causa fuit. Quam recte hic, & græcam: & latinā linguam callet? Familiaritatē enim qua quispiam publice deinctus sit: causam reip. nominat. Proximi enim quo nomine Plato usus est familiaritatem quandam, atq; hospitium significat alieni ciuis cum populo. Nam, ut *ει* *λιασ* græci amicitiam inter ciues eiusdem patriæ uocant: hospitiū uero *ξενιασ*: hoc est amicitiam inter ciues diuersa ortos patriæ: sic *προφειος* eum nominant: qui ciuis cuiuscunq; urbis consuetudine deinctus est honestis de causis cū rep. aliena. At uero Interpres noster causam atheniatum fuisse dicit: Vestam lacedæmonii illius. Quænam obsecro te, Vesta hæc est? Nam eā, quam religiose olim Romani coluerunt: accipi hoc loco posse non uideo: quicquid tamē sit: certe ut atheniensium ciuitas sit: causa esse nō potest. Nihil enim tale lacedæmonii præferunt.

Paulo post in eundem etiam incidit errorem: cum enim Plato diceret *ταυτη μω ειω και πασι γησ* *και οιη, η παιδων αειδυσωσιν ο τι παιδοεισ πολλωσ προφειοι*. Forsitan omnibus adulescentibus idem accidit: cum audiant se hospites alicuius ciuitatis esse. Interpres: quod forsitan oibus adulescentibus accidit cum audiant patriam suam ciuitatis cuiusdam causam fuisse, addidit ipse patriam: ut Platonem corrigeret:& *προφειοι*: id est hospitem in causam traduxit. Tum Megillus idem apud Platonem. Audiebam, inquit, a pueritia lacedæmonios quoties aliquid uel succenserent atheniensibus: uel laudi darent: ita diceret: *η ελλας ο μωη δω μεγα με εφασκεν αυ η καλωσ, η καλωσ ερι εη*.

Vestra Megille urbs nobis hoc malit: aut boni fecit. Interpres nam cū audirem æquales accusari atheniēses a lacedæmoniiis: q; nō recte ciuitatē nostrā tractassent. Clinias etiā ille cretēs atheniēsem hortat ad dicendū: nō dētenquæ uelit, & amicitia: ipse quoq; suos ciuiū cum atheniensibus cōmemorat: atq; Epimenidē cretensem, aliquando atheniensibus utilem fuisse dicit: *η τι μεγα εησ φησι, γαρον αυ ηρ εθιος, οσ η μεγα εικησ. ελλας δε προ των προδικωσ εγω ε τωσ προ τωσ παρ ο μωσ και τα τω του θεου μαρτειασ, θυσιωσ τε ε θυσει γη τωσ, οσ ο θε οσ απηλι και δη, και φεβου* *μωη τω προδικωσ εθιωσ και εθλωσ, εθπωσ ο τι εθωσ με ε τωσ ουχ η φουσσι ε τωσ ελλωσσι, ε τωσ μαγασισ* *τωσ, προφειοι εσ αυ διν, οσ η λωσ τωσ*. Epimenides, inquit, ciuis noster atq; ex familia nostra uir fuit diuinus, annis decem ante Persicum bellum ad uos Dei oraculo profectus: sacrificia quædā diuino iussu periegit. Quo tempore cum metu Persicæ classis percussis atheniensibus forent: prædixit Persas non nisi decennio post uenturos: & postq; uenissent: rebus quas sperassent infectis discessuros. Interpres prædixit decennio illos nequaquā cessuros. Quod plane contrarium est uerbis illius, ille ante decennium nō uenturos Persas prædixit: hic nequaquā cessuros interpretatus est. Cuius erroris causam hanc fuisse existimo: quod græcum uocabulum *η εσ* si per u. literam

scribitur uenire significat. Si uero per a diphthongum: cedere: Itaq; uir doctus, & reprehensor Platonis uerbi similitudine lapsus est in errorem. Item Clinias cretensis maiores nostri, inq; facti uobis sunt hospites: id eod; mihi, & parentibus meis beniuolentia uobiscum intercessit. Interpres tunc maiores nostri Athenas reliquerūt. Non parum sane hoc erroris est: ut Clinias homo cretensis maiores suos Athenas reliquisse dicat. Ille quidem Epimenidem, & alios cretēs hospitatōs aliquando Athenas narrat: Hic quoniam atheniensis aduentate perfarum exercitū: deserta urbe sese in naues receperunt: cretenses dicit urbem reliquisse: & uerbum illud græcum *ξενιασ* existimari esse alienari: cum hospitari, & de uincī consuetudine hoc loco aperte significet. Item Plato definiendam primum esse eruditionē censet: & quænam eius facultas sit: quærendum. Cui sententiæ hæc subdit per eam enim eundem huic nostræ, quā instituumus disputationi censemus. Interpres per eam namq; illi eundem est de quo modo diximus. Item Plato cum oportere unūquenq; id a pueritia exercere oportet siue agriculturæ: siue fabrilis: aut cuius arti studēdum est: & sacramenta, atq; instrumenta patua effigies quasdam ueræ: atq; integræ speciei teneris adhuc annis adhibenda sunt: ab eo, qui instruendi curam susceperit. Interpres, aut quædam agriculturæ instrumenta fabricare: quæ quis inutilia sunt ad imitationem tamen utilium: uerorumq; instrumentorum: non parum conferunt: hoc quāuis non inelegatè dictum latine uideatur: multum tamen a sensu recedit auctoris. Rursus Plato de eruditione inueniunt *καφολωσσι οη ταυ δειασ* *ληγομεσ φησι, τω δω ηρωτωσ τωσ η φησ παρ ζωτος τωσ λυγησ, εσ δω ταυ οη μεγα ταυ εση η οη, εθωσ γωμωσ, οσ οη αυ τωσ τε λωσ εηωσ τωσ τοσ προφειοσ οση τωσ*. Caput, inquit, eruditiōis statuimus: rectam educandi rationem: quæ pueri adhuc, & ludentiū animum: ad eius rei amorē præcipue trahat: quæ uirilem ætatem adeptum sua uirtute perfectum facere possit. Interpres: caput autem doctrinæ infantium alimentum est: quod ludentiū animum ad expectandū illud adducet: quo in uirili ætate ipsos uti decreuimus. Quid istud alimentum sit: quod uim tantam habeat: ut hominem uirtute præstantem efficiat: non uideo: præsertim infantium: ut interpres dicit alimentum: quod lac est. Nam quid addiderit hoc loco: quid dempsit non est opus quaerre. Merito reprehendere uidetur Platonem Interpres quando omnia mutans: sapientius: ornatiusq; cuncta exponit: & quoniam *ζωσ* apud græcos, & eruditionem animi, & alimētum significat corporis: alimētum maluit, q; eruditionē dicere: ignorauit enī alterā significationē ita huic loco cōuenire: ut altera sit penit' absurda. Ad hæc Plato de affectibus: rōneq; animi differens: *δει οη τη καλωσσ αζηγη τη του εθμου εη μαμπαεησ, α η ε η λογισμωσ καλωσ με εη τωσ, προφειοσ, η οη σιαιου, απωτα η απωτωσ αυ τωσ τωσ αζηγησ*. Pulcherrimo igitur, inquit, legis instituto opitulandum est rationi: ut affectus uidelicet uincere ualeat. Cum enim ratio ipsa bona quidē: sed mitis: ac minime uiolenta sit: subministratis officium desiderat. Interpres: oportet igitur optimā legis ductionem sequi. Nam cum ratio cinatio bona sit: mitis etiam, & non uiolenta: ductione sibi opus est: quasi ministra. Itē Plato *δω φώωσ εη εη, η οησ οη αη τωσ δω αμωσ η η η αη τωσ δυοσ*, inquit, metuendi genera sere inter se cōtraria animaduertere possumus. Interpres cōtraria omī sitū quo uerbo tota uis sententiæ est. Metuimus enim aut de rebus horrendis: aut de turpib;: & an duo timoris genera intelligi possint: interrogat. Item Plato: quo pacto quis timidus effici possit: ac terum omnium: quæ iure timēda sunt metu detineri perquirat: atq; ita rogat *η δω ταυ επηχερωσ μεσ τωσ φοβωσσι πωσ μεσ απησ*. Quid cum timidum quempiam facere aptissime tentamus. Interpres. Quid porro cum pertimescendum iure facere aliquem cupimus: quæ sententia plane contraria est sententiæ Platonis. Iterum Plato modum exponens quo quispiam timidus fieri aptissime possit. *αφ αυ αζηγη τησ εη μωσ μαω τωσ αυ τωσ, και προφειοσ τωσ, η οη η οη απησ, διαμαγεμωσ αυ τωσ τωσ η δω απησ*. Nonne, inquit, rebus parum pudicis admouēdo cum tentare, atq; exercere instituemus, atq; ita assuefaciemus: pugnando uoluptates superare? Interpres nonne ipsam in impudentiam iniicientes aut uoluptates suas: aut fortitudinem uincere pugna hortamur? Equidem hominem, quem interpres in impudentiā uerbis eius utat: iniecit fortitudinem suam uincere pugna non debere: exploratum habeo. seruanda est enī fortitudo animi, uoluptatem: aut hostem uincere uolenti. Cur autem cōtrarium aduersarius dixerit: aut quid sibi tandem uelit non satis intelligo. Deinde Plato: duos, inquit, timores aieb;: quorum alter quidem contrarius doloribus: contrarius etiam plurimis, atq; maximis uoluptatibus est: utranq; uidelicet horum de eo timore, qui ex pudore ontur dicens his uerbis *δω ελαγωσ φεβουσ, δω οη τωσ, εηωσ μω τωσ ελλωσ δωσ, η τωσ ελλωσ φώωσ, εηωσ οη εησ τωσ παρ εωσ, και μεγα τωσ εδωσ*. Interpres corrigēs Platonem: quorum ait alter doloribus: alter plurimis, atq; maximis uoluptatibus contrarius est. Ad hæc Plato interrogat. Num effici quispiam perfecte temperans possit nisi uoluptatibus longe aduersatus: uictor tandem euaserit. Respon-

etiã omnesque ferrũ aut æs: aut quod uis huiuscemodi metallum sibi requirunt: iisdem illis te
poribus: ac longe post hæc non poterat. Interpretis: Etant igitur ferris: æs: omniũq; huiusmo
di artes eo tpe: imo maiore ignorantia tenebris obsita. Quod Plato superius dixerat: repetit
frustra: & qd̃ a Platone afferitur: cernere non p̃ot. Non enim artẽ excusoriam defuisse affert hic
Plato: hoc. n. dictũ superius est. Sed ceteras etiam ois artes: quæ ferri usum requnt. Nã si usus
ferri: aut alterius huiusmodi materia: non dũ erat: ne artes quidẽ haberi poterat: quæ sine ferro:
aut alia huiuscemodi rei exerceri nõ possunt. Quis. n. esse faber lignari possit: sine ferris: a sciat
dolabro: cultro: ac ceteris ferramẽtis: ad hanc artẽ necessariis? At uero Interpres unã ferri: atq;
æris artẽ afferit: q̃si cetera esse eo tpe possent quo ferrum non habebat. Item Plato ἡ ἄνθρωποι
ὄντα ἄνευ ἐπιπέδου ἔκαστος εἶναι, καὶ ἄνευ κινήσεως, ἀλλὰ τὰ πάντα τὰς βουλήσιν ἢ ἰσχύσιν.
Optare quicq; inqt, aut scibus a Deo petere: haud tutũ esse: nisi q̃ optat prudenti, & recto cõsilio
ea expetatur: quæ tribui sibi a Deo desiderat. Nisi. n. ita agatur satius esse his cõtraria petere: quæ
optant. Interpretis hanc Platonis sententiã ita exponit. Dico. n. non esse tutũ cupiditatẽ sequi: si
mentẽ non habeas. contra. n. q̃ uelles oia fiant. Item Plato uisus q magistratibus p̃esse debeat
enumerans διοφιλῆς ἢ φιλοσ, καὶ διττυχῆ πικράτος ἐξ ἐδὲ μὲν ἀφ' ἧς κληροῖται προάξοντες.
Septimum inqt, magistratũ felicem: diuisq; carissimũ constituetes ad sortem aliquã euocemus.
Interpres. Deo aut: amicis: atq; felicibus septimã in principando sortẽ attribuimus. Post hæc
Plato temp. lacedæmonioꝝ cõmendatur ex rege: senatus: & cõsulis: quos illi ephoros uocat
ad ciuitatis salutem commodè constitutam: & nisi talis inquit, resp. eoꝝ esset: nequaquã superio
ribus tribus a Temeno, & Cresphonte: & legulatoꝝ ætatis illius: factio Aristodemi seruari
potuisset. ἐπί τε τὴν μέν τινά κρισηδόνην, καὶ τῶς τὸ τε νόμοις τοῖς, οἳ περὶ ἄρ' α ἕσονται μοδί τουῦ πε,
οὐδ' ἂν ἀπὸ τῆς ἀμύρας μερὲς ἐστὶν ἁπλῶς. Aristodemus aut̃ iste lacedæmonioꝝ rex fuit: cuius nomẽ
quoniã ab optimo, & populo est cõpositum: quemadmodũ sepe accidit: noia propria ab ap
pellatiuis repetiant esse cõposita: Docet Interpres putauit: non unũ proprium nomen esse: sed
duo appellatiua, & non regẽ lacedæmonioꝝ: sed partẽ populi optimam significari. Ita: hunc
in modũ conuertit. Nec optima quidẽ pars populi seruari esset. Itẽ Plato uitam p̃scorũ ho
minum q̃q; ferro caruit: artibus tũ, quæ sine ferro exerceri possunt: non caruisse fatetur ἀ πόλει
καὶ φησὶ, καὶ ἕσονται πόλεως τῶν περὶ ἧς εἶπετο πρὸς τὸν οὐδὲν ἐπὶ σὺν ἑσάρ. Quippe figuli, inquit, & cõtexto
rum ars ferro non eget. Interpretis ne longior esset: cõtextorum omisit: quanq̃ ea particula ad
artiũ diuisionem necessaria adhibita a Platone fuerat. Item Plato, causã interitus retũ publica
rum quærit: quæ unam dicit esse cupiditatem, atq; auaritiã: unde sæpenumero bella oriuntur
hoc exemplo græcoꝝ: confirmat: repetens bellum persicũ: quo græcos parum honeste pro se di
cit pugnasse: nõ quia uictoriam adepti nõ fuerint ἀλλὰ τὸν ἴδιον τὸν πόλεον ἐν ἡλλάδι πόλει τῶν
μεγίστων, ὀρετόν τε, λακωνικῶν τε, καὶ τῆς ἀθλωπέων πόλεως, μή πο μὲν ὑπὸ τῆς ἡλλάδος ἀμύρας. τὸ δὲ
διὰ τὴν πόλιν οὐτως ἐστὶν ἡ ἀφ' αὐρῆς, ὡς τε ἡ μὲν, καὶ λακωνικῶν μοτα διὰ τὴν πόλιν ἐπὶ τῆς πόλεως
μοῦσαι κερτακῆτος. Sed, q̃ cum tres essent græciæ p̃cipuæ ciuitates: Lacedæmon: Argus: Athe
na: una tantum earum pro græcia decertant: reliquæ non modo nõ fuerint utiles: sed etiam al
tera alteram bello impediente: communi saluti succurrere posset. Interpretis, ut altera lacedæ
monem quoq; ne se defenderet prohibuerit. Officiũ, quod Plato in communem omnium
græcorum statũ requisit: hic duraxat ad lacedæmonios refert. Item Plato genus omne græco
rum dicit facile dirimi potuisse: & facile per barbaras nationes dispergi: nisi athenienses, & lacedæ
monii strenue pugnantibus cõmunem statũ seruassent. Et καὶ ἄλλοι δὲ πόλεις αἰτυρανοῦσι τὰ
ἐν αὐτῇ, ἀλλὰ πειθομένους, καὶ ἐν μητρί τὴν πόλιν, καὶ ὡς ἀπὸ μὲν κερτακῆτος καὶ τοῦ. Quemadmodũ, inquit,
græci: quibus Persæ hoc tẽpore dominantur: p̃sissimè dispersi: male diducti: ac dissipati incolunt.
Sic tum genti græcoꝝ uniuersæ accidere potuisset. Interpretis. Sicuti modo Persæ male dispa
ta omnia tyrannice regunt. Item Plato cũ ostendere uellet idem persis, atq; atheniẽsibus acci
disse: sed alteris ob summam seruitutem: alteris ob summam libertatem πόλις δὲ καὶ τῆς πόλεως
φησὶ τὸ αὐτὸ εἶναι, οἱ προγεγονότες ἡμεῖς ἐμπεροῦσιν λόγοι, ἰδίον τῶν καὶ ἄλλων εἰσαίρουμένων. Quid, &
quemadmodum, inquit, deinceps dicendum est. Sermo, quem adhuc habuimus: recte quodã
modo est habitus. Interpretis. quo modo uero, & cur habita iam uerba quodãmodo dicta ostendunt.
Ita, q̃ Plato dicturus est: hoc dictum iam esse Interpretis putat. Tum Plato: ubi ordi
nem, & modestiam ueterum atheniẽsium exposuit: poetis potissimum culpam deprauatã mu
sica tribuit. ποιητῶν φησὶ ἐγγόντων φῦσαι μὲν ποιητικῶν, ἀγαθῶν δὲ τῶν ἀδικῶν τῶς μουσικῶν,
καὶ τὸ νόμον βασιλεύειν, καὶ μὲν ἅπαντες ἕκαστος ἑκατέρωθεν ἐκείνων. Poeta, inquit, inge
nio quidem ualuerunt: sed in officio: ac iute musicae disciplinae fuerunt iniquiores: cum de
bacchari: & uoluptati: ultra, quam oporteret indulgere statuerunt. Interpretis natura qui
dem poetici: sed erga iustam musicam ingrati: legem cauponantes: & a uoluptate magis,
q̃ oporteret

q̃ oporteret uicti. Egregie certe, ut reliqua. Item Plato deprauatã musicae errorem primum
fuisse dicens: hæc scribit. καὶ ἄνθρωποι μὲν ἡμεῖς ἐκ μουσικῶν, ἢ πάλαι ἐκ τῶν ἑσάρ, καὶ
παρρησια. Incepit quidem a musica omnium in omnibus sapientia: uulgaris opinio & deprã
uatio. Interpretis. Nunc uero cum a musica reciderimus: iniquitas sapientia: quæ opinio, quæ
omnes in omnibus habebant principiata est. Sed hæc ex tertio libro satis.

EX LIBRO QVARTO. Caput. V.

Ranseo nunc ad quartum librum: in quo Plato interrogat. Num ciuitas: quæ condi
tur portum habeat? Respondet Clinias: portum habere: & quidem cõmodissimum.
tum Plato, ποιητῶν φησὶ, διὰ λόγῶν; Heu, inquit, quid ais: improbans uidelicet ma
retac portum uicinum: ob deprauationem morum: quæ ex cõgressu, & cõmerciis ho
minum peregrinoꝝ solet accidere. Interpretis dictũ hoc Platonis omisit. Heu qd̃ ais: quanq̃ ne
cessarium erit ad eam, quã modo dixi sententiã Platonis: uerba enim hæc asperantis sunt: &
rem de qua agitur repudiantis. Deinde Plato: causam cur maris uicinitas incõmoda sit: expo
nit. Ita, ut eius etiã rationem tangat, q̃ aliter sentit: & cõparatione maioris damni postponat le
ue delectationis cõpendium. πρὸς τὴν γὰρ φησὶ βλάπτει τὸ μὲν πλεῖστον ἢ μὲν ἂν ἦ, ὁ
μᾶλλον καὶ μὲν ὄντος ἀλμυρῶν, καὶ τῶν γένησι μᾶλλον. Mare, inquit, ciuitati uicinũ affert quidẽ in ui
ta delectatione: sed certe falsam admodum, & amarũ consortium est. Interpretis, q̃ prærogati
ua quodã est maris uicini: & ut id probetur efficiat: hoc esse causã dicitur uitia cõsequantur sic
enim scribit. Mare nãq; ciuitati proximũ falsam nimium: atq; amarã: ex quotidiana iucundi
tate solet uicinitatem afferre. Non ex quotidiana iucunditate praua affertur uicinitas bone in
terpres. Non enim iucundus aspectus: aut cõmodus usus maris ciues deprauat: sed in honestũ: ac
uitiosi peregrinoꝝ mores: quos Plato deuitat. Nã quod ad eam quidẽ uicinitatis incõditatem
attinet: profecto mare Platonis quoq; sententiã probandũ est. Deinde Plato. Etsi ciuitas, inquit,
uicina mari sit: portumq; cõmodissimum habeat παραμύθιον πρὸς τὸν πόλιν, ἢ καὶ πρὸς ἄλλαν, ἢ
κινήσῃ. Remedium tamen contra hæc habet: q̃ oium est maxime fertilis: quæ uidelicet ad ui
tam hoium necessaria sunt: abunde suppeditat: nec eget peregrinorũ rerum commercijs. Inter
pres aduersus: quæ oia sæcunditatem, inquit, etiã possidet. Omnia esse putat: qd̃ unũ ad mariti
mum sitũ Plato refert, sæcunditatẽ etiã male pamphorizet: quo uerbo Plato uisũ reddit: nõ enim
copia: sed uarietate resp. hoc uerbũ significat, quã ipse quætere uidet cũ agrũ suum tantũ unius
cuiusq; rei afferre desideret: quantum modestæ sufficiat ciuitati. Copiã enim, & sæcunditatẽ illã
interpretis: nõ modo non optat: sed etiã recusat: ne in asportandis rebus: quæ superant ciues non
minus deprauentur, q̃ in importandis: quæ defunt. Quã ob rem ita subdit τὰς εἰσόδους, ὅτι λίσσας
ὅν καὶ πλεονέχουσι τὴν εἰρήνην, καὶ πρὸς ἄλλαν. Asper aut̃ si sit agensieri nõ p̃ot: ut simul, & fertilis
sit: & oium ferax. Quẽ etiam locũ p̃uenit Interpretis cũ, inqt, Verũ cum terra sit: atq; aspera: nõ
oium erit sæcunda: omisit enĩ fertilis: qd̃ copia indicat diuersam: uaria resp: & ut uerbũ Plato
nis latino exprimeret: uerbo contemur omniũ facilitate. Itẽ Plato τὸ μὲν πρὸς τὸν πόλιν
κόστος φησὶ γίνεσθαι ἀδελφῶν, ὡς καὶ τῶν ἀδελφῶν ἐπὶ τῶν ἀδελφῶν, ὡς καὶ τῶν ἀδελφῶν ἐπὶ τῶν ἀδελφῶν
ἰφθαλμοῦ. Quod uitio legũ suarũ, inqt, dissidere iã pridẽ cepit: geus uidelicet hoium: & p̃pter cõ
suetudinẽ quæritat iisdẽ moribus uti: quibus ante deprauatũ est. Interpretis. Quod uero feditiõẽ
cõcitur cũ primos: quibus corruptũ est mores desiderat. Itẽ Plato: τῶν φησὶ πρὸς τὴν πόλιν
λίαν καὶ παρρησιαὶ ἐπιπελάεισθαι ἕκαστον, καὶ ὑποκινῶντες, ἢ λίσσας, ὡς καὶ τῶν ἀδελφῶν ἐπὶ τῶν ἀδελφῶν
κασιμῶν τὴν πόλιν. Deũ, inqt, ad ciuitatẽ a nobis condendã inuocemus: q̃ annuat optatis:
uorisq; nostris benignus: ac propitius accedat exo maturus ciuitatem: cui opera dare statuum.
Interpres deũ igitur ad ciuitatis constitutionẽ inuocemus: qui cum audiat: exaudiatq; felix:
propitiusq; una nobiscum ciuitatẽ, & leges exo maturus ueniat opto. Item Plato de æquo, &
iniquo differt: primũ opinionẽ illoꝝ exponit ἢ δὲ ἕκαστος ἐπὶ τῶν ἀδελφῶν ἐπὶ τῶν ἀδελφῶν ἐπὶ τῶν ἀδελφῶν.
Quo id esse existimarũ: quod potentioris cõmodum sit: & hoc æqui rationẽ descripsit:
quæ admodum etiã Thrasymachus ille primo reipublicæ libro cõtendit: quo in loco poten
tionis nomen principẽ indicat: & fortuna superioꝝ. Nam uulgo ita fieri uidet: ut superior quisq;
ita & leges constituat: & cetera omnia agatur non tam subditorũ commodum, q̃ suum specta
re uideatur. Interpretis melioris utilitatem dixit: quod est a Platonis proposito prorsus alienũ.
Adducit enim ille hanc opinionem refellendam: ut prauam: cum sæpenumero ita accidat: ut
potentiores hoc est principes sua abutantur potestate: & tyrannica autoritate faciant: quod
sibi non, quod subditis profit hic melioris utilitatem dicens: nihil inconueniens iustitiæ af
fert: iustam enim actionem uiro bono, & meliori esse commodam posse: nemini dubium
est: quo fit, ut Plato desipere uideatur: cum per interpretem dicat melioris utilitatem esse
n iiii

Injuriam: & quod uero uirtute prae dito commoditatem affectu esse iniquum. Sed certe non Platonis: sed Interpretis error est: qui potentiorum nomine mellioris appellat. Item Plato: *ἄρ' οὖν εἴ ποτε φησὶ δὴ μοι νικησέσθαι, ἢ τίνα πολιτείας ἔλλω, ἢ καὶ τυραννίδος, θύσασθαι ἐλόγους πρὸς ἄλλο τί τόμους, ἢ τὸ συμφορῶν ἑαυτοῦ τῆς ἀρχῆς τῆ μέτρης;* Num inquit siquado tyrannus: aut populus: aut respu. ulla uicerit: putas eos ultro legem laturos aliter, quam: ut comodum suum in primis seruetur: & status permaneat? Interpres. Num igitur putas inquit populum: nisi tyrannum: aut alium quempiam ciuitatis modum euerterit: legesq; sponte ferat ad aliud prius. Quod Plato commune dixit sine populus: siue tyrannus: siue aliquis uicerit: hic ad populum unum refert. Et si populus inquit tyrannum: aut alium quempiam euerterit: quasi de populo solum a Platone quaeratur: non de quouis domino: aut principe. Item Plato sententiam reicit Plotagoras: qui hominem esse dicebat modum siue mesuram: aut metam rerum omnium, quam sententiam in sermone quoque, qui Theaetetus inscribitur pluribus: atq; optimis rationibus confutat. *ὁ δὲ θεὸς ἢ μὴ φησὶ πάντων χρημάτων μέτρον αὐτὸν εἶναι μάστιγα καὶ πολὺ μάλλιν, ἢ πρὸς τὴν αἰσθησιν αὐτοῦ.* Deus inquit sit nobis meta omnium rerum in primis: longeq; magis, quam homo: ut aliqui uolunt. Interpres. Deus igitur omnium mensura maxime rerum est: multoq; magis: si quis, ut fertur homo est. Ergo Deum hominem esse fertur Platonis sententia: si credendum est inter preti. Et quoniam homo est: meta est omnium reru, quod Plato natura humanae tibi nefas arbitrat. Ita hic opiniones nouit philosopho: ita Platonem, quem reprehendit: intelligit. Itē Pla to postq; de parentibus tū uiuis: tum mortuis docuit: continuo de prole: & consanguineis praecipit. *ἡ δὲ πρὸς ἐγγύτους, καὶ φιλικούς, καὶ φίλους, καὶ πολιτικούς φησὶ, ὅσα τε ξεινήια πρὸς θεῷ, ὅσα πρὸς τοῖς ἀποδιδόντες, καὶ ἐπιπέμποντες τούτοις ἀποτέλωσθαι, τὴν ἑαυτοῦ βίην φιλοσοφούμενος, καὶ τὰ νόμιμα καὶ μήν, διὰ τῶν νόμων αὐτοῦ τῶν δεικνύσθαι μὲν, πέποιθε: τὰ δὲ μὴ ὑπέκουσθαι, περὶ τῶν ἠδῶν, εἰς αὐτὸν καὶ εἰς τοὺς ἄλλους, οὐδὲν ποιεῖν, ἕνεκεν τοῦ ἀγαθοῦ καὶ ἠδῶν, καὶ ἀποτέλει.* Quibus inquit, erga prolem: consanguineos: amicos: ciues: atq; etiam erga hospites propter deos: & in congressum horum omnium seruandis officiis: uitam quisq; suam illustrare: ornareq; opti ma lege debet: ordo legum ipsarum: partim suasione: partim ui: & supplicio: moribus consules efficit: ut diis bene iuuantibus respublica nostra felix: beataq; habeatur. Interpres oportet etiā filiis: atq; nepotibus: consanguineis: amicis: ciuibuscq; nostris: & deniq; aduenis: honorem suum tribuere: atq; ita ornari: secundumq; leges uiuere: legum uero ipsarum tractatio aliis quidem persuadendo: duritiae aut mortum inobedientes uia iustitiae puniendo: ciuitate nobis diis uolentibus felicem reddat: atq; beatam. Quid pro quo interpretatur: ut sententiam omnē peruer rat: & quemadmodum loquatur: ipsa interpretatio ostendit: nec est: cur id apertius explicare de beamus. Tū Plato singulis rebus praedictis legē dicit debita forma accommodari nō posse: sed aliter tractare de his oportere. *ἔτι δὲ τὰ νόμιμα ἔτι τι μάστιγα καὶ πολλὰ καὶ πολλὰ ἐλάττωσθαι ἐν περὶ λαόντων, διὰ τὴν ἑαυτοῦ πείραν αὐτοῦ τῶν νόμων, τὰς νόμους λαβόντων.* Quo inquit in genere sunt haec: haud facile una quasi forma complecti possunt: sed hoc modo serme accipi debet. Interpres: plane contrarium uertit. Alia inquit, & si maxime figuram habeant suam: non facile tamen for ma una connectuntur: sed modum quendam capiamus. Item Plato interrogat simplices ne leges scribi oporteat: an duplices: hoc est additis exordiis quibusdam: & causis: cur unū quodq; ita praecipiat, respondet Megillus: duplicem approbens legum expositionem. Plato non satis ait esse Megilli approbationem. Sed praeterea Cliniae uoluntatem requiri: cui ciuitas con debatur. Non satis hoc est, inquit, οὐ μὲν ἄλλα, ποῦ καὶ κληθεὶς τὸν ἀρχὸν εἶναι, τὰ τὰ νόμιμα καὶ νόμους. τὸν ἑαυτοῦ καὶ ἑαυτοῦ τῶν νόμων ἢ πάντας ἢ τὸν τοιοῦτον νόμους χρῆσθαι διανοοῦν μὲν. Sed Cliniae quoque placere ea: quae legibus sancimus: oportet. huius enim ciuitas est: quae huiusmodi legibus uti debet. Itaq; interrogatus Clinias respondet: simili modo duplicem legum approbens expositionem. Interpres, quod interrogandum erat pro certo: & iam explorato ponit his uerbis. Quod huic etiam Cliniae probati existimo. Item Plato causam: cur ita in legibus additā eo pertinere exi stimans: ut auditor beniuolus: docilis: attentus reddatur: *διὸ δὲ χρῆται τὸν ἐμὸν λόγον, τὸν τ' αὐτὸν προσημασθαι, ἄλλ' οὐ λόγον ἀλλ' ὄραμα πρὸς τοὺς ἀκούοντες.* Mea inquit, sententia hoc exordium rectius, quam ratio legis appellari potest. Interpres. Quare non legis pars: sed exordium recte: ut ego arbitror appellabitur.

E X Q V I N T O L I B R O. Caput. VI.

Ed iam quintum librum aggredior: in quo Plato suum cuiq; animum post deos colendum dicit: & quisnam animi cultus: quae obseruantia sit: docet: quo in loco: *οὐδ' ἔτι τὸ τῶν φησὶν ἑγὼ τὴν φῆσιν πᾶσι τοῖς ἀγαθοῖς εἶναι, τῆς καὶ τὸ αὐτὸν ἴδουσι.* Nec uero, inquit, cum uitam quispiam summum esse bonum arbitrat: animum colit. Interpres: nec

nec quando uitam bonum animo arbitrat: honorat. Omisit summum, quod uim totam sententiae continet: uitam non malum esse: sed summum bonum nō esse a Platone decernitur. Hic autem quasi malum decerneretur: interpretatus est dicens: nec cum uitam bonum arbitrat. Deinde Plato eum, qui pecuniis, & muneribus animum suū prosequitur: nequaquam eum colere dicit: sed *περὶ τὴν ἑαυτοῦ λέγει: id est tota uia aberrare: seu longe abesse: utroque enim modo dici latine potest* Interpres eam particulam tota uia aberrare sic exponit. Sed dolore penitus exagitat: scilicet ipse quoque tota uia a recta interpretatione aberrans. Idcirco autem in hunc erro rem delapsus est, q̄ per imperitiam literarum graecarū existimauit λέγειν uerbum, quo usus est Plato λύπη hoc est dolorem significare: quāq; locus iste nullam doloris suspicionem offert. Mox Plato corporis ualetudinem: dignitatem: robur: celeritatem: & reliqua huiusmodi *καὶ τοὺς φησὶ τὸν ἄλλου, καὶ θρασύτητα* animū uel audacem: uel quodammodo mollē dicit reddere: nisi moderatioris ratio adhibeatur: hic mollem illum prodigum interpretatur: prodigos inquit, aios: audacesq; reddunt. Deinde Plato amicitias, & sodalitates ita potissimum constitui gratas: firmasq; existimat: si sua quisq; beneficia in amicum collata minorā, q̄ ille arbitret: cōtra uero, qui acceperit: maiora q̄ qui dederit: putet. Quo loco his utitur uerbis *ἐλάττωσθαι αὐτὸν τὰς αὐτοῦ διανοίας, καὶ τὸν φίλον, καὶ τὸν φίλων, καὶ ἐπιπέμπον.* Minoris autē minorem. Item Plato cum eum reprehenderet, qui nihil fortunarum suarum imperiari aliis *αὐτὸν καὶ φησὶ ἐλάττωσθαι, καὶ ἐπιπέμπον, καὶ ἐπιπέμπον ἀπὸ τῶν φίλων.* Ipse inquit, uituperan dus est. Res autem, quam possidet: nihil magis damnanda est: uitio possessoris. Interpres. Nec propter hominem, qui male possidet: res uituperanda ulla: nullam rem esse uituperandam dicit propter hominem: qui male possidet. Hoc uero nec Plato dicit: nec ullo pacto congruit ueritati. Nam si res bona est: uitium possessoris rei bonitatem non adimit. Itaq; res nequaquam damnanda est uitio possessoris: ut Plato ait. Sed si mala res est: eo magis uituperanda est: quo usu possessoris sui reddi deteriorē oportet. Item Plato: *ὅν μοι δὲ καὶ φησὶ τὸν περὶ τὸ αὐτὸ εἶναι, πρὸς τὸν αὐτὸν καὶ τὸν αὐτὸν.* Omnes inq; bonos uitos, & animosos simul: & mites esse oportet: ut animositate uidelicet iniuriam uiuant, atq; propulserint eam scilicet iniuriam: quae corrigi alioquin non potest: faciliatē autem non miserentur eos: quos intolerabilem aliquem erro rem prolapsos uiderint: & pro sua mansuetudine, atq; humanitate: nequid praeterea peccent: ad moneant. Tales autem, & in rep. dicit esse debere custodes ciuitatis: canibus eos comparās: animosos scilicet erga inimicos: erga ciues uero mites, atq; humanos. Interpres. Oportet inquit, unūquenq; maximū quidem animi esse: sed aduersario excepto. Tum Plato de his, qui tolerabilius peccant: *τὰ δὲ αὐτὸν, καὶ τὸν αὐτὸν φησὶ ἕκαστος ἀπὸ τῶν αὐτῶν.* Errorem inquit, eorum, qui iniuriā quidem fecerint: sed quae corrigi possit. Interpres. Qui autem sua iniuriis ita uexant: ut sana biles sint. Quod cōiunctio, & quod articulus est graeci sermonis: haec pro pronomine sua. In terpres accipit: exprimi hoc latinis literis difficile potest: tamen ita est: ut per ignorantiam erret: nesciens quid ad quid τῶν graecae dictiones significant: quarum altera cōiunctio est: interdum exornans potius sermonem, q̄ aliquid designans: interdum aduerbium significans rursus: altera articulus est: qui in lingua graeca cum nomine iunctus profertur. Apud latinos uero dum gram maticē loquuntur: in usu nō est: quāquam uernacula lingua loquentes eo utantur: & more graeco rum cum nominibus iungant. Ex his namq; Interpres noster unum constituit illud pronomē sua frangens uerba: & Platonis sententiam non intelligens. Agit enim Plato de iniuria: quae in alios infertur. Hic sanabilem eum dicit: qui sua iniuriis uexet: uti enim eius uerbis qualiacunq; sunt: necesse est. Item Plato *περὶ τὰς ἀδελφωπίας φησὶ τὸν φιλῶν καὶ τὸν φίλων, καὶ τὸν αὐτὸν καὶ τὸν φίλων, καὶ τὸν αὐτὸν.* Neminem inquit, diligere se nimium oportere: sed unūquenq; sequi eum: quem se praestantiorē esse cognouerit. Interpres. Meliores se uehementer amare, inq; inapte sane amare pro sequi posuit. Platonis enim sensus est: neminem debere sibi turpe existi marte: quando id agat. turpitudine autem non eum, qui amat, comitatur: sed eum, qui sequitur meliorem: quasi meliorem sectando: deteriorē se esse fateatur. Nullo igitur modo amare dicendum est: sed sequi. Item Plato de dolore, ac uoluptate differens *λύπη ἐλάττωσθαι μὲν μὲν, καὶ εὐδαιμονία καὶ εὐδαιμονία φησὶ, καὶ τὸν αὐτὸν καὶ τὸν αὐτὸν.* Dolorem inquit, leuiorem nos uelle: cum uoluptate maiore. Voluptatē autem minorem cum dolore maiore nequaquam uelle. Subditq; Pari autem modo ut unūq; horum habere nos nolle, fateri possumus. Interpres. Aequalia uero si uolumus non possumus declarare. Cur declarare non possimus: siquid uolumus: aut cur uolumus pro nolimus: osuerit: Interpretem interrogate. Itē Plato decernēdos esse censet ma

sequenda: quae respicienda sunt dicitur, τὸν μὲν τοιοῦτον ἐπιχειρήσει, καὶ ἰδέσθαι, φησὶ, ἄλλοι δὲ τὰ παρὰ
 ἑαυτὸν πρὸς τοὺς νόμους πόνους τε, καὶ τὰ ἐπιτηδύματ' αὐτῶν ἀποφύγειν, ἀκούσαντες, περὶ
 ὧν καὶ μὴ ἴδοντες, μήτε πόνους ἀφείργουσι αὐτοῖς, πῶν δὲ παρὰ ἑαυτὸν ἀπειλήσονται μὲν ἐπιμαρτυροῦντες,
 καὶ τοιοῦτον ἴδοντες, τὰ μὲν ἐπιχειρήσει μάλιστα, καὶ προσεχέσεται ἀποφύγειν. Legum-
 latorem, inquit, uenandi rationem: partim probare: partim damnare: oportet ad labores, & stu-
 dia iuuentutis. Iuuenes autem ipsi obtemperare praeceptis debent: & neq; a uoluptate: neq; a la-
 bore arceri: quominus officio suo fungantur. Tum uero: quae cum cōminatione dicta sunt di-
 ligentius colere: atq; seruare, quā quae minaciter addita poena lex sanxerit. Interpret. Oportet
 ut legislator ad incitandum labores: studiaq; iuuenum uenationem laudet. Iuuenes autem ita
 parere: cum audierint: ut nec labor nec uoluptas a uenando ipsos arceat: magisq; honorē: quae
 dicta cū laude sunt: quae minis: multisq; firmata perhorreant. Mox Plato, ἡντινοὶ δὲ προση-
 λήτων, φησὶ, ἐξ ἧς αὐτῶν γένηται ἐπιμαρτυροῦντες, καὶ λόγος. Hoc ita, inquit, exorsit: laudē de-
 inceps modice improbationemq; uenandi dicemus. Interpret. Pro modica laude metricam
 dixit, qui uel solus error fatis: superq; hominis peritiam idicat. Quis est enim adeo mētis inops
 qui carmen, & metricam poetarum rationem: huic loco accommodari posse: arbitretur? Item
 Plato, οὐκ ἔστιν ἄλλο, φησὶ, ἠδὲν τὴν ἀλλοτρίαν, καὶ ἀλλοτρίαν ἔσται, καὶ πᾶσι τοῖς ἀλλοτρίοις ἐπιμαρτυροῦντες, καὶ
 οὐ μὲν ἠδὲν τὴν ἀλλοτρίαν. Venatorem, inquit, nocturnum: retibus, & canibus suis fidem nemo uspiā
 sinat uenari. Interpret. Noctu sine canibus, & retibus nemo id audeat facere. Sed reliqs omif-
 sis: quae notari in hoc libro possent: nunc ad octauum transeamus.

EX LIBRO OCTAVO.

Reprehensio, & emendatio duodeuiginti magis insignium errorū: quos aduersarius in octa-
 ui libri legum interpretatione commisit.
 Qui fructus rustici a Platone nuncupentur. Caput. ix.

Isserit in hoc Plato de duplici amicitiae genere: atq; his utitur uerbis, φίλος μὲν πρὸς
 καλοῦ καὶ ἀγαθοῦ, ἀγαθὸν δὲ μὲν καὶ ἀρετῆς, καὶ ἰσότητος. φίλος δὲ καὶ τῷ δόμῳ, τῷ περὶ
 πλουτηκῆτος, καὶ αὐτῶν ἐπὶ γένηται. ἄλλοι δὲ καὶ τῶν ἀλλοτρίων ἀρετῶν, ἔρωτα ἐπινομάζου-
 μεν. Amicum appellare cum solemus, qui uirtute similis ac par est: atq; etiam eumiq;
 pecuniis eget: diuitis amicū nuncupamus: quāq; genere est plane diuersum. Vtrūq; uero quo-
 ties ampliatum est: amorem iam dicimus. Interpret. Amicum enim simile simili: & aequale
 aequali asserimus. Sed rursus etiam amicū, qui diuitis indiget: quāq; genere contrarium sit
 amicū dicit eum, qui diuitis indiget: sed cuius tandem amicus sit: tacet, cum id Plato exponat
 dicens: amicum diuitis esse, qui pecuniis eget. Item, quod Plato dicit: utriq; uero quoties am-
 plificatum est: amorem iam dicimus. Interpret. ita exponit. Cum uero utrunq; concurrat cupi-
 dinis atq; adorem nuncupamus: quod duplicem in se continet errorem: neq; enim coniunctio: aut
 concursus: ut ipse ait amicitiarum huiusmodi amor est. Vtraq; enim per se cum amplificata est
 autore Platone nomen amoris recipit: neq; si coniungantur: amorem scient nisi amplificatio:
 hoc est uehementia quaedam amoris accesserit: quod ab interprete praetermissum est. Taceo, q;
 ne ardor quidem cupidinis dici debet: quod Plato ἔρωτα dixit. ἔρωτα enim amplificationē be-
 neuolentiae refert, & honestae rei melius, q; ardor cupidinis accommodari potest. Item Plato ter-
 tium amicitiae genus exponit, quod ex duobus iam dictis mistum habetur: explicatisq; duorū
 illorum simplicium conditionibus affert tertium his uerbis, ὁ δὲ μέγας, φησὶ, ὁ ἀγαθὸς τῶν
 ἔρωτων, αὐτῶν ἐστὶν ὁ ἀλλοτρίων ἀρετῶν. Tertius autem amor, qui ex ambobus illis permixtus
 est: genus illud est amoris, quod nos tertium exposuimus. Interpret. Hoc totum relinquit cau-
 sam ipse asserat: si potest. Item Plato, modū quo superari libido: atq; inhonesta uoluptas pos-
 sit: exponens conuiuioꝝ exemplo utitur: quae quāq; institui posse anteq; in usum ueniret: mī
 nime putabantur. postea tamen recepta sunt. Sic enim de uoluptate sentiendum arbitratur: ut
 quāq; superari posse nequaquam existimetur. excogitari tamen modus aliquis possit: quo su-
 peretur, qui si adhibeatur: crederetur facile, qd ante persuaderi sine difficultate nequiuisset. Quo
 i loco his utitur uerbis, ἀλλὰ γὰρ ἐστὶν ἡντινοὶ πρὸς ἐβουλήν, ὡς τ' ἐστὶν αὐτῶν γένηται ὁμοίως. Sed
 enim eo res prouecta nunc est: ut nunq; effici posse uideatur. Interpret. Sed ad hoc modo per-
 uenit: ut uideatur: nec tunc quidem fieri posse: sicut cōbationis studiū non credebatur. Quod
 Plato existimari dixit minime effici posse: hic ad tempus quoddam praeteritū refert, sed quod
 sit illud: nec ipse dicit: nec nos quarimus: quando nullum tempus a Platone determinatur: cō-
 bationes autem appellat suoq; uocabulo: quae nos conuiuia dicimus. Itē Plato, dum uinci
 posse uoluptates ostendit: mentionē athletarū: quorundā facit: quibus tamen corpora ualidiora:
 & animi

& animi longe deteriores q; ceteris bene institutis ciuibus erant: a rebus tamen ueneris absti-
 nere potuerūt: quo in palaestra possent uictores euadere: quibus affert. Longe igitur magis no-
 stri adulescentes multo pulchrioris uictoriae gratia temperare a uoluptate deberent: post, quae
 socius percunctatur: quam tandem uictoriam intelligat: cui Plato uoluptatum, inquit, uictoriae:
 quas, qui superare potest: felicem agit uitam. Qui uero ab his pessundari se permittit, infelicem:
 ac miseram. φησὶ δὲ τούτοις ἐστὶν ὁ φόβος ὃ τῷ μὲν μὴ μὴδε μὴδε ὅσοι αὐτῶν εἶναι. διδάμαται οὐκ ἄρα
 ἐξ ἑκαστοῦ, ὡς ἂν καὶ καμάρτηται, τούτων ὅτις χεῖροισι. Ad haec timor, inquit, neq; impie com-
 mittatur: nonne efficere poterit: ut ea meliores superent: quae superare deteriores poterūt? In-
 terpres. Quid igitur formidamus: ne minime rem uincamus, quā alii peiores superant? Itē
 Plato: modos, quibus superari uoluptas possit: exposuit, eos q; non faciles tamen commodos
 esse existimans, ταῦτα δὲ φησὶ, καὶ τὰ τῶν ἰσῶν ἐστὶν ὁ μὲν πᾶσι λέγει μὴ μὴδε μὴδε ἔστιν, ἀλλὰ πολὺ γὰρ μὴ ἀρε-
 τῆς, ἢ τῶν γένηται, ὡς πᾶσι πᾶσι γένηται. Hæc fortasse, inquit, quae modo dicimus: perin-
 de quasi per fabulam optanda sunt. Verum si fieri potuerunt: q; optima omnibus ciuitatibus cō-
 tingent, q; dicat, fabulas ista esse: & quae optari potius, q; capi consilio possint. Interpret. Duo
 hæc membra orationis commiscens: & sententiam Platonis deprauas. Hæc, inquit, quasi per
 fabulam distat: preces ad Deum sint multum collaturae: si hæc leges ubiq; obrinebunt. Tum Pla-
 to de aquarum ductibus: & puteis faciendis disserens, ἀνθρώποις δὲ ἐπινοήσονται, εὐμνηστῶν ἐκ
 γῆς, τὰ ἐκ τοῦ ἰσῶν ἀποστῆναι ἕκαστα, καὶ ἐλλείπει τῶν ἀσχημάτων πρὸς μάλιστα, ὅρου ἐστὶν ὡς τῶν
 ἰσῶν τῶν γῆς, καὶ τῶν ἀσχημάτων πρὸς μάλιστα. Siqua, inquit, aliquibus in locis aquae inopia solo in-
 citati: uos arceat a lone pdenntes: ita defectus necessarii liquoris urget: suo quisq; in loco ad
 cretam usq; effodiet. Interpret. Quod si aquae inopia in agris est aliquibus: & pluuiabus ags
 retentis uiuunt cum necessitate: quispiam in loco suo ad terram usq; solidiorem effodiat. De-
 inde Plato de fructuum usu, διπλῆς ἡ μὲν, φησὶ, διδάμαται ἡ δὲ τῶν χεῖροισι αὐτῶν, τὸ μὲν, πρὸς διὰ
 διονυσίαν ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ. πῶς δὲ τῶν ἀπὸ τοῦ γαμοῦ ἕκαστα ἕκαστα. Duplex, inq; gratiae munus
 hæc dea nobis largitur: alterum ad delicias non recondendas: alterū ad recondendas aptissimū.
 Interpret. alterum ante depositionem: alterum in depositione. Item Plato, ἵσῶν δὲ φησὶ, ἀγρο-
 κῶν ὁ πρὸς γῆς πρὸς τῶν, φησὶ, ὡς τῶν καὶ οὐκ ἐστὶν. Quicūq; de rusticis fructibus: uuas, aut ficus gra-
 statit: quo in loco rusticos fructus: eos nominat, qui apti sunt ad recondendum. Interpret. Qui
 uuam ante uindemiae tempus gustauerit. Item Plato, contumaces eius legis de fructu rustico
 puniens, ἑστὶν δὲ ὁ δούλος, φησὶ, μὴ πείσῃς τῶν ἀπὸ τοῦ πῶν γῆς, ἢ πῶν τοῦ πῶν, κα-
 τὰ τῶν φησὶ, καὶ οὐκ ἐστὶν, ἵσῶν δὲ φησὶ, πᾶσι τῶν πρὸς τῶν. Si setus, inquit, domi-
 no fundi inuito tetigerit hæc quotiensq; uuae acinos siue ficus comederit: totidem plagis cæda-
 tur. Interpret. Quod si setus id quispiam fecerit: per singulas ficus: acinosq; uuae: aequalia nu-
 mero uulnera patiatur. O misit particulam illam domino fundi inuito: quae maxime necessaria
 erat: Nam si quis cōcedente domino collegerit: nulli poena obnoxius erit. Nec uero reliquam
 partem sine errore interpretatus est: seruū enim, qui uuam comederit: totidem, inquit, pati uul-
 nera debere: quot acinos comederit: quate nihil esse posset iniquius: nihil a Platonis sententia
 alienius. Ille enim uerba ait, seu plagas, non uulnera. Item Plato, ἑστὶν δὲ φησὶ, ὅσοις ἂν
 αὐτῶν, ἢ δούλων, ἢ ἑστῶν, ὡς μὲν δούλων, καὶ ἑστῶν, ἢ ἑστῶν, ἀποτίμειται. Siquis nescius te-
 tigerit: si seruus est: si agris cædatur: si liber: dimittatur admonitus: ut reliquos tāgat fructus, qui
 uuae passae conficienda: aut uino: aut caryæ commodi non sint. Interpret. Si uero depositio-
 ni aptas sciēs tetigerit: seruus quidem plectatur: Liber autem repellatur: ut doceat ficus: uuamq;
 solummodo ad depositionem ineptas capere alienis licere. Nescium Interpret. scientem dicit:
 & repelli, quem dimitti Plato cōstituit: quid tangi posset: ita quo abstinerere oporteret admonitum
 passam autem carycam: uinum hoc est fructus reconditos: dicat cur nominare noluerit. Item
 Plato, legem de malis: piris: malis punicis: reliquisq; huiusmodi scribens: peregrinis quidem &
 in fundo comedere: & domum deserere permisit. Ciuibus uero liberis esse tantum in fundo ni-
 hil uero inde deferre, ἑστὶν δὲ φησὶ, ὡς τῶν ἀπὸ τοῦ πῶν, φησὶ, ὡς τῶν ἀπὸ τοῦ πῶν, καὶ ἀποστῆναι μὴδε,
 καὶ τῶν ἀπὸ τοῦ πῶν, καὶ τῶν ἀπὸ τοῦ πῶν, ὡς τῶν ἀπὸ τοῦ πῶν. Si senior, inquit, tetigerit edendo, & ni-
 hil deserere do licet peregrino permittit: est omnium huiusmodi fructuum particeps sit. Inter-
 pres. Sin uero senior quispiā comederit, nec asportauerit: sibi quoq; i his oibus liceat. Itē Pla-
 to, tertiam partem fructū duntaxat cogi quēq; debere instituit: cuiq; uēdat: & quū fructū partim
 nobiliores: partim ignobiliores afferri solēt: mistā ex utroq; genere tertiam partē uēdi decemēs,
 χεῖρα πρὸς, καὶ βέλτερον πρὸς, φησὶ, ἕκαστα ἀπὸ τοῦ πῶν, καὶ ἑστῶν πρὸς γῆς. Meliora, inq; aut deterio-
 ra quaeq; ex his agrū gigneret: augereq; necesse ē. Interpret. Necesse est eni, ut agri alia copiose:
 alia cōtra pducāt. modū redditi p generecū dicat copiose. Mox Plato, λαδῶν δὲ ἕκαστα ἑστῶν
 διττῶν τῶν ἀπὸ τοῦ πῶν, φησὶ, καὶ τῶν ἀπὸ τοῦ πῶν, καὶ ἑστῶν, ὡς τῶν ἀπὸ τοῦ πῶν, καὶ βέλτερον πρὸς γῆς.
 o iii

¶ Duas, inquit, partes: quas civis sibi quisque servaverit: distribuere suo arbitratu possit servis: libe-
 ris: uel quatenus, & quo modo uoluerit. Interpres. Quilibet autem civis cum duas partes seruo-
 rum: liberorumque acceperit: sicut uelit ipse: distribuatur. Tum Plato de eisdem rebus uenabilibus agens:
 quemadmodum ciues uendere debeant peregrinis: statuit: eas scilicet res: quas uendere peregri-
 nis licebat. *τὴν δὲ αἰείων φησί, πρῶτα μὲν τὰ παρὰ τοὺς ξένους ταχθέντα πωλῆν τοῖς ἀσπίσι, σκοπείν
 ἢ γέρναι καὶ ἔμπεδὸν τοῖς νόμοι ἐκείνοις.* In uenabilibus, inquit, rebus primum de his considerandum est:
 quas a ciuibus uendi peregrinis decreuimus. Interpres. Tametsi hoc a Platone sub obscure di-
 ctum ex iis: quae sequuntur: apertius intelligi possit: ita tamen transiit: considerentque, an conue-
 niant secundum leges singula ciuibus uendant. Ita cum Plato considerandum dicat. An ciues iu-
 ste uendere peregrinis possint: hic contra interpretatur: an peregrini iuste ciuibus ualeant uenun-
 dare. Nam conueniens res eius uocabulum: ego quidem peregrinos significare arbitror. Itē Plato,
 nullam cauponandi rationem ciuibus suis permittit: uetatque, ne aut ipsi aliis cauponentur: uel ab
 aliis emant obsonia: Peregrinos tamen peregrinis in foro peregrinorum cauponari posse conce-
 dit: hoc modo, *ὅτι δὲ πᾶς τῶν ξένων ξένος ἀγορεύει, πωλῆν τοῖς ἑθελουχοῖς τε, καὶ τούτων δούλους.*
 Peregrinus autem in foro peregrinorum opificibus uendat, & eorum seruis. Interpres. hoc re-
 ferens ad ciues in peregrinorum tamen foro, inquit, opificibus: seruisque suis uendere liceat. Ita
 ciuibus permittit cauponari: cum peregrinis uendant: Longe aliter, quam Plato decernat. plerisque
 etiam alios errores in hac lege committit: quos perspicere facile poterit: si quis interpretatione
 eius cum Platonis libro contulerit. Ceterum in ultima huius libri parte: cum Plato de inui-
 uoluntatis disputaret, *ἔστιν αἰεὶ, φησί, τῶν βουλομένων εἶναι εἰς τὴν αὐτὴν μετέπεισοιν ἔδδη ἴσχυος, μερίκιον μὲν δὲ σπῆ-
 κρον τὰ πλεονεξία, καὶ τὴν πᾶσι σφαιρῶν, καὶ δὲ ἄλλο ἀδύνατον εἶναι, πειρᾶ ἀντιθέσθαι, ἢ πράττειν.* Licere cuius
 inquit, certo tempore urbē colere: sine aliqua incolendi mercederant ullo uendendi: mendi: ne
 uectigali uno officio uirtutis excepto. Interpres. Immunitatem hanc incolarum mercedis reli-
 quit: & quod ab incolis Plato unum uirtutis officium requirit: similiter praefermisit: quasi parū
 intersit: uirtutem quis an uitia exercent. At uero Plato, neminem nisi cum uirtute in urbem reci-
 piendum censet: etiam si commoditatis desiderium urgeat: quia quidē una commodi ratione reci-
 piunt peregrinos: legumlatores permittunt. Nam ceteris quidem decausis melius agi putat: sine
 huiusmodi focis, qui peregrinos inferant mores: & ciuium probitatem deprauent. Ita Plato, in
 colas admitti quidem concedit: sed salua uirtute: quod unum quasi mercedem: & uectigal postu-
 lat: exigendumque ab omnibus decernit. Atqui Interpres, partē hanc praefermisit: qua sublata legem
 omnem labefactari manifestum est.

EX LIBRO NONO.

¶ Reprehensio, & emendatio tredecim magis insignium errorum, quos aduersarius in noni li-
 bri interpretatione commisit. Caput. x.

¶ Am uero quid in nono libro aduersarius egerit: uideamus: Principio excusare se Pla-
 to uidetur, quod de sceleribus quibusdam turpissimis: ac nefandissimis legem ferat: &
 quam non esse se nescium dicit: eam temp. in qua optimae leges conditae sunt: uix pos-
 se in tantum errore delabī: quoniam tamen non dum aut deorum filii sunt: qui uel
 dant: uel accipiunt iura: sed homines natura fragiles: & ad errorem propensi: non indecens esse
 interdum suspicari: ac timere, ne quis etiam in tali rep. natus: educatusque, quasi sua natura incox
 prodeat: ueluti usu euenit: ut nonnulla fata fulmine tacta dura efficiantur. Itaque, haudquaquam
 ineptam esse arbitratu huiusmodi quoque delictis praesidio legum prouideri: quae cum a Platone mi-
 ro quodam omatū: ac splendore scribantur: Interpres omnia peruertit: & confundit, atque dilacerat.
 Neque est turpe, inquit, oia legibus complecti: ea praesertim in ciuitate: quae dicimus recte se ad uirtutis
 adquisitionē habiturā. Oportet enim, ut praeniamus minantes: neque flagitiosos: aut facinoros: tum se: tum
 alios corrumpt. Leges igitur istae faciendae sunt: auertendi a uitiis gratia. Vix quoniam non ut praeser-
 legis latores agimus: quae cum deos: filii essent heroibus: & ipsi a diis nati sunt leges ferebat: sed
 homines hominibus ista sancimus: mereri par est: neque ciuium natura indomita nobis gignat: ut quasi
 praedura legumina igni legum decoqui nequeat. O admirabile peritiam interpretis: O doctrinam
 singularē: non turpe existimat in ea rep. scelera lege complecti: de quae spes uirtutis optima est: & quae
 Plato causam afferunt tacendum sit: eandē hic causam adducit: quae obrem non sit tacendum: sed res
 quae longeior sim pretereo. Posthaec Plato ordinem inimicitiae describit: & quae primo: quae se-
 cundo loco reip. hoste existimari consentaneū sit: explicat. Vbi cum de primo dixisset: de secundo ita
 loquitur, *τὸν δὲ καὶ καὶ ἀντιθέσθαι μὲν τῶν φίλων τοῖς ἀσπίσι, τῶν μεγάλων δὲ μετὰ χεῖρας ἀσπίδων εἰς τὴν πόλιν,
 ἀλλήθους τε τῶν αὐτῶν, καὶ μὴ ἀλλήθους, ἀλλήλους δὲ τὸν παρὰ τὸν αὐτῶν, καὶ τὸν μετὰ χεῖρας μόνον, καὶ ἀλλήλους*

¶ Qui autem eorum facinorum participes quidem non est:
 ¶ Amplissimos tamen reip. magistratus affecutus non inuigilet ciuitatis salutis: sed aut lateant eis
 ¶ aut non lateant ea facinora: praesentis animi autē sui ignauia patriae hostes non ulciscatur: Hunc secū
 ¶ do inter prauos ciues adnumerari par est. Interpres. Secundus deinde, qui quauis participes eius
 ¶ sceleris non sit: timide tamen effugere poenas illum patif. omisit magistratus amplissimos
 ¶ omisit negligentiam in inqrendo: quae contra statum ciuitatis committuntur: & ignauiam in ul-
 ¶ ciscendis hostibus patriae. Quorū causa Plato eum, qui praesentis condennat: siue rem nouit: siue
 ¶ ignorat: Nam ipsius interest scire: qui temp. administrat: & magistratu amplissimo fungit. Itē
 ¶ Plato, *οὐ κακῶς, φησί, ἀπενομοῦμαι, ὅτε δούλους ὡς ἐκείνοισι ὑπὸ δούλοι ἀπενομοῦμαι, πᾶσι τε
 τούτων ἐαυτομοῦμαι.* Non male, inquit, contulimus: cum eos: qui nūc uulgo leges recipiūt
 ¶ seruis agrorum dixerimus similes: qui ab aliis seruis curarentur. Interpres. Neque mala nos ima-
 ¶ gine uos: quando legumlatores uniuersos seruis contulimus, qui aliis seruis medentur. Itē Pla-
 ¶ to, omnē actum: affectumque quatenus aequi participes sit: atenus honestatis quoque participem ef-
 ¶ se ostendens, *ἐὰν δὲ τε, φησί, ἄλλοις μὲν εἶναι ὁμολοῦμαι, ἀσπίδων δὲ πᾶσι, ἀπὸ τῶν ἀλλήλων, καὶ
 καὶ τὴν καλῶν, ἐκείνων τῶν δικαίων ἀσπίδων εἶναι.* Ati aequum, inquit, affectum esse: uerum non
 ¶ honestum: sed turpem confitemur: discipet honestum ab aequo necesse est: cum iam turpe esse
 ¶ dicatur: quod aequum est. Interpres: poema quanto iustitia, tanto boni: honestique participes est:
 ¶ Quare affectus quoque tanto bonus: honestusque esse cognoscitur: quanto iusti participes non dif-
 ¶ sonam ab eo habet rationem. Si ergo, qui iustus conceditur turpis esse affectus: non negatur,
 ¶ iustum: honestumque dissonant. Iusta. n. turpissima esse dicentur. Poema uir doctus interpre-
 ¶ tatur: quod apud Platonem actionē significat: Quam respectu passionis Plato considerans: idē
 ¶ conuenire agentis: patienti, uel potius actionis: passionisque indicat: quod idem sunt: ut
 ¶ etiam Aristoteli placet. Quauis alterum respectu agentis: actionis: alterum respectu patientis: passio-
 ¶ dicatur. Magna est ergo peritia interpretis, qui poema pro actione ponit: magni uidelicet alicu-
 ¶ ius poetae carmen: Quid enim aliud, quam carmen itelligere possunt latini cum poematis audiant
 ¶ mentionem? Item Plato cum superior omnē iniunam inuoluntariam esse dixerit: quam sen-
 ¶ tentiam sequi uidetur, quod non recte similibus peccatis poenae inferri dissimiles debeat: socius al-
 ¶ terum ex duobus faciendum dicit, *ἢ μὴ λέγει, ὡς πᾶσι ταύτοις αὐτοῖσι ταῖς ἀδικήμασι, ἢ ὡς εἶναι ἁπλοῦς
 ἀφ' ἑαυτῶν, πρῶτος ἀπὸ τῶν αὐτῶν.* Aut dicendum non omnem iniunam inuoluntariam esse: aut primo
 ¶ demonstrandum recte hoc dictum fuisse. Respondet his Plato, *τὸ τὸν αὐτῶν τῶν ἀδικημάτων, καὶ
 οὐκ ἀπὸ τῶν ἑαυτῶν ἡμῶν γίνεσθαι, ὡς δὲ μὴ λέγει, οὐδὲ οὐδὲ μὴ εἶναι, ἀλλὰ πᾶσι ταύτοις, οὐδὲ αὐτῶν
 οὐδὲ ἑαυτῶν, ἀλλὰ πᾶσι ταύτοις, οὐδὲ αὐτῶν, ἀλλὰ πᾶσι ταύτοις, οὐδὲ αὐτῶν, ἀλλὰ πᾶσι ταύτοις.* Alterum igitur isto
 ¶ rum pati equidem non possum: ut quod ita esse existimo: negem. Cum enim a uitae mex insti-
 ¶ tuto alienum hoc est: tum piū esse: nequaquam iudicatur. Reliquum explicare aliquo modo co-
 ¶ nabor: quemadmodū duo sint: quae non uoluntario, & inuoluntario: sed quodā alio differant:
 ¶ Interpres. Quorum alterū ipse non patiar, sed dicam, cur nam ita mihi uerum uideatur: Non
 ¶ enim aequum uideat, quo modo autem si sponte, & non sponte non differant: duo sunt: & quo
 ¶ alio differant subapertire conemur. Item Plato, *καὶ ἀπὸ, φησί, τῶν αὐτῶν μὲν κατὰ τὴν ἀδικίαν,
 τὸ δὲ περὶ τοὺς ἀπὸ τῶν αὐτῶν ὄντων ἀδικημάτων, καὶ τῶν ἀδικημάτων, καὶ τῶν ἀδικημάτων, καὶ τῶν ἀδικημάτων,
 κατὰ τὴν ἀδικίαν, καὶ τῶν ἀδικημάτων, καὶ τῶν ἀδικημάτων, καὶ τῶν ἀδικημάτων, καὶ τῶν ἀδικημάτων.* Siquis sua manu homi-
 ¶ nem occiderit liberum: uerum id per iram inconsulto fecerit: cetera quidem mala subeat: quae
 ¶ conueniunt ei, qui non per iram hominem occiderit: sed bienniū a patria exulet. Interpres. Si
 ¶ quis liberum hominem sine praemeditatione, & sine insidiis: sed repentina commotus ira intereme-
 ¶ rit: eam ea fecerit: quae illi faciēda sunt: qui absque ira occiderit: duobus ad iram suam domandā
 ¶ exulet annis. Quo modo haec cum Platonis sententia conueniant: manifestum est. Item Plato
 ¶ suam illam sententiam exponit nihil mente, & scientia esse praestantius non ordinem: non legem:
 ¶ non quiduis ex omnibus rebus protulerit: neque enim fas esse mentem alicui rei subiici, atque ser-
 ¶ uire: sed omnium principem esse illā decet. Itaque si quis mentis scientiaeque liberalitatis naturalis pra-
 ¶ ditus est: hanc legem minime desiderare. Quo in loco, *καὶ ὅτι οὐ γὰρ εἶναι οὐδὲ μὴ οὐδὲ μὴ, ἀλλ' ἢ
 κατὰ βραχυ. ἃ δὲ δὲ τὸν ἀδύτητον αἰεὶ τίον τῶν τε καὶ τῶν μόνων.* Sed nūc, inquit, quoniam nemo uspiā
 ¶ nisi raro talis habetur: eligendum, quod loco secundo est: ordinem dico, & legem. Interpres.
 ¶ Nunc uero nūquā hic est: quare alterum: lex uidelicet, atque ordo eligendus: Nūquā hunc esse dicit,
 ¶ qui mentis scientiaeque praeditus sit: quoniam Plato nūquā nisi raro reperitur: debuit dicitur: nūquā
 ¶ esse affirmat. Item Plato dum legumlatorem: non de omnibus etiam notissimis rebus tubere
 ¶ existimat oportere. Sed pleraque iudicibus decemenda opinatur, *ἢ μὲν δὲ, φησί, τῶν αὐτῶν ἀδικημάτων
 ἢ μὴ ἴσο μο. ἢ μὴ ἴσο μο. ἢ μὴ ἴσο μο. ἢ μὴ ἴσο μο. ἢ μὴ ἴσο μο. ἢ μὴ ἴσο μο. ἢ μὴ ἴσο μο.*
 ¶ τῶν αὐτῶν ἀδικημάτων. Nobis inquit, succendū non est: quod non de summis: plurimisque scripserimus: etiam
 ¶ o liii

mediocriter eruditi iudices possint pspicere. Interpres. Nemo ergo nos incuset: si maiora: plu-
 raq; legibus ordinamus: quæ uel improbe educati iudices possent conspiceret. Quanta sit pru-
 dentia, quod acumen: quale ingenium interpretis facile ex hoc loco licet perspicere. Plato: quæ
 notissima sunt omittenda existimat: uel quia minima uel quia summa: ut cuiq; perspicua esse
 possint. Fit enim in usu ciuili: ut minima & summa æque omnes cognita habeant. Quis enim
 patriciam: aut impium nesciat esse puniendum, quod summum est: aut quis ignoret: licet uni
 cuiq; panem: quem comedat emere: quod est minimum? Interpres uero maiora, & plura: quæ
 iudices uel improbe educati possint conspiceret dicit ab eo ordinari: a quo superius dictum fue-
 rat legumlatorem non de omnibus oportere decernere: sed ad reliqua pergamus. Plato prohi-
 bet nequis ætate minor seniore ciuem: a quo nasci ratione ætatis posset uerberare ausit. Tum
 etiam nequis peregrinos uerberibus uel inferendo: uel ulciscendo emendet. Interpres: quod
 de ætate ciuib; præscribitur: idem peregrinis etiam tribuit: quod ex Platonis sententiâ non est.
 Item Plato. Cui iunioribus ciuib; legem præscripsisset: ne quem seniore cedere audeant
 siue ciuis: siue peregrinus sit, quamuis ab eo laeserit: deinceps, quod ad peregrinos pertinet: ita
 sancit: ut si quis iunior a peregrino uapulet: non audeat eum afficere ipse uerberibus. At si puni-
 endum indicat ad tribunorum plæbis iudicium uocet: his uerbis *ἐξέως δὲ ἀσπλάγξειοντα, καὶ θρα-
 συμένους ἐαυτὸν τῷ πῖσι, καὶ τὸν ἀσπλάγξειοντα, καὶ θρασύμενον, ἀπὸ τῆς ἀσπλάγξειοντος, καὶ θρα-
 συμένου. ἢ τῷ πῖσι ἐπὶ ἀσπλάγξειον, ἢ τῷ ἀσπλάγξειοντα, καὶ θρασύμενον, ἀπὸ τῆς ἀσπλάγξειοντος, καὶ θρα-
 συμένου.*
 Audentem peregrinum: contumelioseq; agentem: ut ciuem cædat, si qui cæditur puniendum
 illum censet: capiat, & ad tribunos plebis perducatur: nec ipse uerberetur eo magis a cædendis ci-
 uibus suis abstineat: quando etiam se a peregrinis continet. Interpres: quod si peregrinus elat-
 us furor uerbata inferat: & inde puniendus uideatur: captum ad tutores urbis perducatur: mi-
 nus audeat ciuem cedere. Reliquit: nec ipse uerberetur: ut errorem suum similem ueri faceret
 quandoquidem, ut mitius audeat ciuem cedere: dicit de peregrino: cum Plato, non de peregrini-
 no: sed de ciue dicat: ciuem non esse cædendum. Item Plato *ἔλαξε δὲ, Φησὶν, ἢ λίσσῃ, καὶ τὸν
 ἀπὸ τοῦ ἀσπλάγξειοντος, ἢ ἀπὸ τῆς ἀσπλάγξειοντος, καὶ θρασύμενον, ἀπὸ τῆς ἀσπλάγξειοντος, καὶ θρα-
 συμένου.* Si iuuenis æqualem aut etiam maiorem filium familias non dum patrem cæciderit: liceat
 cum ulcisci armis naturalibus: hoc est manibus nudis. Interpres. æqualis autem æqualem: aut
 cum a quo natus esse per ætatem non posset: si uerberibus cædat ex filio familias natu maiore:
 cum facit a quo cædens natus esse per ætatem non posset. Item Plato iubens nequis per faci-
 nus audeat parentes cedere omnes ad opitulandum: defendendumq; hortatur: quicumq; pa-
 trem: aut matrem cædi a pignoribus suis uiderint: & tum spe præmiitū metu ignominia quos
 cumq; impellit: siue ciues: siue incolæ: seu peregrini sint: q; iterant *ὁ δὲ μὴ μὲν τοῖσι, καὶ τὸν ἀσπλάγξειοντα, καὶ θρα-
 συμένον, ἢ τὸν ἀσπλάγξειοντα, καὶ θρασύμενον, ἀπὸ τῆς ἀσπλάγξειοντος, καὶ θρασύμενον.* Non incola, inquit, si opem tulit laudē assequatur: non
 tulit: uituperetur. Interpres: incola uero: aut uituperationem: aut laudem si fecerit: consequatur.
 Quis incola sit: uidetur ignorare: & ideo de eadem re duo contraria ponit. Taceo enim: quod
 Plato incolis: ac peregrinis pro premio statuit: si opitulentur conuocationem ad auxilium
 dixisse. Ita enim Plato scribit *ὁ μὲν μὲν τοῖσι, καὶ τὸν ἀσπλάγξειοντα, καὶ θρασύμενον, ἀπὸ τῆς ἀσπλάγξειοντος, καὶ θρα-
 συμένον, ἢ τὸν ἀσπλάγξειοντα, καὶ θρασύμενον, ἀπὸ τῆς ἀσπλάγξειοντος, καὶ θρασύμενον.* Incola: & peregrinus si opem tulit ad sedendum an-
 te alios: dum ludī aguntur: uocetur. si nō tulit: perpetuo exul sit: non incola si opem tulit: laudē
 consequatur: si non tulit: uituperetur. Interpres uero: & peregrini: ac incolæ ad auxilium conuo-
 centur: & q; auxiliari noluerit: peregrinus quidē ppetuo exterminetur: incola uero: aut uitupera-
 tionem: aut laudem, si fecerit: consequatur. Sed iā tēpus est: ut ad decimum librū transeamus.

EX LIBRO DECIMO.

Reprehensio: & emendatio trium magis insignium errorum, quos aduersarius in decimo libri interpretatione commisit. Caput. xi.

Idem Plato in decimo legum libro de anima solis tripartita quadam opinione. Ut
 anima: aut forma corporis eius uolubilis naturalis hærens intrinsecus moueati quem-
 admodum nos ab anima nostra de loco ad locum mouemur: aut extrinsecus ad epta
 corpus quodam ignis: aeris: ue: ut aliqui uolūt: impellat per uim corpore corpus: aut
 tertio ipsa quamuis uacans corpore: alias quasdam uirtutes habeat admirabiles: supra, quam di-
 cere homini fas sit: quibus regat: & moueat. Assentitur his socius: qui cum disputatio est: atq; ita
 demū concluditur *ὁ μὲν μὲν τοῖσι, καὶ τὸν ἀσπλάγξειοντα, καὶ θρασύμενον, ἀπὸ τῆς ἀσπλάγξειοντος, καὶ θρα-
 συμένον, ἢ τὸν ἀσπλάγξειοντα, καὶ θρασύμενον, ἀπὸ τῆς ἀσπλάγξειοντος, καὶ θρασύμενον.* Si liberto inquit, tertii census modum facultates excesserint:
 Si. xxx. die post, q; deprehēsa res fuerit: cum suis rebus abito: nec magistratus facultatem ei ami-

omnia regat oportet: unde præstat aiam eius, siue itus agitans currum: solem nobis adducit: lu-
 men cunctis mortalibus iucundissimū: siue extrinsecus: siue quo modo: & qua tandē libet: pstat
 inquit: deū esse oēs arbitremur. Sic Plato cōcludit sapiora: quæ de anima solis dixit affirmans:
 aut scilicet intrinsecus mouere: aut extrinsecus tactu corporis: aut incorporea quadam uirtute
 quod uerbis illis significat quo modo, & qua tandem libet. Interpres. Certe uno istorum mo-
 dorum cuncta circūduci ab anima necesse est. Quid porro cum sine curru solem nobis anima
 eius circūducit: siue cum in ipso insit: siue foris sit: siue quomodocunq; quis imaginetur,
 Nōne Deum esse oēs arbitri debemus? Addit hic modum quartū: ut per currum anima mo-
 ueat: quo sublato quomodocunq; quis imaginetur, inquit, Deum esse oēs arbitri debemus: Vt
 dete uidete hominis eruditionem. Plato poetæ: metaphoram tangens: qua solem curru deser-
 ri dicant: siue intus, inquit, agitans currum: solem nobis adducit: hic quid porro cum sine curru
 solem nobis anima eius circūducit: siue cum in ipso insit: siue foris sit. Item Plato, plura de
 prouidentia locutus est: quæ doctus Interpres: non literarum luci: sed tenebris tradidit: siquidē
 alia præterit: alia adiicit: alia confundit: oia miscet: ut quid dicat a nemine intelligi possit: lon-
 gum admodum esset exponere, q; deprauauerit eum locum: in quo Plato, ita inquit, Ob hæc oia
 te iculare tanq; rerum eiusmodi autores minime pati propter cognationem certum est: q; etiam
 peruerterit: cōclusionem: qua Plato per disunctionem complectitur: deos, aut propterea parua
 negligere: quia indecens esse norunt ea curare: aut quia: uel ita agendum esse ignorant: uel ne-
 gligere patiuntur: quæ curanda esse intelligunt. Quid cū dicit indigere adhuc uerbis: quibus q; i
 cantu frangatur. Vbi Plato, inquit, afferēda esse: adulescenti uerba quædam: quasi carmen: quo
 persuadetur: ducaturq; ad credendum singula agi: ad tuendam: absoluenamq; uniuersi inco-
 lumitatem. Item Plato cum principes quosdam necessario esse dixisset: Qui cœli uniuersi gu-
 bernacula tenerēt subdit: *ἀλλ' ὅρα τίσι προσοτρῆσαι τὸν ἀσπλάγξειοντα, καὶ θρασύμενον, ἀπὸ τῆς ἀσπλάγξειοντος, καὶ θρα-
 συμένου. ἢ τὸν ἀσπλάγξειοντα, καὶ θρασύμενον, ἀπὸ τῆς ἀσπλάγξειοντος, καὶ θρασύμενον.*
 Sed quibus tandem principi-
 bus similes illi sint: A ut quinam illis similes ex his habeantur: quos apte conserte possimus: ita
 feriores uidelicet cum superioribus? Vtrum aurigæ bigarum certatium speciem illam beatam
 referat: an nauium gubernatores? Tum uero cum principibus quibusdam exercituum fortasse
 conferrī possunt: aut cum medicis, qui bella morborum ab humanis corporibus arcēt: atq; pro-
 pulsant: aut cum agricolis: qui orientibus stirpibus tēpora solito grauiora suspicantur. Aut etiā
 cum pecudum custodibus: atq; magistris non inepte comparari posse existimem. Interpres.
 Sed forsitan quibusdam principum omnes: aut eorum aliqui similes sunt: ut possibile nobis sit
 minores: maioribus comparare: utrum aurigæ aliqui certantium curuum tales sunt: aut guber-
 natores: nauium? Fortasse etiam exercituum ducibus constituendum: uel medicis, quasi aduer-
 sus agrotationes corporum bellum gerāt: aut agricolis inimicas fructuum tempestates timen-
 tibus: aut etiam gregum: armentorumq; præsidibus. En Interpres noster omnes: aut eorum
 aliquos similes principibus dicit: cum Plato omnes scripserit: quasi ipse animaduertit esse ali-
 quos cœli rectores, qui conferrī cum principibus nequeant: & qd Plato medicis tribuit: ut mor-
 borum bella arceant, & propulsent: hic in bellum peruertit: quod dii aduersus ægritudines ge-
 rant. Et cum Plato ortum stirpium dicat: hic fructus reddit: quasi absurdum sit ortui arborum
 tempora aliqua esse aduersa, & graua. Pretereo reliqua: quæ tum in hæc: tum in cæteris huius
 libri partibus notari merito possent: cum satis hæc ad institutum nostrum esse existimemus.

DE LIBRO VNDECIMO.

Reprehensio, & emendatio septendecim magis insignium errorum: quos aduersarius in undecimo libri interpretatione commisit. Caput. xii.

Per q; pia Platonis sententia de cultu parentum.

Vam in undecimo quoq; libro sibi constet Interpres nunc uideamus: Censet in hoc
 libro Plato ciuium libertos: non admodum diuites effici oportere. Itaq; supra tertii
 censum augeri eorum peculium non permittit *ἐὰν δὲ τῷ ἀπὸ τῆς ἀσπλάγξειοντος, καὶ θρα-
 συμένου, ἢ τὸν ἀσπλάγξειοντα, καὶ θρασύμενον, ἀπὸ τῆς ἀσπλάγξειοντος, καὶ θρασύμενον.*
 Si liberto inquit, tertii census modum facultates excesserint:
 Si. xxx. die post, q; deprehēsa res fuerit: cum suis rebus abito: nec magistratus facultatem ei ami-

plius in ciuitate manendi cōcedunt. Interpret. Si autem liberti alicuius bona tertium censum adæquauerit trigesimo die postea, quam hoc factum sit: rebus suis acceptis recedat: nec ulla manendi facultas a magistratibus sibi concedatur. Hæc lex interpretis est: non Platonis. Lex enim Platonis facultates liberti tertium censum excedere nō patitur: æquare permittit. Lex uero ista interpretis ne æquare quidem permittit. Item Plato ciuibus suis abstinedum ab illiberali cau-
 ponandi negotio censet. *ὅς δ' αὖτ' ἄφρονος καὶ ἀπειροῦ τῆς αἰετῆς ἐξουσίας τὴν ἐπιμέλειαν ἔχει, ἡ δὲ αὖτ' ἄφρονος καὶ ἀπειροῦ τῆς αἰετῆς ἐξουσίας τῆς αἰετῆς ἐξουσίας τῆς αἰετῆς ἐξουσίας.* Siquis cauponandi, inquit, illiberalē negotium tractare ullo pacto uoluerit: accusato eum, qui uolet familiæ deho-
 nestatæ apud uiros i ciuitate uirtute primarios. Interpret. Qui autem illiberali cauponationi: atq; arti operam dederit impudētia: a uolente ad opimates: uirtuteq; primos accusetur. Quod Plato ait, arte aliqua hoc est ullo pacto. Pro arte Interpret. simpliciter accepit: & cauponationi: ut uerbo eius utar adiunxit: pro dehoneſtata uero familia: impudentiam dixit. Item Plato de opificibus scribens: partim eos Vulcano: & Palladi dicatos ait: utpote eos, qui artibus humanā uitam instruxerunt: partim Marti: & Palladi: eos scilicet, qui opera opificum seruant aliis admi-
 niculis: & arte alla opitulante. Interpret: qui opificum officium ceteris quibusdam cōseruant artibus: reliquit adnuculi nomen: quod rei militari Plato accommodauerat. Item Plato, *ὅς μὴ ἀποδιδόντος, φησὶ τὸν ἐπιμελεῖσθαι τοὺς μισθοὺς ἐν τῷ τεταγμένῳ χρόνῳ, διὰ τὸ οὐκ ἔχειν ἄλλο.* *καὶ δὲ ἐπι-
 σω τὸς ἐξέλιθον, τῶν δ' ἄλλων ἀτόκων ἐν τῶν χρόνῳ, ὅπως δὲ ἀποδοῖν ἐπιμελεῖσθαι, οὐτος τῆς ἀφρονίας ἐστὶν ἐπιμελεῖσθαι.* Qui mercedem, inquit, tempore constituto ex pacto non red-
 diderit duplicem soluto: & si annus præterierit: quanq; ceteræ pecuniæ: quæ mutuo dantur: uacant usura. Hic tamen pro singulis drachmis: singulas sextas drachmæ partes: mensibus singulis dato. Interpret. Qui mercedem: ut pactum est: non obtulerit: duplicem reddat. Si annus præterierit: & pecuniæ: quæ usura parari poterat: sine scenore sit retentæ: qui retinuit sextam singulis men-
 sibus partem deponat. Nullam pecuniam solui per usuram Plato iubet: immo amitti eam: quæ cum usura data est alibi iubet: & hoc loco dicit ceteras pecunias nulla cum usura dari debere. Sed hanc unam ex pœna quasi usuram soluere sextantem: ne quis audeat pacta uiolare: Hic ue-
 ro pecuniam usura dari iubet. Item Plato de testamētis: legatisq; dicitur. *ἡ δὲ τῶν ἀφρονῶν, φησὶ, πᾶσι τῶν ἀφρονῶν ἐπιμελεῖσθαι τῆς διαθήκης.* Horum initia, inquit, oīum esse solent uoluntates ultimæ morientium: ut tandem libuit testari. Interpret. Eorum qui moriebā-
 tur cupiditas: & affectus. affectum pro testamento interpretatus est: & cupiditatem pro ultima uoluntate. Itē Plato, *ὅς δ' αὖτ' ἄφρονος καὶ ἀπειροῦ τῆς αἰετῆς ἐξουσίας τῆς αἰετῆς ἐξουσίας τῆς αἰετῆς ἐξουσίας.* Difficile, inq; est nostra cognosci a nobis: qu-
 eritā nos ipsos: quod illo quoq; Appollinis Pythii oraculo significatur. Nosce te ipsum. Inter-
 pres. Difficile nobis est pecuniam nostrā cognoscere: quare ad uos illud repetimus, quod Py-
 thius dixit. Quam magnifice Interpret. noster haurit oēs sensus autoris? Ideo dicit repetendū esse Pythii dictum: quasi ille de pecunia dixerit: nosse eam difficile esse. Et cū Plato dicat: quin-
 etiam nos ipsos: difficile scilicet esse cognoscere: hic ad nos illud repetimus: transfert. Itē Plato de orbitate filiorum tractat: ne pupilli a tutoribus: aut magistratibus negligantur: aut patiantur iniuriā: Quo in loco pœnam magistratui statuit: si in illos uel negligentia: uel iniuria usus fue-
 rit. Interpret: si de magistratibus quisquā affixisse orphanum uidebitur: affligere dixit solum: quasi nō referat siue negligentia: siue iniuria: quis offenditur. Atqui apud Platonem refert, nec eadem pœna negligentia: qua iniuria: crimen punitur. Itē Plato, *ὅς δ' αὖτ' ἄφρονος καὶ ἀπειροῦ τῆς αἰετῆς ἐξουσίας τῆς αἰετῆς ἐξουσίας τῆς αἰετῆς ἐξουσίας.* Luceat inquit, filiis ac-
 cusare patres dementia: aut senectutis uitio turpiter affectos. Interpret: & filiis: ut confectos pa-
 rentes morbis uel senio: luceat amentia: crimine accusare. Hæc quoq; lex interpretis est: nō Pla-
 tonis. Ille enim si turpiter affectus est pater: uel morbo: uel senectute: citandum a iudicibus cen-
 set: & a rei familiaris cura remouendum. Hic uero si morbo duntaxat: aut ætate confectus est: ci-
 tandum censet: quasi idem sit confectum esse ætate: & morbo: & amentem esse: atq; desipere. At-
 qui permulti sunt: tamen si senes: atq; ægroti: prudentia tamen, & consilio uigentes. Item Pla-
 to, ne patres ex quauis causa filios abdicent: prouidendū ratus: *ὅς δ' αὖτ' ἄφρονος καὶ ἀπειροῦ τῆς αἰετῆς ἐξουσίας τῆς αἰετῆς ἐξουσίας τῆς αἰετῆς ἐξουσίας.* *ὅς δ' αὖτ' ἄφρονος καὶ ἀπειροῦ τῆς αἰετῆς ἐξουσίας τῆς αἰετῆς ἐξουσίας τῆς αἰετῆς ἐξουσίας.* Cui animus, inquit, minime felix si-
 ne iure: siue iniuria fuerit: ut quem genuit: educantq; remouere a sua familia uelit: nō facile nec statim id facere liceat. Interpret. Quod ne ita facile fiat: perhibetur, ne ita turpiter exponit: nō
 liceat, inquit, ita turpiter eicere. Item Plato, filios abdicatos: nisi per decennium quispiam rece-
 ptus: adoptatus: ue sit mitti in coloniam censet: itaq; præcipit censoribus prolis: hoc est a dautæ iuuentutis magistratibus: ut nimiam populi multitudinem transfemis coloniis amputent: quæ-

admodum in quinto libro legum eius latissime legitur. Interpret. Prolem adancā pro posthu-
 mis accipit: ita inquit. Quod si nemo citra decennium adoptione sibi eum coniungere uo-
 luerit curatores posthumorum: quos in coloniam mitti uolumus: de iis quoq; prouideant.
 Item Plato de discordia mariti: & uxoris prouidendum existimans: iubet, ut decem uiri ex ceti-
 forum ordine: & decem mulieres: ex iis, quæ nuptiis præfunt: reconciliare inter se coniuges co-
 nentur, quod si nullo pacto id assequi possunt: quærant alios, quibus illos facto diuortio con-
 iungant: aut procreandorum liberorum gratia: aut ratione necessarij cultus: cōsumendæq; per
 grati societate ætatis. *Φησὶ γοῦν, ὅσοι μὴ αὐτῶν ἀποδοῖν αὐτῶν, ἢ ὅλιγόν τι αὐτῶν ἐπιμελεῖσθαι, καὶ αὐτῶν ἀποδοῖν αὐτῶν, ἢ ὅλιγόν τι αὐτῶν ἐπιμελεῖσθαι, καὶ αὐτῶν ἀποδοῖν αὐτῶν, ἢ ὅλιγόν τι αὐτῶν ἐπιμελεῖσθαι.*
 καὶ ἐπιμελεῖσθαι ἀλλήλων, τῶν δ' ἄλλων ἀτόκων ἐν τῶν χρόνῳ, ὅπως δὲ ἀποδοῖν ἐπιμελεῖσθαι, οὐτος τῆς ἀφρονίας ἐστὶν ἐπιμελεῖσθαι. *ὅς δ' αὖτ' ἄφρονος καὶ ἀπειροῦ τῆς αἰετῆς ἐξουσίας τῆς αἰετῆς ἐξουσίας τῆς αἰετῆς ἐξουσίας.* Qui carentes liberis, in-
 quit, aut pauciores, quā opus sit habentes disiuncti sint: eos uel procreandorū liberorum gratia
 matrimonium adire alterum conuenit: Qui autem satis iam liberis procreatis disenserint: his
 mutui cultus: & cōsumendæ per gratam societatem ætatis gratia: idem faciendum est. Inter-
 pres. Quo modo hæc intellexerit: & in latinum uerterit uideamus. Sed cū multi, inquit, absq;
 filiis sint: aut paucissimos procreent: ac liberorum gratia una se habitasse querantur. Multi quib;
 non paucos habeant liberos: cōsenescendi tamen studij negligentia: alter de altero queratur.
 Item Plato, cui mortua uxor supersciscens liberos reliquerit mares: & foeminas: huic ducere alte-
 ram: si uelit, quæ filiorum curam habeat: concedit. nolentem uero non cogit: quod si defuncta
 uxor: filios non reliquerit: duci alteram iubet, atq; cogit: ex qua tum familiæ suæ: tum ciuitati:
 quantū satis sit prole procreet. *ὅς δ' αὖτ' ἄφρονος καὶ ἀπειροῦ τῆς αἰετῆς ἐξουσίας τῆς αἰετῆς ἐξουσίας τῆς αἰετῆς ἐξουσίας.*
ὅς δ' αὖτ' ἄφρονος καὶ ἀπειροῦ τῆς αἰετῆς ἐξουσίας τῆς αἰετῆς ἐξουσίας τῆς αἰετῆς ἐξουσίας. Si mortua, inquit, uxor filios reliquit mares: ac foeminas: lex adhibenda est: quæ consulat: non
 quæ cogat: adducta nouerca filios educare. Sin filii nō sint: ducere alterā ex necessitate iubēdū:
 quo satis liberos: tū suæ familiæ: tum etiā reip. procreet. Interpret. Si mulier liberis maritis: sc-
 minisq; relictis mortua est: nō cogens: sed cōsulens: ista lex sit, cum uxore ducere: necessariū nō
 sit: nisi ad liberos domui suæ: ac ciuitati creandos: nutriet filios suos: non adducta nouerca. Sic
 Interpret. totam legem peruenit. Deinde Plato de colendis: obseruandisq; parentibus iubet:
 & deorum exemplo ad hoc officium hortatur filios: ut patres quasi diuinas statuas domi aspi-
 ciant: & ueluti numina colant: obseruent: uenerentur. *ὅς δ' αὖτ' ἄφρονος καὶ ἀπειροῦ τῆς αἰετῆς ἐξουσίας τῆς αἰετῆς ἐξουσίας τῆς αἰετῆς ἐξουσίας.*
ὅς δ' αὖτ' ἄφρονος καὶ ἀπειροῦ τῆς αἰετῆς ἐξουσίας τῆς αἰετῆς ἐξουσίας τῆς αἰετῆς ἐξουσίας. Deos, inquit, non oēs
 cœnimus: sed partim expresse uidentes colimus: partim per effigies: atq; imagines corū pio ani-
 mo ueneramur: quas deorū imagines quamuis inanimas: dum colimus: deos ipsos animatos
 ob eum cultum existimamus gratos nobis: & beniuolos esse. Interpret. Nempe alios quidem
 deorum cœmetes colimus: alios imagines cōstituentes: quos ipsæ: quamuis inanimæ sunt: signi-
 ficant: illos deos esse animatos putamus: & propter hæc affici nobis ipsos fatemur. Hem quan-
 ta est peritia interpretis: pro quos cum colimus: quos ipsæ significant: ponit. Mox Plato gene-
 ra furoris exponens alios dicit morbo furere: alios per iracundiā prauæ naturæ: uitio famq; edu-
 cationem citari. Interpret. turfus educationem alimentum exponit: & omnem deprauat senten-
 tiam, cum dicat, quæ mala simul natura: & alimento concreſcunt. Item Plato, magistratus do-
 ceti quo modo hoies maledicos puniāt. *ὅς δ' αὖτ' ἄφρονος καὶ ἀπειροῦ τῆς αἰετῆς ἐξουσίας τῆς αἰετῆς ἐξουσίας τῆς αἰετῆς ἐξουσίας.*
ὅς δ' αὖτ' ἄφρονος καὶ ἀπειροῦ τῆς αἰετῆς ἐξουσίας τῆς αἰετῆς ἐξουσίας τῆς αἰετῆς ἐξουσίας. Quod nisi faciant nolint, inquit, de primio uirtutis contendere: qui leges, & iura negle-
 xerunt. Interpret. Qui si non fecerit: quasi leges prodens: nūquam ad certamen descendat. Fa-
 cit hic ne ad certamen descendere nequeat: non dicit: atq; ita pœna ignoratur: qua effici eum par-
 est, qui deliquit. Item Plato, *ὅς δ' αὖτ' ἄφρονος καὶ ἀπειροῦ τῆς αἰετῆς ἐξουσίας τῆς αἰετῆς ἐξουσίας τῆς αἰετῆς ἐξουσίας.*
ὅς δ' αὖτ' ἄφρονος καὶ ἀπειροῦ τῆς αἰετῆς ἐξουσίας τῆς αἰετῆς ἐξουσίας τῆς αἰετῆς ἐξουσίας. Quid, inquit, comicorum: & satyrorū iocosi: & ridiculosa conuitia: num ea admittemus:
 si absq; ita nostros hoies afficere conuitiis uideantur? Interpret. hoc totum pro sua autoritate di-
 misit: quod, & necessarium est: & a non contentendo oratore perscriptum. Itē Plato de men-
 dicis loquens, *ὅς δ' αὖτ' ἄφρονος καὶ ἀπειροῦ τῆς αἰετῆς ἐξουσίας τῆς αἰετῆς ἐξουσίας τῆς αἰετῆς ἐξουσίας.* Pellendū
 esse de ciuitate scribit: si quis uictū sibi inanibus precibus: atq; inexpedibilibus parat. Interpret.
 Si uero quispiam precibus uitam colligere audebit: rerum uenaliū curatoribus e foro pel-
 latur. Reliquit inanibus: aut inexpedibilibus: aut tale aliquid: quo exprimeretur: nō oēs preces
 esse sperandas: sed eas tantum: quibus ea optantur: quæ assequi non possumus. Sed ceteris un-
 decimi libri erroribus prætermisissis: duodecimum aggrediamur.

omnes statuas: effigiesq; humanas maxime colendum est. Interpret. Aliter igitur istorum de-
 cernamus: & quod decreuerimus firmiter teneamus: magisq; quã deorũ simulachra colamus.
 Quis hic Interpretis prudẽtiã nõ admiretur? cum deorum simulachra magis, quam simula-
 chra deorum colenda esse affirmet: alterutrum enim decernendum dicit: alterum autem est: ut
 stella: pro deorum simulachris colantur. Itaq; sequitur: ut colenda sint deorum simulachra ma-
 gis, quam deorum simulachra. Deinde Plato, stellas deos esse φανερους: id est conspicuos dicit.
 Interpret. uero esse deos exponit. Tum Plato, tertium dæmonum genus: quod æream inco-
 lit plagam: interpretes esse: uelut eosq; precum: ac uotorum nostrorũ ad Deum decernit, ἀβύσσου
 ἢ γὰρ τῶν ἰσορῶν δὲ τῶν καὶ μέσων τῶν ὀφειλουμένων οὐρανῶν, πῶς ἂν μάλα ἤξειεν ἡ ψυχὴ τοῦ
 διαπορεύσασθαι. Aetium inquit genus: quod sedem tertiam: mediamq; obtinuit: interpretandiq;
 autor est: honorare profecto debemus: ipsius honeste intercessionis gratia. Interpret. Aetium
 genus: in loco tertio: & medio, qui causa interpretationis est collocatus: orationibus honorare
 gratia laudabilis quaestiois oportet. Hic quoq; nisum continere uix possumus: quando quidem
 Interpret. intercessionem: & operam dæmonum: transmissionemq; illam precum: ac uotorum
 non potuit exprimere: sed quaestioem appellauit: praefertim ubi ne suspitio quidem ulla qua-
 stiois haberi poterat. Mox Plato, caelestia: & terrestria omnia animalia conspicua esse dicit.
 Quae autem medio loco in aethere atq; aere posita sunt: inuisibilia esse affirmat. τῶν δὲ δυνάτου
 τῶν φησὶ, ζῴων, τῶν τ' ἔξ ἑσθέρων, ἔξ αἰθέρος, καὶ τῶν κατώτερων, οὐ διοράμεθα ὅλον αὐτῶν ἕκαστον. πῶς ἂν ἴσῃ
 αὐτῶν, ἂν ἴσῃ τῶν δὲ λανθάνοντων ζῴων. Duplisis, inquit huius generis animalium: quae scilicet æream
 plagam: & quae proxima est, aethera incolunt: ea natura est: ut neutrum conspicui totũ possit: sed quã
 quam propius adest: nostrum tamen reuigat sensum. Interpret. Horum duorum animalium:
 quorum alterum ex aethere: alterum deinceps ex aere est: utrumq; uisibile totum est. Sed quãuis
 prope nos sint: minus tamen nobis apparent. Quam recte hoc expressum fuerit quis non iudi-
 cet? Uisibile quidem est, inquit, sed minus nobis apparet: quod Plato adesse quidem propius fa-
 tetur: sed quoniam incorporeum est: cadere sub sensum non posse. Itẽ Plato, τὸ οὐρανοειδὲς
 φησὶ, γινώσκοντες μὴ εὐμποροῦντες τὴν ἡμετέραν διαίτην ἀλίγητο, καὶ τὸν τελευτῶν ἡμῶν καὶ ἀναστῶν ἔμμε
 θαυμαστῶς ἀποδείξασθαι, καὶ τὸν ἀποδύρα καὶ μῦθον, μίσειν. Fatemur, inquit, dæmones conceptus oēs
 animi nostri cognoscere, & qui bonus inter nos est: hunc mitum in modum amare: qui uero
 malus: hunc summopere insensos esse. Interpret. Vniuersas cogitationes nostras cognoscere: &
 bona quidem ex istis mire nos diligunt: quae uero ualde mala sunt: uehementer oderunt. Ergo
 dæmonum: si interpreti credimus: alii bonialii mali. Hoc uero a Platonis sententia alienum
 est, qui optimos esse omnes dæmonas opinatur: contra sanctorum uirorum nostrae religionis
 doctrinam, qui contra malos esse omnes existimant. Item Plato, dum caelestia omnia corpora
 nobilia esse, atq; diuina ostendit, τὸ γὰρ μὴ τίμηται τὰ βλάστησαι, ἢ τὰ δὲ μὴ εἶναι, ἀπεφθῆσθαι οὐκ ἔστιν ἄνθρωπος.
 Res, inquit, diuinas non esse nobiles: ac uenerandas: aut hæc nequaquam diuina esse arbitari:
 extremae dementiae esset. Interpret. non prudentis est alia diuinorum honoribus prosequialia
 negligere. ἀλλ' ἂν αὐτῶν δὲ φησὶν, ὡς ὁ τι ποῦν, ἀλλ' ἂν αὐτῶν παρὰ βίαν βουρῶν ἐλάβομεν καὶ ἄλλων ἑσθέρων
 πύλος ἀποδύρα τῶν καὶ δὲ καὶ ποῦν τῶν ἀνθρώπων, τῶν τῶν δὲ διαπορεύσασθαι ἑσθέρων, ὡς καὶ ποῦν
 μὴ ποῦν τῶν ἀνθρώπων ἀποδύρα τῶν ἀνθρώπων ἑσθέρων, τῶν τῶν δὲ ἀποδύρα τῶν ἀνθρώπων ἑσθέρων, ὡς καὶ ποῦν
 ὁ τῶν ἀνθρώπων τῶν ἀνθρώπων βίαν βουρῶν ἐλάβομεν φησὶν, καὶ τῶν ἀποδύρα τῶν ἀνθρώπων ἑσθέρων, ὡς καὶ ποῦν
 ὡς ἐπιμελέσασθαι τῶν ἀνθρώπων. Item Plato graecos dicit omnia: quae a barbaris acceperunt se-
 rem reddidisse. Ita sentiendum est, inquit, maiores nostros: omnia, quae a barbaris acceperunt:
 meliora tandem reddidisse. Et quidem qua de re in praesentia agitur: hoc idem existimandum
 est: reperiri quidem tantã re sine ambiguitate difficile esse: sed spem certe plurimã: pulcherrimãq;
 haberi q; graeca gens: longe honestius: & sanctius: & ueluti: & possit hos omnes deos colere. quã
 barbaros: uel prædicasse: uel coluisse acceperimus. Interpret. Hinc autẽ fit: ut quicquid graeci a bar-
 bars accipiant: melius illud reddant. Quare quamuis inuentu hæc difficilia sint: sperare tamen
 credereq; oporteticum a barbaris hæc deorũ cognitio: cultusq; peruenerit: omnium istorũ deo-
 rum curam graecos habituros: quid in his uerbis est non modo obscurum: sed etiam a senten-
 tia Platonis alienum? Tale etiã illud est: paulo posterius: pulcherrime: atq; sufficienter dixisse
 nos putari: deorum plena esse uniuersa: ut nulla maiorum rerum obliuio: aut negligentia nos
 capiat. Plato enim diis hoc tribuit, quod Interpret. hominibus. Sic enim ille plene: pulchreq;
 hoc dictũ existimat, ἡ δὲ εἶναι πᾶσι ταῦτα πᾶσι, καὶ μὴ πᾶσι τῶν ἀνθρώπων, καὶ ἀλλ' ἂν αὐτῶν καὶ τῶν ἀνθρώπων ἡμῶν
 παραλίγησθαι. Deorum esse omnia plena: nec obliuio: aut negligentia superiores unquã
 tenerit: ut nos deserant. Tum uero quis nisi mentis inops existimet nulla nos uel obliuio: uel
 negligentia capi posse: si omnia sint plena deorum? Hortari enim ita mortales possunt ad cape-
 sendam

sendam uirtutem: cogere nequaquam possunt: & enim seruari arbitrii libertatem oportet: etiã si
 Deum praesentem semper habeamus. Deinde Plato, cum studium quatuor disciplinarũ: quas
 mathematicas nuncupamus: eodem referri, atq; idem institutũ spectare praecipiat, πᾶσι διαγράμ-
 μασι δὲ καὶ τῶν ἰσορῶν καὶ ἀποδύρα τῶν ἀνθρώπων ἑσθέρων τῶν ἀνθρώπων ἑσθέρων τῶν ἀνθρώπων ἑσθέρων
 σὺν μίαν ἡμέραν αἰσθάνονται δὲ τῶν ἀνθρώπων ἑσθέρων μαθημάτων. Omnem, inquit, linearum defecti-
 onem: omnẽ numeri constitutionẽ: omnem concetum rationem: omnẽ delationem astrorũ
 necesse est: ut uno, eodẽq; cõsensu inter se cõiungi censet: q; recta disciplina: doctrinã accipit.
 Interpret. omne diagrama: cõstitutioneq; numeri: ac harmonia: & cõuenientiã circuitus astro-
 rũ: quae una oium est: spici oportet ab eo, qui modo cõgruo discit. Sed hæc quãuis pauca ex
 plurimis: satis tamen ad huius libri errores indicandos esse existimauimus: eundem enim mo-
 dum, quem in ceteris omnibus libris tenuimus: in hoc quoq; postremo censuimus esse seruan-
 dum: ut non omnes: aut plurimos: sed aliquot duntaxat errores notaremus: quibus satis iudica-
 ri quanta esset interpretis peritia posset. Nam si quis suppetente ocio conferre huius interpreta-
 tionem cum Platonis scriptis uoluerit: tot certe errores: quot uerba notabit. Quae cum ita sint:
 utrum ne merito maximorum: atq; illustrium philosophorum iudicem: optimarum disciplina-
 rum censorem: & Platonis reprehensorem se cõstituerit: uos uiri docti: in quorum manus hæc
 forte uenient: de hoc homine iudicate.

BESSARIONIS CARDINALIS SABINI PATRIARCHAE CONSTANTINO-
 NROPOLITANI: DE NATVRA ET ARTE ADVERSVS GEOR-
 GIVM TRAPEZVNTIVM CRETENSEM
 LIBER SEXTVS.

HAEC de arte, atq; natura disputatio: seicnta est ab opere, quod aduersus calumniatorem
 Platonis editũ est: & ab autore multis annis ante, q; libri isti scriberentur edita. Veruntamen
 quia ad utrunq; philosophum Platonem, s. atq; Aristotelem hæc quaestio pertinet: non sine
 ratione hæc in calce operis ponendam autor existimauit: in quo multa de utriusq; philoso-
 phi opinionibus tractabatur: opus enim defensionis quinq; libris diuiditur. Quatuor primi
 Platonem tuentur. Quintus hoc duntaxat ostendit, non potuisse aduersarium de eo philoso-
 pho iudicium ferre, quem minime intellexit. Vltimus est, de quo proxime dictum est.

Prooemium libri, in quo continetur, q; Plethon Constantinopolitanus: contra Aristotelis
 sententiam: naturam, & artẽ: asseruerit omnia consulto agere: & argumenta Theodori Thef-
 salonicensis, aduersus ipsam Plethonem.
 Caput Primum.

VM ARISTOTELES PHILOSOPHVS IN SECVNDO
 libro eius operis, quod de rebus naturalibus scripsit: naturam quidẽ
 statuisset omnia alicuius rei gratia facere: ueruntamen nihil cõsul-
 to agere: quemadmodum ars quoq; licet sine consilio agat: omnia
 tamen alicuius rei gratia facit: Plethon Constantinopolitanus uir
 nostra ætate opinionum Platonis æmulus, atq; defensor: hanc Ari-
 stotelis sententiam improbandam longe resellendamq; existimauit:
 & tam artem, q; naturam asseruit: secundum Platonis opinionem:
 quae faciunt consulto agere: Cui sententia repugnã Theodo-
 rus Thessalonicensis familiaris noster, talibus quibusdam argumẽ-
 tis usus est. Consultationem enim earum rerum esse dicebat: de

quibus nullam cognitionem, aut certitudinem habemus: an ad eum, quem constituimus fi-
 nem conducant: At natura, atq; artis: ut cognitio: certusq; finis est: sic ea, quae ad finem spe-
 ctant cognita, ac certa esse. quapropter neq; artem: neq; naturam consilio agere. Ad hæc
 cum agendi: faciendiq; operatio non parum inter se differant: faciendi quidem officium arti
 tribui: agendi uero prudentia: solere autem non quid faciamus: sed quid agamus consultari.
 Ideoq; consilium non artis esse: hoc est habitus cum ratione factiui: sed prudentia: id est habitus
 cum ratione actiui. Admirari praeterea se idem Theodorus dicebat Plethonem existimasse pau-
 cis quibusdam uerbis: & quasi unica positione recipi suam sententiam posse. Tot alioquin Ari-
 stotelis rationibus aduersam: quae contrarium plane confirmant: atq; persuadent: & siquid a no-
 bis plenius ea de re cum aliqua ui demonstrationis dici posset: libenter se auditorum ostende-
 bat: utq; id: nisi molestum esset, faceremus: rogabat uehementer.

Licet de natura, & arte utrū consilio agant: magna inter Platonē atq; Aristotelem esse differētia uideatur: si quis diligentius animaduertent: eos nihil fere inuicē discrepare cognoscat. Quod natura alicuius causa agat inter Platonem: atq; Aristotelem conuenire. Naturam non esse primam rerum causam secundum Platonem: sed esse aliam causam naturam priorem: & longe nobiliorem. Aliquid tendere ad finem duobus modis dici. Naturam causam esse instrumentalem. Vnde oritur perdifficilis illa: & perobscura quæstio de ideis: & in quo maxima sit inter Platonem, & Aristotelem differentia. Non ideo existimandum nullum in arte consilium esse: quia habitus sit factiuus, non actiuus. Quæ sit inter agere: & facere differentia. Ea, quæ ad artis finem pertinent: & genere cognita esse posse: & specie: quæ autem genere cognita sunt: eadem specie quoq; cognita esse posse. Ars quid sit secundum Aristotelis sententiam. Non de quibuscunq; artibus affirmare Aristotelem, q̄ non consultent: sed de his dūtaxat: quarum subiecta sunt certiora. Quo modo intelligendus sit Aristoteles quando dicit artem non uti consilio. Ab iis, q̄ Aristotelem negant uelle artem cōsilio uti: debilitari argumentum illud ipsius Aristotelis quo probare nititur naturam alicuius causa agere. Quod sit naturæ consilium. Consiliū duplex esse alterūq; ad theologū: alterū ad moralē philosophū pertinere. Caput. II.

Vicinos cum morem gerere: & quantum in nobis esset gratificari studeremus: talia quædam ex scriptis Platonis breui libello complexi sumus. Naturā alicuius rei gratia omnia agere: & Aristoteles tradit: & ueritati consentaneum est: Neq; enim dicendum esset: idcirco eā non alicuius gratia agere: q̄ sine cōsilio agat: quippe ars quoq; & si absq; consilio: omnia tamen alicuius gratia agit. Quod autem sine cōsilio agat: illud argumento est: q̄ si ars in ligno esset: nullo consilio uteretur. Atqui Plato: & qui eū secuti sunt philosophi oēs: nihil in prima parte ab Aristotele discrepantes: naturam similiter ponunt alicuius rei gratia omnia facere: in secunda uero parte ab Aristotele dissentiant: nihil eam sine consilio facere asseuerantes. Nam & si per se ipsam minime natura: aut cōsulat quicquā: aut deliberet: intellectus tamen uniuersus: qui rebus omnibus ex natura nascentibus insistit: naturamq; ipsā ad finem dirigit: cōsilio præditus est. Neq; n. naturam Plato existimat primam rerum causam esse: sed esse causam aliam censet naturam priorem: longeq; nobiliorem: quæ ratione, & consilio omnia agat: ad finemq; perducatur: siquidem in se ipsa hinc quoq; cōtinet rationem. Tendit sane aliquid ad finem duobus modis: aut ppria operatione: aut aliena: propria, ut homo: & reliquæ: quæ ratione pollent: aliena, sicut ea: quæ ad finem aliunde mouentur: quemadmodum a Sagittario sagitta dirigitur: & omnino res inanimatæ: ab aliquo, quod ratiois particeps sit: mouetur ad finem: cum ipsæ nulla sua facultate moueri queant: sed aliunde id beneficium nanciscuntur: quo in genere natura posita est: quippe, quæ causa est instrumentalis, & ita moueri solet, ut mens suo cōsilio: rationeq; permouerit. Quo quidem in loco maxima meo iudicio inter Platonem, & Aristotelē differentia est. Hinc. n. perdifficilis illa, & perobscura de ideis quæstio oritur. Nec uero naturam solum: sed etiam artem Platonici ponunt consilium præcedere: quippe artificem sibi finem proponere: & quæ ad illum ducant inuestigare. cum autem plura: ac diuersa sint: quæ ad finem perducunt oportere artificem: quid celerius: meliusq; eo perducatur: cogitare, atq; discernere. Hoc uero iure consilium appellari. Nā cum pleraq; occurrant artifici minus cōsuetæ: quorum quodlibet ad propositum finē perducere potest: consilium capiat oportet: quid rectius operi: quo ue modo accommodetur. Nec ideo existimandum est: nullū posse in arte consilium esse: quia factiuus potius, q̄ actiuus habitus est. neq; enim actio a faciendo differt cōsilio ratione: sed eo, q̄ in faciēdo præter factionem ipsam opus aliquod relinquitur: ut puta domus, aut aliquid huiusmodi: & quidē ipsa faciēdi operatione præstantius. In agendo autem nihil tale relinqui solet: sed ipsa agēdi operatio finis est: atq; ob eam rem quemadmodum opus artis artificis sui habitu nobilitus est: sic ipsa actio: habitu ex quo profluit nobilior habetur. Ita maius iter hæc discernimen asserunt oriri. Certa autem esse: & cognita, quæ ad artis finē pertinet: ex Platone quoq; percipi potest. Sed non parum interest: quonā modo cognita: ac certa habeatur: siquidem, & genere cognita esse possunt: & specie, quæ autem cognita genere sunt: eadem, ut specie incognita sunt fieri posse: facile intelligi potest. Quod si genere cognita capiamus: non oportet artificem quicq;

quicq; quærere: aut consultare: mouit quippe: si medicus est: contraria curanda esse contrariis. At si specie ignorantur: & ratio eorum particularis anceps: ac dubia est: tum consultandū: quærendumq; est: quid factū opus sit: quid magis expediat: quæ frigidior medicina calidiori: & gradui magis conueniat: quo genere purgationis: & quæ corpori purgandum sit: quo tempore: qua hora: quatenus oporteat purgare. Hæc nisi medicus ingenio: consilio: prudentiaq; compererit: frustra nosit contraria contrariis curari oportere: aut uitiosum humore in primis euacuandum esse. Item cum ars: quemadmodum manifeste Aristoteles tradit: sit habitus cum uera ratione factiuus in rebus: quæ possunt aliter se habere: eisdem autem in rebus: ut idem philosophus censet consultatio etiam: cogitatioq; habetur: sequitur sanetur siue prudētia aliquid agas: seu arte facias: consilium adhibendum sit: & quid utilius: ac melius sit: quærendum, quærēdo: inueniendum, inueniēdo: agendum, seu faciendum: quippe ante inuentionem: esse inquisitionem oportet: deinde consilium. Incognita enim quærēdo: atq; inueniēdo cognoscimus. Inueniri autem quicq; nisi consilium præcesserit: non potest. Atqui: ut in agendo minus dubitare in his rebus solemus: in quibus sæpenumero officio functi ex uoluntate egerimus: Siquid autē noui occurrat: ambigimus: & quid agendum sit: quærimus: atq; consulimus: Sic in faciēdo, quod genus operationis tribuimus arti: ea, quæ cōmuniora: & longo usu præcepta sunt: certiora habentur: nec egent consilio: quæ autem in particularē conditionem ueniunt: hæc a ratione: regulaq; discedunt: & quo minus rationi artis parent: eo magis consilium requirunt. Nec Aristoteles quidem uelle uidetur quasi libet artes nō consultare: sed diligentiores dūtaxat: hoc est quarum subiecta certiora sunt: quasi uelit significare non de omnibus artibus idem habendum esse iudicium: sed existimandum alias quidem consilio uti: alias uero non uti. Ita enim in tertio libro de moribus, inquit, In diligētibus: ac sufficientibus scientiis consilium nō est: ut puta in scribendis literis nulla nobis dubitatio occurrat quæadmodum sit scribendum. In iis uero: quæ nostra opera effici solent: nec semper eodem modo contingunt: consultamus, ut de rebus ad medicinam spectantibus: de pecuniariis: de naualibus: magis, quam de gymnasticis: quo scilicet minus illarum ratio certa est: & de reliquis similiter. magis autem: & in artibusq; in scientiis: siquidem in his magis dubitamus. Sic Aristoteles cadere in artem consilium non negat: si ea de qua agitur: minus certa res est. Quod si nulla ars est: quæ subiectum usque adeo certum habeat: ut nihil in ea anceps: ac dubium sit: quod tandem peccatum est: si quis nullā artē carere consilio dicat: & quamquam non æque omnes: aliam tamen magis: aliam minus consultare arbitretur. Equidem Aristotelem ne hac quidem in re dissentire a præceptore suo Platone existimo: sed, quod ab eo dictum est: non uti consilio ita intelligendum arbitror: quasi minus uti consilio dixisset: minus enim in consilium ea cadunt: quæ siue natura sua: siue usu certiora habentur. Quod si qui contentiois cupidiores, quam ueritatis instare pertinacius uoluerint eam fuisse Aristotelis sententiam: ut artem nihil consilio agere existimandum sit: sciant se rationibus nostris conuictos: simul, & Plethoni cedere oportere: & argumentum illud Aristotelis debilitate prorsus: atq; infringere: quo naturam asseruit alicuius gratia agere. Ita enim ille aduerfus eos argumentatur, qui idcirco naturam alicuius gratia agere negant: q̄ sine consilio agat: exemplo nanq; artis ostendere nititur: naturam tamen absq; consilio agat: non tamen propterea existimandum nullius causa agere: quando ne ars quidem consilio facit: & tamen alicuius causa eam facere manifestum est. Quod si hac una ratione ab Aristotele ostenditur: consilio naturam carere: satis, qui arti: consilium explicauerit: omnem illius rationē infringet. Itaq; perstabit eorum sententia, qui nisi consilium adit: nihil alicuius causa agere censent affirmandū. Naturæ igitur consilium uniuersæ mentis consilium est. Quippe ratio: quæ apud mortales: ex diligenti rerum inquisitione consilii nomen accipit: apud mentem illā uniuersam naturæ principem certior est, quam: ut quæri, & dubitari possit. Veruntamen consilii cogitationis: prouidentia: cura: opera: & alia huiusmodi nomina mutuata est: rationi cognata: & quæstionem de nomine potius, quam de re patitur. Quamobrem: ut summam obiectis rationibus respondeamus: consilium duplex esse dicimus humanum alterum: cui res dubiæ subiiciuntur: alterum diuinum: cui nihil nisi certum: exploratumq; subiectum est. Hoc ad theologiam pertinet: illud ad philosophum, qui eam philosophiæ partem sectatur: quæ de moribus est. Vterq; autem in genere suo id proprie nominat: usurpantq; æquiuoce ab altero arbitrat. Ea est enim disciplina: omniū lex de nominibus: ut eisdem non eodem uario modo utantur: & in suo quæq; genere quasi quodam privilegio recte ac proprie nominare uideatur. Vnaquæq; uero ars partim cognita: certa q; habet: quæ fini accommodat: partim dubia: & decemenda consilio. Naturā autē cōsultare non sua facultate dicimus: sed uniuersæ mentis: quæ rebus naturæ omnibus insistat: & suo diuino consilio: prouidentiaq; gubernet. Ita fit: & ars consilio proprie utatur: & natura nō

temere rationem suæ mentis exquisitissimam consilii nomine probet appellari.

Quibus rationibus Georgius Trapezuntius ostendere conetur falsum esse, quod supra dictum est: per eos, qui Aristotelem negant uelle artem consilio uti: debilitari argumentum ipsius Aristotelis quo ostendit naturam alicuius causa agere. Cur motus fuerit Georgius ad scribendum contra autorem. Autorem perlibenter audire eos a quibus discere aliquid possit: etiam si sint parum amici. Caput. III.

Acc tū ad Theodorum breuiter perscripsimus: quæ ubi Georgius Trapezuntius Cretensis legit: ut odiū, quod in nos iandiu: hoc est ab eo tempore quo ei Theodorus in doctrina præponendū cēsumus: parturierat: aliqui pareretur aduersus ea scripsit: Sed ut uelle personæ nostræ parcere uideret: nosque honestius iperetur: sinxit se ignorare: quoniam eius libelli autor esse: & Theodori non Bessarionis disputationē hanc esse: seque Theodoro contradicere simulauit. Ostēdit præterea Athanasium fuisse, quæ hæc scripta ei tradiderat: cum tū Hefaias non Athanasius fuisset. Solus enim Hefaias ea scripta a nobis habuerat. Hic tū: quasi nostra interesset a quo ea accepisset epistolā ad nos scripsit: qua oblatū sibi ab Athanasio fuisse opusculū significauit. Equē neque a quo datum sit: requiro, neque latere: quæ scripsit: cupio. quin potius nihil tantopere desydero, quā ut primo nihil nisi recte: & loquar: & sentiam: tum siquid erro (homo enim sum: nec innocentiam cum deo immortalī cōmunem habeo) error meus non modo ab homine amico benigne corrigatur: sed etiam ab inimico: qualem se Georgius sua certe non mea culpa constituit. Dūmodo enim fructum: quem cupio: percipiā: nihil mea interesse existimo amicum ne an inimicum sit, qui me emendat: & corrigit. Et quidem Georgio nunc magnas agere gratias: si nostra arguens scripta: ipse aliquid recte diceret: ex quo fructum capere aliquem possem. per libenter enim eos audio, qui melius, quam ego intelligunt: talesque esse plerisque non diffiteor. Verum hic certe non ratione aliqua: sed iniqua animi perturbatione commotus: ita docet ac disputat: ut si se ipsum posset intelligere: puderet profecto hominem: ac suo ipsius iudicio condēnatus discederet. Iā uero quod scribat: quo uero modo reprehēdat, & disputet: quæso parumper audite. Petisti a me inquit, amice Hefaias: ut breuiter ad te scriberem: quo modo tueri quispiam Aristotelem possit: ubi contra dicere sibi ipsi uideat. Cum enim in libro, quod de rebus naturalibus scripsit: artem negasset consilio agere: quæ facta tibi eandē asseruit habitū esse eū rōne factiū. Addidisti etiā te pleraque alia aut diuise ab aliis: quibus tam artem, quā naturā consultare existimasti: quod scilicet natura: & alicuius gratia agere solent: quæ uero alicuius gratia agunt: cogitatione: rōneque agant: oportet. quo in genere consilium contineri certum est. Hæc & alia huiusmodi illi. Ego uero sapientiā illorum hominum admittor: quos nescio an philosophos potius, quam philotenebras appellare debeā. Propone enim debebant quid sit consultare: & de quibus consilium habeatur: quid uero differat a ratione, & sine cuius causa agitur. Non enim omne: quod alicuius causa agit: cōsultat: sed omne quod cōsultat: alicuius causa agit: nec omne, quod ratione fit: alicuius causa fit: Sed omne, quod alicuius causa fit: ratione fit. Ratio enim non solum ad causam finalem: sed etiam ad formalem: & materialem refertur. Itaque amplius est alicuius causa fieri: quam cōsultare: & ratione fieri, quā alicuius causa fieri. Recte igitur ratiocinantur naturam agere ratione: nam alicuius causa agit: sed falso ex his colligunt consultare naturam. Longe autem magis per ignorantiam peccant: cum Aristotelem sibi ipsi contradicere arbitrantur. Solet enim Aristoteles sic abuti rebus manifestis: licetque apud eum contraria eadem de re reperire: ut aerem esse calidum: & rursus frigidum. Leuissimi quippe hominis esset existimare Aristotelem hæc simul esse in aere censuisse. Sed, quot modo dixi: manifestis abutitur quasi per suppositionem. Iam tertio libro de anima: cum intellectum separabilem esse dixisset: hæc subdit. Sed non meminimus quoniam hic impassibilis est: passibilis autem intellectus corruptibilis est: sine quo nihil intelligit. Contradicere enim sibi uidetur: cum ita ad altiora reducit auditores prudentes: & iustos. quod ita esse facile patet. Nam si nihil intelligit sine passibili intellectu: hoc est phantasia: quo modo maneat intellectus lectus phantasia sublata? Significat igitur intelligere quidem intellectum: quoniam intellectus est: sed non per phantasia: nec per exteriora motum: aut per ea: quæ in phantastica memoria deposita sunt: intelligentem: sed modo altiore: perfectioreque, quod ne intelligere quidem dicendum est: nisi æquiuoce. Hoc igitur modo in physicis quoque locutus est. Cū enim naturam ostēdere uellet: non consultare, quamuis alicuius causa faciat: ne cui forte indocto mirum uideretur: alicuius causa agere, quod non consultat: accepit artem non consultare: non autem id simpliciter accepit: nouerat enim artem consultare: quæ res cæco quoque, ut aiunt manifesta est. Sed si in ligno, inquit, esset non consultare. quamobrem certum est: ut cum in ligno non sit: consultare. Nam si

cum

cum in ligno sit: haud consultare artem asserimus: sequitur porro: ut cum in ligno non sit: cōsultare eam fateamur. Illud igitur sumit: non hoc, & naturam uirtuti artificiosæ innata: cognataque assimilat: ut si quis cupressum statim ad lecti figuram nasci posuerit. Sed nihil ager natura, inquit, aduersarius: inconsultus: quæ alicuius causa agat: rationeque procedat. O hominem cæcum, qui uidere non potest: se ab uniuersalioribus ad particularia affirmatiue descendere: cum contra facere debeat. Non enim siquid animal est: hoc iam homo est: sed siquid homo est: hoc animal est. Ratio enim: & alicuius causa aliquid effici: uniuersaliter est, quam consultare: ut dictum a nobis iam est. Quippe alicuius causa effeci in rebus etiam perpetuis est: ut Zodiacus: & motus solis obliquus idcirco est: ut generatio: & corruptio fiat: quemadmodum Aristoteles testatur. Consultandi autem ratio nullum in perpetuis locum habet. Est enim consultatio: & consilium, inquisitio rerum de quibus ambigimus. Quamobrem parum attigisse doctrinā dialecticæ eos, qui ita loquuntur: existimo. Sed quamuis inquirunt natura ipsa non consultare: tamen gubernatrix illa mens: quæ per omnia transit: omnibusque insistit: aut unā esse: aut plures: quā modo instrumentalis. Quam bene Platonem sequeris: errasque cum eo, qui ita sentis. Dicas enim necesse est mentem illam: quæ per omnia transit: omnibusque insistit: aut unā esse: aut plures: quā quam uatio fortasse nomine pro uariis officiis appelletur: ut Bacchus in uitibus: Ceres in frumentis: Venus in coitu: & cætera: quæ pro diis gentiles coluerunt. Verum tamen siue hoc: siue illud dixeris: quid tandem respondeas: si quis te roget num illa per omnia transiens mens: idē cum natura ipsa sit, an diuersa? Nam si idem sit: naturæ nomen tantum habetur: causa uero nullo modo est. At qui tua quidem sententia causa est instrumentalis. Ergo natura diuersa est a gubernatrice mente: & tua opinione mentis ipsius instrumentum est: quo mouentur a mente ea: quæ mouentur. Quo dato: erit profecto natura a rebus mobilibus separata: quod profus falsum est. Inest enim natura in rebus suis: cognataque est. Instrumentum autem: quo ea: quæ mouentur: ab alio moueantur: non rebus ipsis: quæ mouentur: innatum est: nam si esset innatum: pars substantiæ rei: quæ moueretur esset: non instrumentum. Ad hæc instrumentum mouet, quod mouetur: quod autem ita mouet: antequam moueatur aliquid actu est. Aliquid enim est: in quo motus sit, quod ad aliud aliquid non actu subsistens: sed potentia mouetur: ut album actu: potentia nigrum est: & albi motus ad nigrum tendit. Ergo natura quoque si instrumentum est: actu aliquid est. Quid igitur natura eius erit? Num compositum? Minime hoc est enim, quod a natura efficitur: & ex natura: aut secundum naturam est: non natura. An materia: & forma erit ipsa natura? Sed hæc actu esse antequam compositum sit: impossibile est. Ergo natura non est causa instrumentalis. Sed quod in rebus ipsis innatum hæret: id natura est. Consultare autem hoc non potest: cum semper eodem modo se habeat. cōsiliū autem de rebus sit: quæ in nostra sunt potestate: nec de perpetuis: sed de contingentibus rebus: consultare. nemo enim de perpetuis: & necessariis rebus consilium capit. Qui autem Deum antequam naturā crearet consilio usum dicunt: profecto impie sentiunt: & pro inscitia eorum errant uehementer: cuncta se scire arbitantes: cū nihil scient. Consilium etenim: quemadmodum supradiximus dubitantis est. Deus autem omnia nouit: etiam prius, quam generentur. hoc, & pietas requirit: & ratio probat. quam ratione hoc loco: ne longiores simus: omittimus. Sed iam a nobis fundamenta istuc iacta sunt: in libro de comparatione philosophorum secundo: quem latine scriptum edidimus. Valeat philosopha re: & siquid contra Platonicos a nobis dictū est: tua causa dictū existima. Te enim amicū non patimur Platonem admodum sequi: quem nos nullo pacto sequi uolumus.

Consultatio eius rationis: qua aduersarius dicit aliud esse aliqd ratione agi: aliud alicuius causa agi: cum ratio ipsa nihil aliud possit esse, quam causa. Quod alicuius causa agitur non ratione solum humana: sed etiam naturali agi posse. Duplicem esse rationem: alteram, quæ menti tribuitur: alteram, quæ naturæ. Aristotelem: & si consilium naturæ non nominetur: rationem tamen expresse fateri: qua naturaliter omnia perfici existimat. Sententia ipsius Aristotelis ratione finē esse: cuius causa agit: non materiā: ut aduersarius sentit. Causas secundum Aristotelem esse quatuor: rationem uero unam esse causam finalem: seu formalem. Caput. III.

Acc Georgius aduersus, quam hominis maledicentiam potius quā disputationem: agendum cum eo epistola non censuimus. Nullam enim familiaritatem seruare amplius cum hoc homine patior: quem iam aperte iniquum in amici officio deprehēdi. De p iii

cepit me ille longo tempore uirtutem simulans: & fingens erga me beneuolentiam. q̄ certe eo facilius facere potuit: quo maiori fiducia: pro fide: atq; constantia morum meorum nihil mali poteram suspicari. Nunc hominis fraudulentiam plane expertus: caueo: & bis per eosdem scopulos nauigare recuso: ne iterum naufragium faciam: ipse profecto me docuit familiaritatem suā asp̄nati, ac fugere: & mihi iam optimo iure concessum: p̄missumq; est: uirtute familiarē inimicū. Sed ne uel ipse: uel alii ideo me tacuisse existiment: quasi uanitatem uerborum suorum resellere non potuerim: dicam, quæ mihi rei ueritas suggeret: & nisi me animus fallit: ostendam: tum ea, quæ contra sententiam Aristotelis dici existimat: nihil ab illius sententia discrepare: tum, quæ pro declaratione suæ opinionis: aut sumit: aut exponit: non carere summo errore: idq; quanto breuius potero faciam: ne pluribus contendere cum eo uideat. Dicam autem quantum res ipsa de qua quæstio est: exigere uidebitur. Nam ad maledicta eius: quibus se ita iactat: & effert: non est animus respondere. Detur hoc ignorantia: hominis: ut impune delabi in maledicta possit: cum disputare de natura conatur. Rationem, inquit, sese amplius existimare, q̄ quod alicuius causa agitur: nec omne, quod ratione agit: alicuius causa agit: tametsi omne, quod alicuius causa agitur: dem ut ratione agatur necesse sit. Hæc quidem sententia peculiaris est huius philosophi. Neminem sane tam indoctum arbitror: aut esse: aut unq̄ fuisse, qui in tantum incidere errorem potuerit. Quis enim ignoret quicquid ratione agitur: idem alicuius quoq; causa agit: quando quidem ratio ipsa qua agitur: causa est: propter quam agitur. Cogitat profecto: & considerat, qui rem aliquam agit: an bene, & recte agat. Boni autem: ac recti ratio finis agendi est. Cūq; id agit quispiam, quod bene recteq; agere decreuerit: ratione agere dicitur. si quidem non temere: sed sine cōstituto: ratione finis agitur: itaq; ratio sine describitur cuius causa agitur: & finis ratione: qua de causa agitur. Quamquam, quod alicuius causa agitur: non ratione solum humanat: sed etiam naturali agi potest. quod apud Aristotelem quoq; libro de rebus naturalibus secundo scriptum legimus hoc modo. Ea sunt alicuius causa: quæ uel ab intellectu: uel a natura aguntur. Vnde si natura nō sine ratione agit: duplex ratio est: altera, quæ mēti humanæ tribuitur: altera: quæ ad naturam refertur: cui ea etiam cognita esse dicimus: quæ nobis obscura sunt. Quam uim: rationemq; naturæ: Plato natura superiorem constituit: & consilium: uoluntatemq; ei attribuit: quatenus hæc uerba ab intellectu humano ad diuinū fas est transferri. Sensus enim nō idem est: cum de rebus diuinis loquimur: quamq; uerba sint eadem. Ita ille non solum rationes: sed etiam consilium menti naturæ gubernatrici tribuendum censet. Aristoteles uero: & si naturæ consilium non nominat: rationem tamen expresse ponit: per quam natura optime omnia ad finem constituat: agat, atq; perficiat. Patet hoc in libro de generatione: & corruptione secundo: ubi Empedoclis sententiam reprehendit: q̄ litem, & amorem: mistionemq; & segregationē nascentium rerum causas nominat: rationis autem nullam omnino mentionem facit. Quid causa sit, inquit, ut ex homine homo semper, aut magna ex parte proveniat: & ex tritico triticū non olea: uel etiam: ut si hoc modo componatur: non enim quomodolibet factio cōgregatur: fuit ille, inquit, sed ratione aliqua ita agitur. Quid igitur cause sit: Neq; enim ignis: aut terra: nec uero amor: & ista alterum quippe horum commiscendi: alterum segregandi causam optinet: quod autem quærimus: re: cuiusq; substantia est: non mistio: & segregatio: ut ille existimat: fortunam si quidem in his nominamus non rationem. fieri enim potest: ut casu: fortunaq; permistio fiat. Naturæ aut rerum causa est: ita se habere: hoc est ratione sic fieri: & hæc uniuscuiusq; rei natura est: de qua ille nihil docuit: nihil ergo de natura locutus est. Quin etiam hoc idem: de ratione loquitur: rectum rei: bonumq; est: At ille mistionem tantum modo probat. En, quam aperte philosophus ratione fieri: quæ secundum naturam sunt: exponit: rationemq; ipsam: cur ita fiant: causam esse: & essentiam: bonū: rectum uniuscuiusq; rei eadem rōne describit: nō ea uidelicet: quæ in ipsa natura continentur: sed, quæ superior profluit: quemadmodū Alexander quoq; aphrodisiensis huius philosophi expositor: aperte declarat: ratione quidem naturam agere: sed non ea, quam in se continet ipsa natura: non aliter quam Plato faciat in sophista: ubi de animam: & spiritum: & rerum etiam inanimatarum ortu disserit. Deum enim earum omnium rerum creatorem: atq; opificem dicit: naturam uero genitricē esse: ratione: sciētiaq; diuina a Deo ipso proficiscente: atq; res ipsas natura nascentes: diuina arte effici: & conseruari. At nouus hic philosophus noster Georgius, qui alios philotenebras uocat: cū ipse in tenebris summæ ignorantia: uersetur: esse dicit, quæ ratione quidem: sed non alicuius causa agantur: cūq; id demonstrare uelit: rationem dicit non modo ad causam finalem referri: uerum etiam ad materiale: atq; formalem. Quapropter talem format: uel potius formare uellet: si tamen id assequi posset: syllogismū. Materia, inquit, nō est: cuius causa agitur: at materia ratio est: ergo aliqua ratio est: cuius

causa

causa nihil agitur. Sed ut nos respondeamus ad id, quod de mente interrogat: sic ipse de materia respondeat, quam rationem esse opinatur. Non enim fieri potest: ut idem: & materia sit: & ratio rei. Alterum quippe ad formam: & finem pertinet: alterum formæ: finisq; opponitur. Quod autem non materia: sed ratio finis sit: cuius causa agitur: ipsum quoq; philosophum Aristotelem autorem habemus. Sic enim libro primo de partibus animalium scribit. Quoniam plures in generatione naturali esse causas uidemus: unam scilicet: cuius causa: alteram: unde principium motus: de his quoq; definiendum est: utra earum, prima: aut secunda natura sit. Videtur autem prima, quam alicuius causam dicimus. Hæc enim ratio est: principium autem est ratio tam in artificiosis, quam in naturaliter constitutis rebus. Siue enim intellectus: siue sensus definiens medicus sanitatem: ædificator ædes: illud se exprimit: cuius causa: alteram: unde principium ciunt: & cur ita sit faciendum. Sic nos tūti uiri auctoritatem sequentes: rationē finis nō materiae tribuimus: & quoties aliquid dicimus fieri ratione: id non materia: sed finis ratione: ac contemplatione fieri intelligimus. Vt puta quoniam forma ædium talis est: aut quoniam tales sunt ædes: idcirco ita fit: & ratio cur ita fiat: hæc est. Atqui nouus iste philosophus: quem opinionis suæ autorem habeat: non uideo. Quis enim unquam mētis compos rationē tribuit materiae, & subiecto: aut qua tandem ratione: ut ita sentiat: ipse mouetur? Adhuc enim nihil amplius dixit, quam ita esse: nisi forte dicat: illud se exprimit: uoluisse non modo eum ratione agere, qui finē inducat: sed etiā eum, qui materiam faciat: atq; ita materiam esse rationem: & amplius rationem significare, quam finem: & cuius causa. Quando agit quidem, qui materiam tractat: sed finem confectum non inducit. At uero: nec ratio propterea appellanda materia est: quod ratione uel omnino fiat: uel ab artifice aptior reddatur: & ea ratio, qua fieri materiam dicit: finem respiciat: oportet. finis & enim ratione: & simpliciter disponi materiam: & in melius mutari manifestum est: quippe omnia: & præscribuntur sine: & ad finem accommodantur. Dicit etiam fortassis nouus hic philosophus: idcirco materiam rationem esse: quoniam materialis causa est. nihil enim nisi absurdum: ex tam absurda sententia augurari possumus. Quod si ita est: putat hominem parum doctus: quicquid causa rei est: id etiam esse rationem: quod nemo nisi mente captus assereret. Causæ enim quatuor sunt, ut ipse Aristoteles tradit. Quoniam, inquit, quatuor cause sunt: de omnibus notitiam habere: physicus debet: siq; ad omnes referens: cur ita est: naturaliter redet materiam: formam quod mouerit: cuius causa agatur. Ratio autē qua agitur: una finalis: formalis uel est eodem philosopho autore, qui in primo de generatione animalium libro, ita inquit, Quatuor cause habentur: una, quæ cuius causa dicitur: & pro fine est: altera est essentia: ratio: quæ quidem: & si nomine uariant: tamen fere pro una existimandæ sunt. Item undecimo de rebus diuinis: quem librum metaphysica uocat. Tres igitur, inquit, cause: triaq; principia sunt: duæ in quibus consumitur contrarietas: cuius pars altera forma, & ratio est: altera priuatio: & tertia materia. Ita ratio ab Aristotele omnibus locis ad formam nō ad materiam refertur. Et quāquam plures cause: pluraq; principia sunt: tamen rationis nomen formæ: finis: actui: habitui assignatur. non materia: quæ contrarietatis aduersus formam altera pars est: quando materia cum priuatione idem numero est, ut Aristoteles tradit. Quæ cū ita sint: minor syllogismi extremitas qua materiam esse rationem posuit: ut falsa improbanda est: nec sequitur: si causa est: etiā rationem esse. Neq; uero si rationem modo ex forma: modo ex materia petimus: ratio ipsa materia erit: sed rationem: cur homo mortalis sit: licet ex materia capere: materiam autē ipsam nomine rationis appellare non licet. Quapropter ratio qua rem ita esse siue creati dicimus: natura ipsa rei præcipua est. nec amplius quicquam significat, quam forma: finis: uel: cuius causa: gignit ostendat. Itaq; rationem conuerti cum sine: & forma: uniusq; manifestum est: excepto hoc uno philosopho: & uocabulorum autore. Adde, quod si rationem non modo formalem: finalemq; uerum etiam materiale posuerimus, quam sibi ipse concedi cupit: nihilo propterea magis se ratio porriget, quam forma, & finis. Neq; enim si detur ratio materialis: mox ratio simpliciter erit: quando quidem a doctoribus ita accepimus: rationem simpliciter: absoluteq; eam esse: quæ formam significat: quamquam Georgius existimare uidetur æthiopem cum parte aliqua sui corporis albus sit: album dici merito posse. Sit ergo materia: si ita libet: ratio materialis: sed ratio qua natura agit: non aliter capienda est: contemplatione finis, quā ea: qua ars: intellectusq; agat pro sui finis ratione. Quamobrem nihil plus ratio de qua agitur significat, quā forma: & finis. Quocunq; igitur modo ratio sumatur: siue pro humana ratione: quæ cum appetitu coniuncta deligit uitia: aut uirtutes: siue appetitu res efficit artificiosas: ut lectum: ut ædes: siue pro ratione separata: atq; abstracta: cuius autor est Plato: siue pro ratione iuncta cum natura rerum effectrice: non potest nisi cōtemplatione: respectuq; formæ: ac finis intelligi. Quapropter Georgius nihil,

p iiii

quod ad propositum pertinere uideatur: opponit: frustra: rationem illam materialem diu: ac multam cogitatam producit in lucem.

Confutatio alterius rationis aduersarii: qua dicit naturam nihil cōsultare: quanquā alicuius causa agat: cum longius se extendat alicuius causa agere, quam cōsultare.

Consilium modo ad intellectum humanum: modo ad diuinum sententia doctissimorum uirorum refertur.

Platonicos naturā non sua intima facultate: uel agere: uel cōsultare: asserere, sed hęc menti tribuere siue intellectui exteriori.

Rationem cōsultandi exteriorē in natura: etiam ab Aristotelicis non tolli.

Impie damnare Georgiū eos, qui in deo consiliū esse dicūt: cum sanctissimi nostrę religionis uiri contrarium & sentiant: & prædicent. Caput. V.

Equitur aliud eius obiectum, quod natura nihil cōsultet: quanquam alicuius causa agit: cum longius se extendat alicuius causa agere, quam cōsultare, quod uerba Aristotelis frangens ostendere nititur: cum res perpetuę agant quidem alicuius causa: sed sine ullo consilio. Est enim consilium inquisitio rerum: quę in nostra sunt potestate: continguntque: & dubię sunt. In perpetuis autem: quoniam necessarię sunt nullus est cōsilio locus. His uerbis: atque rationibus non suis: sed alienis sese Georgius ostendat: & Platonicos omnes aggressus: neminem posse impetum suum ferre exclamans etiam quid consilium sit minime definisse mentitur. Sed quis ita indoctus: atque insipiens est: ut quod Georgius accipere ab Aristotele potuit: idē Plutinos: Porphyrios: Proclo: Damascio: Simplicio: reliquosque Platonice sectę doctissimos uiros accipere nequaquā potuisse arbitretur? Nam si homo tā rudis: atque indoctus recte id quidem refert: quo pacto sapientissimi illi uiri non idem: & intellexerunt: & quatenus fieri potuissent: declarassent. Legetur profecto hęc illi quoque apud Aristotelem: & recte dici non negant. Verum consilii nomen non unam rem significare respondēt: sed modo ad intellectum humanum: modo ad diuinum refertur. Itaque licet consilium nostrum rei minus cognite inquisitione describitur: diuinum tamen omnium rerum certitudine excellit: sui generis est. Cōsultandi igitur seu cogitandi ratio: aut inquisitionem rerum per transitionem de alio in aliud dicitur: aut cogitationem: intelligentiam: uoluntatem: & prouidentiam: quo modo: & Aristoteles sexto ethicorum libro cōsultare: & cogitare idem esse affirmat. Cum itaque naturā cōsultare dicimus: id uolumus significari: ut ratio: & intelligentia princeps: insistentque naturę animaduertat ea: quę certa: explorataque sibi meliora habeat: ceterique intuitu: quasi concepta peragat sua negocia longe cōsultius, quam humanum agere queat ingenium: & nomine quidem loquimur usitato: sed longe aliter, quam uulgus exponimus, quod certe licet faceret: idque ipse Georgius, quanquam imprudens fatetur: siquidem Aristotelem scribit de intellectu dixisse, quod intelligit quidem: sed non per imaginationem: & sensum, quod genus intelligendi: longe perfectius esse cōsistit: nec nisi æquiuoce intelligendi rationem recipere. Quod si Aristotele licuit intelligendi uocabulo id exprimere, quod altius: atque nobilius est, quam humana intelligendi ratio cōsistat: cur Platoni quoque non liceat consilium ascribere intellectui: non per humanam de re dubia inquisitionem: sed altiore: nobilioreque modo, qui menti conueniat separata: atque eximia. Sed illuc redeo: unde discessi. Aristoteles naturā uel cogitare: uel cōsultare sua intima ratione negat, exteriorē autem ne ipse quidem negaret: ut ex his intelligi facile potest: quę aduersus Empedoclem scripta supra memorauit: atque etiam ex uerbis Alexandri summi expositoris: qui, ita inquit, Natura non per delectum: nec sua intima agit ratione. Sed quæreret aliquis utro tandem significato Aristoteles cōsultandi uocabulum usurpauerit: cum ueteres philosophos erroris argueret, quod naturam alicuius causa agere non putassent. Nam exemplo, quod de arte mutuatus est: inquisitionem rerum obscuriorum uidetur exponere. Veterum autem illorum sententia non nisi cogitationem significari consentaneum est. Cum enim illi cogitandi rationem: cuius duntaxat interest alicuius causa agere: in natura nequaquam inesse arbitrentur: necessario negabāt naturam alicuius causa agere, quod si Aristoteles e directo opponit: fortasse non inquisitionem: sed cogitandi rationem designat: cum nominat consilium. An minime inconueniens sit agi de cogitatione: exemplo significati alterius, cōsultare enim cogitare aliquod est. Itaque: ut ars, quamuis nihil quærat: alicuius tamen causa agit: sic natura: & si non cogitat ipsa: tamen alicuius causa agere potest. Volebant igitur illi: quę a natura procreantur nulla ratione effici: sed una materiali necessitate: & per accidens fieri, quippe imbrem mitti a Ioue

a Ioue per æstatem: non, ut frumentum in area pereat: sed propter uaporem eleuatum, qui refrigeratus: & in aquā conuersus: suo pondere seratur deorsum. accidere autem imbre demisso: frumentum pereat: imbre quoque ipsum non ratione effici: sed necessitate materiali. Hęc illi: cum nihil a natura cogitari: nihil alicuius causa agi arbitrarent. Quoque sententiā reprobās Aristoteles naturā alicuius causa agere ostendit: tametsi cōsiliuac cogitationis expertus esse uideat. Concedit igitur nihil a natura cogitari: quę admodum ueteres illi censuerunt: sed propterea non alicuius causa agi: dicens cōsiliū non arbitratur. quod idē a Platonice quoque dictū Georgius non intelligit. Neque enim naturam ipsam sua intima facultate uel cogitare: uel cōsultare Platonice asserunt: sed hęc menti, siue intellectui exteriori tribuunt: qui præsit: insistant: incubat naturę: atque officia dirigit. Veteres igitur illi: ea cogitandi ratione, quā naturę demebant: ea uolebant non alicuius causa agere: & ad hęc sensum occurrisse Aristotele existimo. Quis enim tam pingui Minerua est: ut intellectu naturę concessio: eā neget alicuius causa agere? Nā & si nihil esse, quod mens ambigat, & quærat arbitrari: tamen quod illa certo non ita recta ratione mandari operę: & causa alicuius effici: pculdubio concedes. Mentem enim quādiu mens est: res certa cognoscendi ratione cōplecti necesse est. quod Alexandri quoque cuius modo mentionē feci aperte declarat. Aristoteles etiā fortunā, & casum iter causas efficiētes connumerat: aut res naturalium inquit, aut ab intellectu proficiscentium: aliquid semper causa est ut rei naturali rem ab intellectu proficiscentē plane opponere uideatur: cum eius quoque sententia natura nec aduertat: nec cogitet. Consiliū itaque partim cogitandi rationem significare: partim inquisitionē res: de qua in libro de moribus agitur: satis iam declaratum est. Sed meminisse illud oportet: quod supradictū est: naturam ea cogitandi: intelligendi ratione: tum Alexandri: tum expositoris eius Alexandri sententiā carere: quę intima est: nā exteriorē illa: cuius actionem: idem natura explicat: cogitare a Platonice dicitur: ne ipsi quidem tollunt: quādo alter naturā agere dicit: alter sua intima ratione nihil a natura agi cōsistit: ut dictum iam superius fuit. Quid enim natura agere possit: quę teste Aristotele non actiuum: sed passiuum principium est: nisi extrinsecus adit: quod intelligendi optinens facultatem agat: dirigens alterā hanc naturam: quasi instrumentum ad finem: & alicuius causa quęque efficiat? His de causis nos superiori nostro opusculo pro opinione Platonice diximus naturā consilio agere: & si non suo: tamen uniuersę mentis: quę per oīa transeat: omnibusque insistant naturę operibus: & ex officio gerat. Sic nos religionis nostrę sanctissimos uiros: & ipsi cōsiliū Deo tribuunt: recte pieque sentire existimamus: quę Georgius e contrario impios putat, qui in deo esse cōsiliū arbitrantur. Non enim imperitiam res significat cōsiliū dei: sed summū finis complexū: plenissimamque notitiā. Et quemadmodum ualere ingenio hominem dicimus, qui sine longa indagatione res exitum assequi potest: sic Deum, qui nulla oīno indagatione utitur: ineffabili ingenio: miro consilio: inaudita uoluntate excellere opinamur. Faciamus inquit, hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Nōne doctores nostri sanctissimi uiri hunc locum exponentes: cōsiliū diuinum aiunt creationē hoīs præcessisse? At Georgius impios: indoctos: inscios uocat, qui diuinū dicunt esse cōsiliū. Plato etiā eadem, quā doctores nostri sententiā fretus in Epinomide, ita inquit, Stabile: firmumque: cum aia rem optimā mente optima deliberat: perfecte, atque absolute prouenit. Quare ne adamas quidem firmior est: nec ulla res potest esse stabilior. Enimvero tres illę partē eam rem continent: seruātque integerrimā: quę optimo cōsilio Deo, cuique deliberata est. Atque Georgius distinguēdi: deterrimandique ignorātia: in eū dilabitur error: ut dum alios impietatis dānat: se ipsum impiissimū esse demonstrat. Neque enim Platoni tantū detrahit, qui Deo adimit cōsiliū: sed etiā doctrinā religionis nostrę: & literis sacris. Ita fit, ut cōsiliū ratio nihil: minusque ratio finis contineat: & hęc quę reciproca sint: ut quę cōsultat: alicuius causa agat: & quę alicuius causa agit: cōsultet. Quod si natura alicuius causa agit: cōsultet etiā necesse est: siue cogitandi: intelligendi: uel ratione: siue ceteri finis comprehensione, quę non sua facultate: sed societate mentis principis, atque restrictis. Atque etiam ita agit: uerum non eaquę in re artificiosa posita est: sed, quę in artifice continetur.

Confutatio alterius partis: in qua aduersarius inepte fatetur Aristotelem cōsultare artē uoluisse: cum potius Aristoteles exemplo artis non cōsultare naturam conetur ostendere.

Quod Aristoteles senserit contra aduersarii sententiā artē non cōsultare: omnium expositorum suorum sententiā comprobati.

Autorē concordare potius iter se utrumque philosophū, quę altere reprehēdere conari. Caput. VI.

Georgii autem quantum sit ingenium: quantaque doctrinā: uel ex hoc intelligi maxime potest: & cum Aristoteles naturam dicat non cōsultando opus suum efficere: idque

exemplo artis confirmethic, qui se Aristotelicum facit consultare artem opinatur: nec Aristotelem negare ait artem cōsultare: cum id etiam cæco manifestum esse arbitretur. artem scilicet consilio: ac deliberatione uti. Verum accipi hoc non simpliciter dicit: sed per suppositionem: ad hunc uidelicet modum: si in ligno esset non consultaret. qua ratione etiam demonstrat artem sententia Aristotelis consultare. Si in ligno esset, inquit, non consultaret: ergo cū extra sit consultat. Secundum hanc igitur Georgii expositionem: propterea Aristoteles naturam consultare non putat: quia non consultat. Nam si propterea duntaxat non consultare artem arbitraretur: quia si in ligno esset: non consultaret: nihil diuersum a natura id caperet: quandoquidem natura perindeat: at in ligno clauderetur. Tollitur enim hoc modo differentia: ut ars principium sit extrinsecus: natura intrinsecus: si tam ars, q̄ natura in ligno comprehenditur. Quid uero Aristoteles non consultare naturam artis: exemplo contendit: si iudicio Georgii consultare naturam luce clarius est. Nam Plato tam artem, q̄ naturā consilio uti affirmat. Quo fit: ut si ars consultat: quæ naturam imitatur, & sequitur: frustra Aristoteles naturam non consultare argumentato artis ostendat. Quid præterea eorum sententiam Georgius improbat, qui consultare artem affirmant: Platoniorum quippe quibus repugnare ipse nititur: hæc opinio est: ut, & artis consilium sit: & naturæ. In hunc modum homo iste argumentatur: & iudicat, qui se expositorum, ac defensorum Aristotelis facit. Nonit, inquit, Aristoteles artem consultare: hoc enim uel cæco: ut aiunt patet: sed si in ligno esset: non consultaret. Sic Georgius, inquit, Nunc Themistium: si placet: audiamus: utrum doctum: & disciplinæ Aristotelicæ familiarissimum. Is hunc locū exponens, ita inquit, Neq̄ enim faber lignarius cōsultat: utrum prius secundum sit: aut dolandū: nec grammaticus: quemadmodum literarum elementa scribenda sint: hoc est a. aut b. Nec uero cum Cleonem scribit: cogitat, quam primam, quam secundam literam colloca: & edificat: etiam non consultat utrum iacienda primo fundamenta sint: an parietes cōstruendi: an tectum apponendum. Eodem modo textor: lapicida: reliquiq̄ artifices suo officio funguntur: nullus consultat: sed habet sibi suum quisq̄ certum: finitumq̄ opus: nec ordinem ad finem propositum pertinētem ignorat. Hæc eadē ab Alexandro: Simplicio: Auerro: Alberto: Thoma: reliquisq̄ Aristotelis expositoribus hoc loco scribuntur. Solus Georgius cæco quoq̄ perspicuum esse dicit: artem consultare: nec uidet iudicio suo doctissimos illos uiros, qui locum hunc ita exponunt: cæcos fieri. Atqui ipse potius cæcus est: qui, quod cæteri omnes uidere potuerunt: solus ipse non uidet. Iam Aristoteles aperte non consultare artem eo loco profiteretur: cuius rei argumentum affert, q̄ si ars in ligno esset: nihilominus officio suo fungeretur, quam cum in artifice est. Ex quo concludit naturam: quæ in ligno, & reliquis huiusmodi est: aliquid causa agere: tamen nullo consilio agat. Aptē igitur: & conuenienter exemplum ab arte petitur: quoniam ars naturæ similis est: eamq̄ imitatur. Sed nequis artem idcirco existimet consulere: quæ extrinsecus est: naturam uero minime: quia intrinsecus: ideo subiunxit: artem ne in ligno quidē si esset: posse aliter facere. Quamobrem exemplum rursus magis propinquum ex medico petit se ipsum curante: siquidem agendi principium in eo intus est: quanquā per accidens: non enim quatenus medicus est: sed quatenus æger a se ipso curatur. At nouus hic peripateticus cognitū habuisse Aristotelem dicit: artem consultare. Sed qua dialecticæ peritia: ad propositum Aristotelis referat: quæso animaduertite. Ars, inquit, consultat quidem: sed si in ligno esset: non cōsultaret. Ergo ne natura quidem consultat: quæ in ligno est. En, q̄ idoneis mediis probat, quod quæritur, qui nos ignorare dialecticam scribit. Ignoramus profecto dialecticam talem: quale ipse scit: absitq̄, ut talem aliquando sciamus. Sed enim Georgius non modo concordiam inter Platonem, & Aristotelem ubi disidere inter se uidentur: præ sua inscitia cogitare nō potest. uerū etiam cum temere audet: uel defendere Aristotelem: uel Platoni eum præferre: ita id pueriliter facit: ut risum apud omnes caperet: quando se iudicem earum rerum: autoremq̄ constituit: quas prorsus ignorat. A me uero tantum abest: ut in defendendo Platone: doctrinam damnare Aristotelis uelim: ut potius conuenite semper inter sese duos philosophos: quantum in me est coner ostendere. Quæ res quo modo a me agatur obsecro parumper attendite. Aristoteles cum de rebus naturalibus ageret: principiis naturæ intimis contentus: noluit superiorem: separatamq̄ causam attingere: quæ ad primū philosophū pertinet: ne disciplinarum præcepta præter morem suum misceret, atq̄ confunderet. Itaq̄ recte naturā tradidit sine cōsilio agere. Neq̄ enim ei naturæ cogitandi uis inest: quæ immediata est: ac proxima rebus. Physicum quippe eatenus naturalem formam cōsiderare debere ipse Aristoteles autor est: quatenus a natura non separetur. Idem etiam: duplex, inquit, est principium, quod naturaliter mouet: alterum non naturale est: quippe, quod in se motus principium non continet: quale est siquid mouet: cum

ipsum non moueatur: quod omnino immobile: primumq̄ omnium est: & quiditas: ac forma. Ad hæc homo hominem generat: & omnino, quæ mouentur cum ipsa moueantur: quæ autem non ita mouentur: minime ad physicum pertinent. Item si qua forma separata per essentiam sit: & quemadmodum se respectu naturalium rerū habeat: & quid sit: definire primæ philosophiæ officium est. Themistius etiam: siquid immobile, inquit, principium motus est: id definire non physici: sed primi philosophi officium est. Aristoteles igitur his rationibus res physicas physice tractans: & causam separatam nequaquam attingens iure consultare naturam negauit. Plato uero non immerito cōsiderauit: scientias cum minus perfectæ essent: ad perfectiōnem suam desiderare officium perfectiorum: & quemadmodum geometria nunquam perfici sine arithmetica potest: quippe: quæ de commensurabilibus, & incommensurabilibus magnitudinibus nequit sine arithmetica agere: sic etiam eā partē philosophiæ: quæ de rebus naturalibus disserit: percipi integre: absoluteq̄ non posse absq̄ ea: quæ est de rebus illis superioribus, atq̄ diuinis: siquidem res naturales non earent diuina illa causa, atq̄ suprema: immo uero ea potissimū causa consistunt: seruanturq̄. Quapropter nō temere de rebus naturalibus: admittis altioribus illis rationibus docendum existimauit: sperans ita fore: ut, & ipse haberet: & cæteri traderet scientiam pleniorē. Repetit ergo præcipuam illam causam ad perfectiorem naturalium rerum cognitionem: & certiorē efficere disciplinam conatur: ex primæ illius cause demonstratiōne. Ita enim comparatum est: ut natura non sua constet facultate: sed aliunde dependeat: moueaturq̄ a causa illa separata: quæ naturæ finem in se continet: & consultandi: cogitandi ue ratione in agendo non uacat. Nam consilium, & cogitationem in rebus diuinis: summæ rationis: & exquisitissimi iudicii nomina esse: satis iam supra declaratum est. Itaq̄ per syllepsim consilium: cogitandiq̄ rationem naturæ tribuit: quemadmodum medici febrem iterdum inflammationis nomine solent nuncupare. Aristoteles etiam naturam principium motus, & quietis esse affirmat: non actiuum: ut supra dictum est: sed passiuum: hoc est non quo moueat: sed quo moueatur. Cumq̄ de quatuor elementis differat: Nullum, inquit, ex his se ipsum mouere aptum est: sed principium motus habent: nō quo moueantur: aut agant: sed quo moueantur. Ergo ipsius quoq̄ sententia natura aliunde mouetur: & rationem non ipsa possidet: sed a quo mouetur. Ex quibus sequitur: ut inter sese duo philosophi consentiant: & diuerso rerum respectu uterq̄ uere: ac sapienter, & loquatur: & sentiat. Sic ego exponendum censeo: quamuis me Georgius calumniatur: quasi contradicere sibi ipsi Aristotelem putem. Illius illius hæc impudentia est: qui ita alterum laudat: ut alteri maledicat: & per distinguendi: ac definiendi imperitiam aduersarium se contra alterum constituit. Sed ualeat ipse: & siquis ei similis est: a nobis uero longe absit: ut uiros doctissimos: & omnium bonarum artium parentes iudicet: aut reprehendere uelimus. Equidem siquid ex meo iudicio in hac quæstionē attuli: nō Aristotelem dānans: non pro Plethone contendens id feci: sed Platonis opinioni: ex eiusdem philosophi locis: ac principiis arguens: faui. Nihilominus alterum, hoc est Aristotelem: & admirans semper, & laudans. Sed de his hæcenus.

Responso ad interrogationem Georgii utrum mens, & natura idem sint. Vbi hæc longe inter se differre latissime declaratur.
Confutatio eius argumenti, quod affert Georgius naturam si instar instrumenti moueretur, & moueretur necessario prius actu esse oportere. Caput. VII.

Id autem, quod Georgius rogat: an idem esse mentem, & naturam dicamus: ita respondendum censeo: nō idem esse: sed diuersum. Alterum enim separatum: alterum non separatum est: atq̄ alterum mouet: alterum mouetur. Natura etenim ita mouet: ut nisi a mente: siue intellectu illo moueatur: non moueat, quod etiam ipse Aristoteles docet: cum naturam esse principium motus, non quo moueat: sed quo moueatur: & quietis non quo quiescere faciat: sed quo quiescat: exponit. Quamobrem res naturales, inquit, non a se ipsis dicuntur moueri: possent enim, & se ipsas sistere: si se possent mouere: & alibi. utpote cū natura, inquit, sit principium: & causa qua res moueatur, & quiescat. Itaq̄ Plato naturam idoneam dicit esse ad motum: ordinemq̄ recipiendum: & hac sua aptitudine inuitare sibi causam: quæ exornet: & moderetur: & ordinet. Addo, quod si anima differt a natura. Sunt enim omnia animata naturalia: sed non omnia naturalia animata sunt: animata autem omnia a se ipsis mouentur: naturalia autem nequaquam per se moueri Aristoteles testatur. Inanimatorum inquit: nulli inesse uidemus unde principium motus sit: sequitur, ut natura esse

non possit principium motus: quo scilicet moueat: nam quo moueatur principium esse iam diximus. Placet hæc sententia magna ex parte expositoribus Aristotelis in rebus inanimatis: quæ proprie naturales dicuntur: qualia sunt simplicia corpora. In animatis autem duplex ratio est: quatenus enim ipsa animatae sunt naturales: corpus enim naturale corpori animato subiectum est: quando anima actus est corporis naturalis: ea quoque naturam habent: quæ principium motus sit: non quo moueant: sed quo moueantur: quatenus autem res sunt animatae: naturam & habent: quæ principium sit: quo moueant: quæ eo modo: ut nisi ab alio moueantur: minime moueant. Alterum igitur est, quod moueat naturam: quod proprie causa efficiens motus rerum naturalium dicitur: idque a natura diuersum, quod siue uniuersam naturam: siue mentem, aut formam libeat appellare: cōtrouersia de nomine est: sensus idem seruari potest: & siue plura eiusmodi sint: siue unum: nihil ad hanc quæstionem interest: quæ Georgius multitudinem deorum Platoni obicit: quasi Aristoteles plures esse deos negarit: cum totidem dixerit intelligentias esse: quæ mouent: quot cælos, qui mouentur. Commune prorsus hoc crimen Platonis, atque Aristotelis est: si nomina sequi non sententiam uolumus. Nam primum quidem quod causa suprema: & a nullo dependens est: nec a Platone nec ab Aristotele in plura secatur. Verum natura causa quoque efficiens esse dicitur: quicquid enim sit: id ex aliquo sit subiecto: potentia id substantia, quod futurum est: & ab agente actu substantia: siue primum generans accipit: siue secundum, quod Aristoteles uirtutem: naturam, & principium primum mandatum appellauit. nam id quoque agendi obtinet facultatem. actu enim aliquid est: agitque uirtute, quæ immediate a generante accepit: quam obrem tum concausa: hoc est comes, aut consors causa: tum instrumentalis causa dicitur: utpote, quod aliis plerisque interpositis causis: ac postremo superiori, & omnium cause seruiat. Nec propterea sequitur, quod Georgius censetur a re mobili separari simpliciter debeat. dum enim ab ea re mobili, quam moueat separatur: satis est ad mouendum: mouendamque rei necessariam separationem. Separatur igitur mouens natura a natura eius, quod mouetur: sed non a simpliciter mobili natura: siue enim agens: siue patiens, cum re mobili coniuncta est: quam altera mouetur: quatenus mobilis est: altera mouet: non quatenus mobilis: sed quatenus motiua: actiuaque est. omnino subiectum aliquid esse oportet: & semper in subiecto naturam esse: Aristoteles autor est. Quinetiam theologi religionis nostræ: & præsertim latini, qui autoritate Aristotelis plures, quæ ceteri faciunt naturam tanquam instrumentum referri ad Deum: primumque agens proculdubio uoluerunt: atque ob eam causam rationalis naturæ proprium esse finem respicere: utpote cum se ipsa ducat ad finem: irrationalis autem: quoniam aliunde ducitur: peculiare esse: ut ad finem apprehensum: inconspicuumque moueantur. Siquidem omnia: quæ sine ratione sunt: moueri ad finem particularem a uoluntate aliqua: quæ se ad finem uniuersalem extendat: eum scilicet, qui ad uoluntatem diuinam refertur. Quæ cum ita dicant: nihil aduersus Aristotelem dici arbitrantur: immo uero maiores propositiones suas ad eum referunt. Sic nos, quæ proponimus: demonstramus: & tot tanque eruditorum uitorum opinioni consentanea loquimur. Illud autem præualidum: & pene inexplicabile Georgii argumentum est. Naturam inquit, si secundum opinionem nostram: ut instrumentum moueretur, & moueret: prius esse actu necesse foret. Quicquid enim ad aliquid mouetur: potest quidem id esse, ad quod mouetur: sed actu aliud quiddam. Itaque naturam quoque aliquid esse actu oportet. Quid igitur hoc sit: querit. neque enim compositum esse naturam dicit. non materiam: non formam. neutrum enim esse actu ante, quam compositum sit. Ego uero ita respondeo: hoc argumentum in primis uiciosum esse: quia uerti pari modo in eum, qui arguit potest. Quid enim ipse esse naturam dicat, quam mouere non negat: quanquam esse causam instrumentalem: & ita mouere, ut moueatur: negat. Vtrum aliquid esse actu dicet: nihil? quod si nihil est actu: ne moueri quidem poterit. Prius enim aliquid esse, quæ agere unaqueque res intelligenda est. Aliquid igitur actu naturam ipsam esse necesse est: si agere: mouereque debet. Quid ergo hoc erit? Vtrum compositum: an materia: an forma? Præterea dico, quod mouetur: aliquid actu esse prius, quæ fiat: quod potentia est: ad quod tendit. Siquidem nulla materia eorum: quæ generant, aut contumuntur: forma omnino priuata est. Item, quod natura duplex est: altera eorum: quæ generant: quæ proprie causa est efficiens: eorum, quæ generantur: & tempore: naturaque prior est: quæ res, quæ generantur: actusque simpliciter est. Altera in ipsis quæ generantur est: quæ aut materia est: aut forma: cuius causa agit, quam etiam composito priorem esse fateor ratione, atque natura.

¶ Duplicem esse naturam agentem Themistii: & aliorum peripateticorum autoritate. Autoritate Simplicii, & Procli probari naturam causam instrumentalem esse.

Aliis placere simplicia corpora per se moueri: & in se principium motus continere: aliis non per se: sed ab alio, & extrinsecus moueri.

Formam quamuis non sit principium unde motus: esse tamen principium, ut finis: & cuius gratia agitur: quod proprie principium est.

Duobus modis dici rem naturalem.

Caput. VIII.

Vplicem quoque esse naturam agentem Alexandro: Themistio: & plerisque aliis doctissimis uiris: & Aristotelice disciplinæ expositoribus placet Primam, quam modo exposui: eorum, quæ generant: Secundam, quæ unicuique naturalium rerum inest: & causa est: eius motionis: quæ ortus dicitur. Natura enim, ut Aristoteles tradidit: tribus modis accipi potest: aut enim, ut materia: aut, ut forma: quæ rationem, & finem continet: aut, quæ generationis: ortusque uocatur: motio quædam, & uia tendens ad formam. Efficiens itaque huius tertii generis uiri quos modo nominavi quartum addiderunt: quod referunt quidem ad causam agentem: sed non primam: remotioremque: uerum secundam, & propinquiorem unicuique naturalium rerum demandatam. Hanc Alexander alio etiam nomine appellans uirtutem, seu facultatem uocat: & principium primum mandatum materię: quæ tum id ipsum principium: tum ea, quæ ab ipso proficiuntur: recipit: idque principium efficere ait: quantum rei sibi determinatum habuerit.

max id effectum aliud efficit: tum illud: aliud, atque ita subinde puenitur usque ad finem, & formam naturalem: cuius principium id erat: quod primum fuerat materię mandatum: & ita per successum pergitur: donec res similis eia quo mandatum est: conficitur, idemque aut specie reddatur: aut genere. Auicenna arabs hoc idem uirtutem rebus inditam uocat: ex simili simile procreantem. Doctores nostræ religionis tam greci, quam latinæ rationes spermaticas uim illam nuncupant. Ita constat naturam aliquam causam esse eorum: quæ generantur: inditam: demandatamque subiecto. Sed quoniam talis natura anceps, & dubia est: tum enim formam: tum materiam præfert: ut materiale quoddam agens dici possit: quod namque subinde præcesserit: id uelut materia subicitur sequenti: & de imperfectiori ad perfectius itur: ut puta granum germen emittit: germen culmum: culmus spicam: Sequitur ulterius quærendam esse aliquam causam: eam uidelicet, quam generantium esse naturam diximus: quæ causa proprie agens sit: cuius uirtute natura altera in iis: quæ generantur simul: & fit, & agit: efficiens simul: & efficienda ab alio, & ad aliud. Remotiores etiam & perpetuæ cause ulterius repetendæ sunt: quarum respectu propinquior hæc dici potest. Ergo causam esse hanc naturam mihi cum aduersario conuenit: sed præcipua ne an non præcipua causa sit: nunc eum interrogo. Et certe non ita desipit: ut præcipuam hanc esse confirmet: Superest igitur: ut secundo loco habeatur: & concausa sit: quod instrumentalem causam dicimus. Quid ni igitur natura causa instrumentalis erit? Afferam: quæ Simplicius de hoc genere naturæ exponit: ne Georgium uideat sine testibus condernare. Causa, inquit, ea quoque natura est agens. simul enim: & fit, & agit: aptitudo quædam substantiæ: formæque appetens: quæ concausa nominanda est: quoniam causas ante se alias habet: tum propinquiores: tam superiores. Fieri namque res naturales Aristoteles quoque sexto de diuinis rebus libro testatur. Omne autem, quod fit: causam suæ generationis habere: nemo mentis compos negauerit. Dabitur igitur natura generantis in animalium genere: ac omnino paterna, aut materna natura: actus substantiæ: In plantis uero natura seminis, & terræ. Forma enim præest in patre, & matre: atque in rationibus: quæ actu insunt in terra: post quas ea: quæ potentia sunt ad actum proueniunt. Vterius etiam motus æternorum, & uolubillum corporum datur. Etenim homo hominem generat, & sol: ut Aristoteles, inquit, Item ulterius rationes sitæ in anima ordinantur. cum etiam causa ea ipsa anima superior habetur: mens enim: formæque intellectuales: hoc est ideæ: ex quibus primis delibatur omnibus lux formalis pro natura, & aptitudine recipientis. Hæc Simplicius. Quibus cōsentanea: etiam Proclus in eo libro, qui theologica institutio inscribitur tradidit: nec non latinus ille autor, qui de causis scribit: quæ latini quæuis Aristotelem magna ex parte sequuntur: plurimi tamen faciunt. Ab his enim quatuor hæc ex Platonis sententia enumerantur: mens: anima: cælum: natura. Quapropter si natura eius, quod sit, agens: efficiensque dicatur: ita eorum sententia agens erit: ut etiam ipsa fiat. Proprie autem agens natura eius est: quod tale est actu. natura quippe productiua rei similis est. hæc autem generantis est propinqua: ut dictum est: actu substantiæ: ex qua rationes feminariæ decernunt: mouentes, quod sit: donec formam recipiat. Vt enim dilucidius loquar: de generatione secundum substantiam: quæ, & ipsa motus quæ improptie dicit: cogitandum est, quæ de motu proprie dicit: hoc est: secundum qualitatem: quantitatem, & locum. Nam in his nihil fortasse phibet: ne inditum in trinsecus habeat principium quo augeantur: alterentur: deserant: idemque sit agens, & patiens: quæ non secundum idem: sed parte alia agat: alia patiat. quemadmodum, & aialia moueri ex se dicimus: eo, quod aliqua parte mouetur: aliqua mouetur. quæritas enim cubitalis: cum iam suam receperit formam

augere se ipsa potest: principium iam habens intrinsecus augendi: atque ita moueri potest. Simili modo in ceteris motibus agitur. Nam graue, & leue: cum alterum grauitatem: alterum leuitatem tanquam formam habuerit: alterum sursum: alterum deorsum: se ipsum mouet: quod uelle Aristoteles uidetur motus hosce in rebus inanimatis: & proprie naturalibus: qualia simplicia corpora sunt: extrinsecus esse: & pluribus rationibus hoc ostendit: sicut supra dictum est. Causam enim, quae formam induxerit: & esse rem fecerit, quam esse extrinsecus ait: motus quoque rei causam esse arbitrat. Verum quaestio de hac rem non modo inter diuersas sectas: uerum etiam inter eiusdem Aristotelicae sectae studiosos: oritur. Alii enim simplicia corpora per se moueri placet: & in se principium motus habere: Alii non ex se: sed ab alio, & extrinsecus moueri opinantur. At uero de motu: qui generationi secundum substantiam tribuitur: nemo est, qui causam propriam esse extrinsecus neget. Nulla res enim secundum idem: & generat, & generatur: & efficit, & efficitur: & mouet, & mouetur. Ita enim eadem res eadem esset potentia, & actu: quod impossibile est. quippe non ignis non aquam: non ulla alia res: siue animata: siue inanimata se ipsam generat: sed, quod potentia ignis est: ab igne actu substante extrinsecus: ad ignem actu producit. Quo facto opinio illa extat: ignem a se ipso posse sursum moueri. Itaque in genere quoque animatum ita effici creditur: ut natura, quae rei particularis generatur: hoc est mandata: illa prima: siue uirtus: siue facultas: a natura generantis: ac producentis: quae actu est: generetur, & producat: quae autem post sequuntur: ab ipsa iam generata natura: quae uirtus quaedam uitalis: & primum principium: & actu aliquid sit: moueatur, & fiat: donec ad postremum formae deueniatur: resque, aut genere: aut specie similis existat. Itaque efficiatur: ut partim extrinsecus: partim intrinsecus fiat, & moueatur: quod secundum substantiam gignitur. Constat hoc idem planius Aristotelis uerbis: quibus usum cum legimus: cum de quatuor causis loqueretur. siquidem causam unde principium motus a causa formali distinguit: rationali, & quidam. Quod si proprie natura compositi forma eius, & quiditas est: hoc autem diuersum est causae genus ab eo ipso: unde motus fieri non potest: ut compositi forma sit causa mouens generationis eius compositi: sed unde principium motus: id generationem agat: necesse est: quod diuersum a forma est: hoc est natura compositi. Hoc igitur proprie natura ipsius est generantis extrinsecus: & simpliciter actu substante: atque etiam, quod ex eo ipso mandatum est principium primum: uirtusque naturalis: quae, & ipsa natura uocatur: ut dictum est. Mouet haec quidem intrinsecus: & actu aliquid est: sed ita, ut ex generante primo dependeat. Atqui dicit Georgius sequi ex praedictis: formam compositi naturam non esse: quando generationis ipsius compositi principium esse non dicitur. Etenim forma compositi generationem consequitur. Facilis quidem est ad ista responsio: quod nunquam intelligere eam aduersarius potuit. Siquidem forma: quamuis unde motus principium non sit: tamen est principium: ut finis: & cuius causa agitur: quod quidem proprie principium est. Sic enim proprie nominare solemus: ut elementa sint materia, & forma: causa unde motus: principium finis: quod si forma: & finis idem sunt: ut plerumque in locis apud Aristotelem legimus: forma ipsa: ut finis principium est. Verum Georgius nullo pacto rationem hanc potest probare: sed arguit contra Theodorum: deducens illud absurdum, quod idem sit: & non sit per contra dictionem: si forma ullo modo pro fine intelligatur. Quam rem deridendam potius Theodorus existimauit, quam uerbis refutandam. Coincidere etiam in idem tres illas causas: formam: finem: & unde motus: apud eundem legimus autorem. Itaque si unde motus principium: & natura est: sic forma quoque principium est: & natura. Adde, quod forma principium est: quo res mouetur motibus proprie dictis: quod satis est: ut statuatur: formam, & esse: & uocari naturam. Id Aristotelis quoque sententia manifestum est: qui libro secundo de naturalibus rebus: dum ostendere nititur res naturales motus: quietisque principium in se habere: motuum proprie dictorum exemplo utitur auctoris: alterationis: delationis. Generationem uero omnino praeterit. Quod si quando generationem quoque ad naturam referens Aristoteles: naturalem uocat mutationem: quandoquidem naturalis: & secundum naturam est: ut quinto de rebus naturalibus libro ostenditur: non tamen ita hoc intelligendum est: quasi generatio proprie a principio fiat: quod in re sit: quae generatur. Etenim duobus modis res naturalis dicitur: aut tanquam principium: quod in re: quae mutatur: insit: cui res uiolenta artificiosaque opponitur: aut, quod uia naturae conueta fiat: cui res diuinitus acta: siue casus ex aduerso constituitur. Generatio: itaque hoc secundo modo non potest dici naturalis potest. Haec doctissimorum uirorum sententia est. Sic nos ab illis accepimus: quod latius hoc loco censuimus explicandum: ut quaestiones determinationis dilucidius fieret. At Georgius non modo contra Platonis sententiam disputat: sed etiam Hesaiam ad quem scribit hortatur: ut doctrinam Platonis contemnat: ac pro nihilo habeat: optat praeterea ei ne huius philosophi disciplinam imbibat: quod equidem non admittit: sic enim imprecari bonis amicis Georgius consuevit.

Epilogus libri: quo ostenditur non recte dissuadere Georgium a lectione Platonis: quae alioquin oes Latinae linguae doctissimi uiri longe ceteris oibus philosophis anteponent. Caput. ix.

i. Illud uero in primis risu dignum est: quod te, inquit, amicum non patimur Platonem admodum sequi: quem nos nullo pacto sequi uoluimus. quod perinde est: ac si diceret: enim amicum non patimur aliquid scire: cum nos nihil sciamus. At qui non ita sentiunt doctissimi uiri, qui post Platonem: atque Aristotelem tam in Asia quam in Europa clauere: quos longe plures esse constat, quam: ut hoc loco enumerari possint. Nemo sane inter eos est, qui non admiretur Aristotelem: non colat: uenereturque Platonem. Nam, ut graecis praeteream: nonne M. Tullius Platonem omnibus locis mirum in modum extollit: quod ignorari a Georgio profecto turpissimum est: cum se Ciceronis aemulum faciat. Augustinus uero inter doctores nostrae religionis sapientissimus Platonem quidem supra ceteros omnes philosophos admiratur. Boetius etiam philosophiae studiosissimus Platonis disciplinam praedicat: eamque usque adeo sequitur: ut in libro: quo opus Aristotelis *πρὸς ἡσυχίαν* exposuit: multa in quibus dissentire a Platone Aristoteles uidetur: nullam continere discordiam: pollicitus sit ostendere. Quid Albertum memorem: cui ob excellentem inter recentiores philosophos doctrinam: magno cognomentum fuit? Hic quanquam omnibus fere locis Aristotelem sequitur: nihil enim tunc Platonicae disciplinae in latinam linguam conuersum habebatur: tamen ut quaedam ueritatis cogitur laudare Platonem propter paucissima quaedam: quae ex libris Procli interpretata perlegerat. Itaque neminem posse in philosophia perfectum esse fatetur: nisi se utriusque philosophi doctrina excoluerit: & tam Platonis, quam Aristotelis sententiam diligenter secutus: philosophetur. Georgius uero longe aliter sentit: & disciplinam Platonis spernendam: uti tuperandamque existimat. Sed utinam ueritatem aliquando intelligat: intelliget autem: cum nosse se ipsum poterit. Nos autem admiremur quidem Aristotelem: admiremur etiam Platonem: & ex utriusque disciplina: quantum possumus fructum haurire conemur, Georgium: & qui Georgio similes sunt: cum eorum moribus relinquentes.

FINIS.

a b c d e f g h i k l m n o p

Sunt omnes quatemiones.

Venetiis in aedibus Aldi Romani, Iulio mense. M. DIII.



802.500,00

